3 4. & in num. 6. Quod filius Religioſus etiã profeſſus pro alendo patre poteſt exire à monaſterio, de quo latè diſſerit Ludou. Gomes tract. breuium, ex num. 35. Cordou. in tractat. caſ. de conſcien. quæſt. 141. verſic. quanto al ſegundo. Ioſeph. Angles flor. Theolog. in quæſt. de voto, ex pag. 94. in fin. optimè Pedraz. in ſumm. in 4. præcep. Decal. fol. 36. verſic. aqui ſe ofrece. & in. 7. precep. Decal. fol. 96. verſic. la ſexta es por que. Anton. Bernad. in ſumm. c. 15. num. 20. Sebaſt. Medic. in ſum. peccat. 1. p. titul. 3. quæſt. 16. verſic. quinto. optimè Nauar. in c. nullam. 18. quæſt. 2. ex num. 48. Ludouic. Lopez inſtruct. conſc. 1. p. c. 54. verſic. peccatq; filius, ex colum. 393. Nauar. in manua. latin. c. 14. num. 14. vbi etiam, An filius peccet qui monaſterium ingreditur, cum pater eius ope & alimonia indiget: de quo etiam eſt conſulendus Antonius Cord. de Lara, ſupra in §. item reſcriptum. nu. 12. & Anton. Cordou. in dicta quæſt. 141. ex prin. Ioſeph. Angl. in dicta quæſt. de voto. pag. 95. verſic. magna. & pro ſupradictis eſt omnino videndus Petrus Sanchez. 3. p. hiſt. moral, tit. de la vida de Romulo. §. 6. verſ. la primera es. ex fol. 272. Ludouic. Lopez in dict. c. 54. verſic. peccatq; filius, col. 393. Cum parentes alendi ſint à liberis ex omni iure, vt pulchrè Ioan. Garſia de expenſ. & melior. c. 4. ex num. 52. Filius tamen Clericus qui manu armata defendit patrem ab iniquo inuaſore, ſi occidat inuaſorem, An ſit irregularis tradit Domin. c. Bañes. 2. 2. quæſt. 33. articul. 8. col. 1269. verſic. verum tamen ſi ratio. Et An Religioſus magis teneatur orare pro ſalute patris ſui, quam ſui Prælati, eſt videndus Ludouicus Lopez, inſtructione conſc. 1. part. capitul. 53. columm. 390. in principio.

4 PATRIAE tamen ſimiliter plurimũ debemus, iux. not. à Menoch. conſil. 161. volum. 2. n. 39. Paul. Fuſc. ſingul. 26. literæ P. Camil. Borrel. in addition. ad Bellug. in ſpecul. prin. rubr. 46. §. donum appellatur, in litera E. Mandoſ. in prax. tit. de ingratitud. c. 27. Azeued. lib. 3. nouæ recopilat. titul. 6. l. 30. ex num. 4. Cum patriæ naſcamur ex Menochio de arbitr. caſ. 106. n. 7. Mandoſ. regul. 16. in quæſt. 39. ex num. 2. in fin. vbi etiã quòd cuiq; dulcis & charior eſt amor patrię, de quo etiam videbis Arnulph. Ruzeum. quæſt. 35. num. 3. Paul. Fuſc. ſupra Corraſ. in Paraph. Sacerd. 3. p. c. 5. num. 10. Marant. de ord. iud. 3. p. tit. iudicij telam exord. num. 43. pag. 33. Anton. Cord. de Lara, ſupra §. idem reſcriptit, num. 99. verſic. in quo. Tiraquel. l. 7. conn. ex num. 65. Caſſeneum catal. glor. mund. 12. p. conſid. 17. verſic. eſt ſin cuiq; patria. & in 5. p. conſid. 14. iuxta medium. Camil. Borrel. in addition. ad Bellug. in ſpecul. Princip. rubr. 46. §. ſunt & alia munera, in litera E. Ludouic. Meſsia in prag. tax. pan. concluſ. 5. num. 106.

SALVS tamen patriæ, An ſit præferenda patri, pulchrè tradit Iacob. Siman. de patre hæret. ex num. 47. & de catal. inſtit. c. 29. num. 45. Abbas c. 1. num. 9. conuer. in fid. eruditiſsimus Ioan. Coſta. tract. 3. del Regidor, dialog. 2. colum. 3. Mench. lib. 1. contr. illuſtr. c. 18. num. 15. Iaſ. l. 1. §. huius ſtudij. num. 13. de iuſt. & iur. Paul. de Caſtr. in dicta l. 1. §. ius gentium. num. 3. Petrus Marti in c. afferte, de præſumption. in verb. dixit mulier. 1. p. ex num. 29. Petrus Roizius, deciſ. 3. Lituan. ex nu. 339. Lelius de Zanch. de milite ſacro. lib. 1. c. 33. num. 3. Euerard. loco ab ordine. num. 12. gloſ. verb. publica, poſt principium, in pragm. ſanc. titul. de collation. §. cui rei. Bartholom. Socin. conſil. 35. volum. 1. num. 11. Menoch. conſil. 175. volum. 2. num. 22. Palat. Rube. in rep. c. per veſtras, in principio. §. 17. ex num. 5. pagin. 200, & in notab. 3. §. 26. num. 8. ex verſic. plus eſt quod fecit. pag. 309. Petrus Plaza, de delict. c. 22. num. 26. optimè Paul. Fuſc. ſingul. 26. literæ P. pro qua quæſtione facit quod eleganter tradit Cicero. lib. offic. 3. hoc verborum tenore, Quid ſi tyrannidem occupare, ſi patriam prodere conabitur pa-

ter? silebit ne filius? immò vero obsecrabit patrẽ ne id faciat, si nihil proficiet: minabitur quòd accusabit eum: & tandem si ad perniciem patriæ res spectabit, patriæ salutem anteponet saluti patris.

VNDE textus in l. minime. ff. de religios. & sumpt. funer. permittit filio occidere patrem, qui ad patriam delendam venit: de quo est videndus Abbas in c. peruenit. num. 2. de immun. eccles. glos. in dicta prag. sanction. vbi supra ad finem. Gerar. singu. 2. num. 4. Tiraquel. de pœn. causa. 20. ex num. 6. Petrus Plaza, supra capit. 36. num. 6. ad medium Socin. dicto consil. 35. numer. 12. Iul. Clar. §. homicidium. num. 59. Rimin. al. c. quæ in ecclesiarum, ex num. 208. de constitut. Roland. consil. 45. volum. 1. ex num. 62. Conrad. lib. 1. cap. 9. de Prætore. §. 3. titul. de homicidiis. num. 19. in principio. Iacob. Menoch. lib. 1. de arbitr. quæst. 90. ex num. 43. Anton. Cord. de Lara supra in §. sed vtrum. num. 17. & in §. & si impubes. num. 9. Et an filius teneatur accusare patrem hæreticũ. vide quę habes in c. 2. §. hęretici autem de hæret. in 6. & An magis sit obediendum patri quã Principi, vide Lancel. Conrad. templ. omnium iud. lib. 1. cap. 1. §. 4. verb. obedire ei omnes debent. n. 23.

5 AN verò Aduocatus potiùs debeat aduocare pro patria quam pro patre, est consulendus Ias. in dicto §. huius studij. num. 14. Abiles in cap. 1. Prętorum, in glos. tierra ex num. 11. Et An possit quis cogi testificari contra patrem vel patriam. tradit Menoch. in dicto consil. 175. num. 21. Grammat. decis. 45. n. 16. & decis. 48. n. 13.

6 DVM autem hæc scriberem interrogatus fui, An filius Magistratus vel Consul creatus, in sessionibus, & in aliis omnibus præferatur patri, & idem pater cedere, ac prestantiorũ locũ ei dare debeat? & pro vera responsione dixi, recurrendum esse ad Cassen. in catal. glorię mund. 7. p. consid. 24. ex versic. in tantum est etiam. Alphon. de Azeued. ad curiam pisan. lib. 2. c. 12. num. 6. qui duo Doctores pulchrè referũt, quæ circa hoc dubium tradit Aul. Gelius in lib. 2. noct. atticarum capit. 1.

AD TEX. IN CAP. Episcopi, 26. q. 5.

COLLECTAN. 21.

SVMMARIVM.

1 *Plura de Sortilegiis, Auguribus, Diuinatoribus, & de Astrologorum superstitione.*
2 *Aduersus Incantatores & vanarum superstitionum obseruatores.*
3 *Diuinatores, & Pronostici, An legi & permitti debeant?*
4 *Plura de Gittanis, & diuinatoribus, & An liceat consulere illos?*
5 *Plura de Lamiis, & An corporaliter deferantur à dæmoniis?*
6 *De Lamiis An cognoscant Inquisitores, & cur mulieres facilius incidant in hisce superstitionibus quam viri?*

1 ISTE textus, latissimè discerit de Sortilegiis, Magis, Maleficis, Auguribus, aliisque Diuinatoribus, Necromanticis, & de Astrologorum superstitionibus. De quibus plura cumulant Alphons. Castro lib. 1. de iusta hæret. pun. ex capit. 13. Iacob. Simanc. de cathol. instit. ex c. 62. Bern. Diaz in prax. cap. 107. vbi latissime Salzed. in additionibus in litera A. ex pag. mag. 363. Menoch. de arbitr. cas. 388. Pegn. in 2. part. director. schol. 43. & schol. 49. Didac. Perez. lib. 8. titul. 1. l. 9. & titul. 4. l. 3. pag. 133. colum. 1. versic. ad tertium dicendum. Iod. Damhouder. in prax. crimin. c. 61. ex n. 80. Iul. Clar. §. hæresis. num. 25. Pedraz. in sum. in 1. præcept. Decalog. fol. 16. in fin. versi. 15. si entendio en agueros Nauar. in man. latin. cap. 11. ex num. 28. Bosius in prax. titul. de sortileg. Abendan. de exequend. mand. lib. 2. c. 32. Roman. singul. 667. tu scis. Abiles in cap. 53. Prætorum, in glos. adeuinos, & in glos. castiguelos. Rabannus in lib. pœnitentium, cap. 23. Petrus Sanchez 1. part. histor. moral. titul. de la vida de Platon. §. 1. versic. ay algunos hombres. & latè in 2. p. titul. de la vida de Alexandro. §. 1. versic. y porque prosiguiendo. ex fol. 145. Petrus de Bollo in œcon. can. 3. clas. c. 5. §. 9. ex pag. 534. Sebast. Medic. in sum. omnium hæres. 3. part. in cap. incip. Astrologorum superstitio tollitur, pag. 718. & in cap. diuinatio repellitur, pag. 722. Lancel. Conrad. templ. omnium

omnium iud. lib. 1. cap. 1. §. 3. de obligat. imperat. verb. sortilegia euitare, ex num. 1. ex fol. 62. Zanchin. de hęretic. cap. 22. vbi Campeg. in additionibus in litera A. Bonifacius tract. de sortileg. Ludou. Carrerius in prax. in titul. de indiciis. in §. in textus, ibi veneficorum, & in §. in textus maleficorum. fol. 34. latissimè Petrus Nauarra tom. 1. de restitutio. lib. 2. cap. 2. ex num. 25. & ex num. 109. Cassen. catal. glor. mund. 10. part. consid. 52. ad fin. versic. ad hanc materiam. An Astrologia sit prohibita. Ciruelus in tract. de reprobat. superst. 2. par. cap. 4. Ioan. Gerson. de præcept. Decalog. cap. 5. versic. illi præterea. latissimè Polydor. Virgilius, de inuen. rerum. lib. 1. ex cap. 22. Ioseph. Ludouic. decis. Lucen. 4. ex num. 27. latissimè & pulchrè Lelius Zecch. de cas. reseru. cas. 8, Sot. de iustit. & iur. lib. 8. quæst. 3. articul. 2. Lucer. Inquis. verb. diuinatio. vbi & Pegn. in additionibus, Petrus Salazar, de vsu & consuet. cap. 2. ex num. 24. latissimè Sebast. Medic. in sum. peccat. 1. p. tit. 2. quæst. 36. per totum. Ant. Scap. de iure non scrip. lib. 5. cap. 134. Lelius de Zanch. de priuileg. eccl. priuileg. 151. ex num. 14.

2 ET aduersus Incantatores Maleficos & vanarum superstitionum obseruatores, est motus prop. Al exan. VI. incip. cũ accepe-rimus: & contra Maleficos & sortilegos, est alius prop. motus. Leon. X. incipit, honestis. Dat. anno 1521. die 15. Februar. & de libris Astrologiæ iudicialis, & Chiromantiæ, videndus est Pegn. in 2. part. direct. schol. 41. versic. inter hos libros, & schol. 43. versic. scilicet libros Necromantiæ. Paul. Fusc. de visit. lib. 2. cap. 31. num. 6. & de omnibus supradictis est hodie quidam motus prop. Sixti V. Dat. anno Domini 1585. die quinto Ianuarij, anno primo sui Pontificatus.

3 ET Diuinatores vulgò dicti Pronostícos, An legi & permitti debeant: & alia circa hanc materiam tradit Ioan. Martinez de
4 Olan. in Epilogo leg. correct. num. 132. Et de illis qui vulgò Gittani vocantur, qui de fortuna sua vnicuiq; plura dicunt, est videndus Nauar. in man. lat. cap. 11. num. 31. versic. 15. qui. Et Diuinatores, An liceat consulere tradit Didac. Perez. lib. 8. tit. 19. l. 6. in glos. alos adeuinos. Petr. Sanchez d. 2. par. in dict. §. 1. & quòd detestandi sint illi qui scripse-

runt & docuerunt Chiromantiam, Necromantiam inanes diuinationes, auguria, sortilegia, & alia id genus, tradit Mandos. in prax. titul. de ingratitud. cap. 102.

5 SIMILITER etiam per hunc textũ, plura de Lamiis seu Strigibus cumulant Doctores, & inter alia maximè cruciantur, circa illam quæstion. An fieri possit, vt ipsę Lamiæ corporaliter deferantur à dęmoniis, per aëra & breui temporis spatio volent ad loca remotissima? An verò hæc omnia illusiones sint dęmonum? & cum solus spiritus ea patiatur, infidelis mens hæc nõ in animo sed in corpore opinatur euenire. De quibus & de eorum variis nominibus & origine, & multa alia circa hanc materiam, congessit Sylvest. in sum. verb. hæresis, el. 3. Iacob. Simanc. de catal. instit. cap. 37. Alphon. Castr. lib. 1. de iusta hæret. pun. cap. 16. Guilermi, Bened. cap. Raynun. verb. duas habẽs filias num. 29. Reper. Inquisit. verb. Xorquinæ. latissimè Ioan. Pineda. 1. part. de la Agricul. Christian. Dialog. 4. §. 32 Alciat. lib. 8. parerg. cap. 22. Sebast. Medic. in sum. omnium hæres. 1. part. quæst. 9. versic. quintum delictum. Iacob. Simanc. in enchirid. titul. 11. Nauar. man. lat. cap. 11. num. 38. versic. 32. qui credit. Lucerna Inquisitor. verb. secta Strigiarum, & latissimè Bernard. Comensis tract. de strigiis, vbi pulchrè Francis. Pegna in annotation. & idem Pegn. in 2. part. direct. schol. 50. §. sed à maligno spiritu. pag. 91. latissimè Ioan. Bodinus de Magorum dæmonomania. lib. 2. ex cap. 5. Carrer. in prax. titul. de hæretic. §. circa secundum, num. 41. fol. 258. Iodoc. Damhouder. in prax. cap. 61. ex num. 134. Pedraz. in sum. in 1. precept. Decal. versic. 11. si cree. fol. 13. col. 2. Ludou. Lopez. instruct. consc. 1. part. capit. 41. col. 314. versic. aliquando. Sot. lib. 8. de iustit. & iur. quæst. 3. art. 2.

6 ET de Lamiis possunt cognoscere Inquisitores, ex Iacob. Simanc. in dicto capit. 37. num. 13. Sylvest. supra num. 10. & alij vbi supra quibus adde Mot. Prop. Adriani VI. incip. dudum vti nobis. Dat. anno Domini 1523. die 20. Iulij in anno primo sui Pontific. Quare autem mulieres facilius incidãt in hisce superstitionibus quam viri, vide Tiraquel. in l. 9. conn. num. 30. Iodoc. Damhouder, dicto cap. 61. ex num. 139. vbi etiam à num. 125. assignat rationes cur istę maleficæ,

cæ, vel supradicti Incantatores in manibus publicæ iustitiæ existentes, vel incarcerati non faciant se deferri, ac inde liberari per ministerium dæmonis, ad mortem euitandam.

AD TEX. IN CAP. Præsul. 2. q.5.

COLLECTAN. 22.

SVMMARIVM.

1 *Duo testes sufficiunt in quocunq; negotio.*
2 *Quot testes requirantur contra Cardinalem, ex dispositione istius textus.*
3 *Dispositio istius textus An sit correcta?*
4 *Contra Summum Pontificem, An sufficiant duo testes?*

1 QVAMVIS secundum communem iuris traditionem, in quocunq; negotio duo testes ad rei probationem sufficiant, iuxta illud Deuteron. cap. 19. in ore duorũ vel trium testium stabit omne verbum. & referunt plura iura ad id, Abbas consil. 16. vol. 1. num. 1. versic. sed numquid per dicta illorum testium. Sot. de iust. & iur. lib. 5. quæst. 7. articul. 2. Didac. Perez, lib. 8. titul. 3. l. 32. in glos. testimonio de dos Christianos. in principio. Couar. in cap. cum esses. num 3. de testament. Petrus Magdalen. de numer. test. 1. part. cap. 1. ex num. 1. Sed nihilominus per hunc textum attestantur Doctores concessum fuisse ex Priuilegio Beati Syluestri Papæ, Illustrissimis & Reuerendissimis Dominis Cardinalibus Sanctę Romanæ Eccle siæ (qui hodie successerunt in locum Præfecti Prætorij vel Senatorum Romanorum: ex Præposito in cap. quamquam. num. 9. 2. quæst. 7. Francis. Marc. decis. 345. in 1. part. Alciat. lib. 1. prætermiss. in litera C. verbo Cardinalis. Anton. Scap. de iure non scrip, lib. 2. cap. 7. num. 4. & in lib. 1. cap. 10. num. 2. Anton. de Burgos. in cap. 1. num. 12. de rescript. Ioseph. Gonçalez. variar. quæstion. cap. 17. num. 18. in princip. Capiz. decis. 114. num. 4. Octauia. Vestr. in prax. lib. 1. cap. 1. in princip. vbi Grauat. in addition. in lit. B. Alphon. de Azeued. ad cur. pisan. lib. 2. c. 1. num. 4.) ne Cardinalis Episcopus possit damnari, nisi ex depositionibus septuaginta duorum testium. Diaconus verò Cardinalis, pariter damnari non possit de crimine aliquo, nisi conuictus sit à viginti & septem testibus: vt per Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæst. 66. num. 5. Barbac. de præstant. Cardinal. 1. part. quæst. 11. Abb. in cap. licet. num. 4. de testib. Roman. singul. 207. incip. item ad idẽ. Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst. 80. ex num. 23. in fine. Domin. Sot. lib. 5. de iust. & iur. quæst. 7. articul. 2. in. 3. argumento. Nellus à Sancto Geminian. tract. de testib. 1. p. ex num. 83. Anton. Scap. de iure non scrip. lib. 1. cap. 10. ex num. 3.

2 CIRCA intellectum tamen istius textus & quòd dispositio illius fuerit temporalis, & hodie minimè procedat, est videndus Abbas in dicto cap. licet. num. 4. & ibi addi tio in litera F. additio ad Roman. in dicto singul. 207. Decius in cap. at si clerici. num. 6. & ibi latè Beroi. num. 5. de iudic. Abb. in cap. per tuas. num. 2. ad fin. & ibi additio in litera D. & Felin. in num. 1. ad medium de maior. & obed. Abb. in repet. cap. cum esses. num. 16. de testamen. Carol. Molin. in consuet. paris. titul. 1 §. 30. num. 67. Anton. Scap. de iur. non scrip. lib. 1. cap 10. ex num. 15. Iulius Clar. in dicto §. fin. quæst. 66. num. 5.

3 *IN glossa Præsul, ibi, sed numquid?* Quæritur hic, An contra Papam sufficiant duo testes? pro quo est videndus Rojas 2. par. de hæretic. assertio. 4. num. 87. Gigan. consil. 29. num. 9. Albar. Pelag. lib. 2. de plant. ecclesiæ. capit. 10. Abb. in capit. tertio loco. numer. 6. de probation. Iul. Clar. lib. 5. §. fi. quæstion. 66. numer. 6. Carol. Molin. in cõsuetud. Paris. titul. 1. § 30. numer. 67. Abb. in capit. at si clerici, in princip. numer. 3. de iudic. vbi additio in litera D. vbi etiam Decius in num. 2. & Beroi. ex num. 7. Rojas singul. 146. num. 8. & in singul. 165. numer. 9. Anton. Gomez. de delict. tom. 3. capit. 12. numer. 9. volum. 1. communium opinionum. pagin. 232. in verbo testes duo sufficiunt ad condemnationem. Franciscus Viuius libro. 2. commun. opinionum, opin. 292. num. 3.

AD

AD TEX. IN CAP. Multi sine peccato. 14. quæst. 5.

COLLECTAN. 23.

SVMMARIVM.

1 *An peccet, qui rem inuentam non restituit?*
2 *An res inuenta possit retineri ab inuentore, si non inueniatur dominus?*
3 *An ob restitutionem rei alienæ inuentæ, possit inuentor petere præmium?*

1 QVI rem inuentam non restituit An peccet, furtumq; committere dicatur? est videndus Couar. in regul. peccatũ. 3. part. §. 1. num. 1. Guid. singul. 127. Abbas in capit. sæpè num. 7. de restit. spol. Medin. 1. par. instruct. de confes. cap. 14. §. 33. versic. quinta regla, fol. 118. textus & DD. in l. 44. falsus, §. qui in alienam. ff. de furt. Abbas in capit. cum dilecti. num. 11. & Anania. num. 8. de accusat. Bonacos. com. opin. crimin. verb. furtum. versic. quod si quis inuenit. fol. 86. Anton. Gomez. tom. 3. de delict. capit. 5 num. 3. Vbi etiam diserit, An res inuẽta possit reti
2 neri ab inuentore, qui præuia diligenti inquisitione non potuit scire, quis sit illius rei inuentæ dominus? An verò eo casu talis res inuenta debeat dari pauperibus pro anima veri domini. Pro quo etiam videndus erit Couar. dicta regul. peccatum. 3. part. §. 1. n. 2. Cassen. in consuet. Burgun. rubr. 1. §. 1. ex num. 3. & in §. 2. versic. crie par trois. ex numer. 1. & in §. 3. per totum. Ioan. Martinez de Olano in antinom. in litera R. num. 13. Abbas in cap. fin. num. 4. de furt. Iaf. in l. rẽ quæ nobis ex num. 29. ff. de acquir. possess. Felin. in capit. cum dilecti num. 7. & Abbas num. 12. & Marian. Socin. num. 14. versic. vtrum autem reperiens, de accusat. Anton. Scap. de iure non scrip. lib. 5. capit. 155. ex num. 8. Medin. 1. part. instruc. de cõfes. cap. 14. §. 33. versic. quando vno hallò cosas. fol. 118. Ludouic. Lopez. instruct. conscien. 2. part. cap. 3. ex colum. 19. Soto de iustit. & iure lib. 5. quæst. 3. articul. 3. versic. multo autem magis. Sebast. Medic. in sum. peccat. 1. part. titul. 6. quæst. 127.

3 VIDI tamen dubitari, An ob restitutionem rei alienæ inuentæ, possit iustè eius inuentor mercedem aut præmium, ex pacto vel aliàs accipere? pro Pua quæstione re currito ad Abbat. in capit. dudum, el. 2. num. 18. versic. quinimmo, de elect. Felin. in cap. cum dilecti. num. 7. versic. non est iniquum, de accusat. Anton. Scap. de iure non scrip. lib. 5. capit. 155. ex num. 12. Couar. in reg. peccat. m. 2. part. §. 3, num. 3. Michael de Palac. de contract. lib. 6. capit. 8. pagin. 543. in fine.

AD TEXT. IN CAP. Si quis suadente. 17. q. 4.

COLLECTAN. 24.

SVMMARIVM.

1 *Percutiens clericum etiam simpliciter tonsuratum, à solo Romano Pontifice potest absolui, & An Papa possit tollere Priuilegium istius textus?*
2 *An in excommunicatione, de qua in hoc textu, incurrant etiam fœminæ?*
3 *An similiter incurrant in excommunicationem istius textus, qui non manu, sed pedibus, vel verbis, clericos læserint, vel qui aliter eis fecerint iniuriam aut vim?*
4 *Anathema quid sit, & An idem significet quod excommunicatio?*
5 *In mortis periculo nullus est casus reseruatus, & An tempore extremæ necessitatis Sacramentũ pœnitentiæ possit ministrari à Sacerdote excommunicato vel hæretico?*
6 *An in pœnis istius textus, comprehendatur mandans percutere clericum?*
7 *Percutiens clericum, An & quando possit absolui à Legato vel ab Episcopo?*
8 *Qui percutit clericum mortuum, An incidat in pœnas istius textus?*

9 Clericum

9 *Clericus percutiens hominem mortuum, An sit irregularis?*
10 *Percutiens clericũ degradatum, aut excommunicatum vel hæreticum, An incidat in pœnas istius textus?*
11 *Percutiens clericum ignoranter, vel habitu laicali vestitum, An incurrat in pœnas, de quibus in hoc textu?*
12 *Percutiens nouitium Religionis, An incidat in censuras huius textus?*
13 *Clericus percutiens seipsum, An incidat in pœnas istius textus.*
14 *Vxor clerici, An gaudeat Priuilegio istius Canonis?*
15 *Vulnerans consanguineum Clerici, quando incidat in pœnas istius textus.*
16 *Percutiens clericum non incedentem, cum habitu & tonsura, An incidat in pœnas huius textus?*
17 *Plures casus in quibus ob violentas manus in clericum, in nullam incurritur excommunicationem.*
18 *Sacrilegium est disputare de potestate Papæ vel Principis.*

8 PERCVTIENS clericum est excommunicatus, per hunc textum, & solum à Romano Pontifice potest absolui, vt tradit Dueñ. reg. 99. Nicol. Plotius, tract. de excom. in principio. ex num. 23. Ioan. de Lignan. tract. de censur. ecclesiast. §. 6. ex num. 1. & passim id tradunt omnes ferè scribentes. Maius tamen dubium est, An Sum. Pontif. possit tollere priuilegiũ prædictum, vt per Felinum in capit. si quis de maior. & obed. numer. 1. versic. & primo scias. Volumin. 2. com. opin. pag. 511. verbo Papa non potest tollere. Couar. in pract. cap. 31. num. 4. versic. nam etiam si possit. Anto. de Butr. consil. 19. num. 7.

2 *IBI, si quis.* Dubium oritur, An hæc dictio, si quis, complectatur vtrumq; sexum in casu istius textus: ita vt fœmina iniiciens manus in clericum, incidat in pœnas de quibus hîc. Pro quo videbis Nauar. in man. lat. capit. 27. num. 76. Caballin. in ægid. constit. lib. 4. capit. 55. in glos. A. in princip. Anto. Bernad. in sum. capit. 32. num. 25. Sebastian. Medic. in sum. peccat. 2. part. titul. 9. quæst. 78. num. 39. Antonin. in tract. de excommunicat. cap. 1. num. 2. volum. 16. tract. Abiles in capit. 1. Prætorum, in glos. de ninguna persona. num. 8. Iaf. in l. si quis id quod. ff. de iurisd. omnium iud. num. 1. & 3. latè Tiraq. retract. lin. §. 1. glos. 9. ex num. 212. Gabriel. lib. 6. commun. opin. titul. de verb. signific. concl. 6. num. 5. Matienz. lib. 5. recol. titul. 14. l. 2. in glos. 3. numer. 2. & in titul. 11. l. 8. glos. 2. num. 1. Ioan. Gracian. regul. 209. num. 4.

3 *IBI, clericum.* Intellige etiam simpliciter tonsuratum, ex Nauar. man. lat. cap. 27. num. 79. Dueñas, regul. 99. ex ampl. 2. Lancel. Gallia in consue. alexan. in glos. maritus. quæst. 4. num. 5. Sebast. Medic. in dicto num. 39. glos. verb. canonis, in capitul. 1. de cler. coniug. in 6. Ioseph. Angl. flor. theolo. in quæstione de excommun. pag. 54. versic. omnes, & in versic. clerici. Anton. Bernad. in dicto num. 25. versic. 7. por clerigo. pag. 708. Petro Paulo Pariſ. consil. 40. volum. 4. num. 21. Bellug. in spec. princip. rubric. 11. §. videndum. numer. 5. versicul. & certè. & ibi Camillus Borrellius in additionibus in litera C.

IBI, manus. Quid autem intelligatur per dictionem manus, tradit Nauar. in dicto capit. 27 num. 77. Caietan. in sum. verb. excommunicatio. cap. 10. Pedraz. in sum. tit. excommunicaciones papales, versic. cõtra los que ponen. fol. 135. Anton. Bernad. dict. num. 25. versic. 4. por manos. Ludouic. Beja, in resp. cas. 46. ex pag. 205. Et quid quando quis profert verba iniuriosa, aduersus clericum? vide Couar. lib. 1. variar. capit. 111 ex num 5. Sebast. Medic. in dicto num. 39. Petr. Plaz. de delict. cap. 1. ex numer. 28. Et quid si in vestibus fiat vis, vel inuictus detineatur clericus, aut per frenũ equi in quo est? tradit latè respon. Felin. verb. detinens clericum per vestem. Hyppol. singul. 188. Bern. Diaz in reg. 95. vbi Salzed. Iacob. Menoch. de arbit. cas. 339. num. 17. Felin. capit. nuper. de sent. excommunic. num. 5. Socin. regul. 94. Ioan. Gracian. regul. 175. n. 3. Ioan. Angl. in dicta quæst. de excommun. pag. 56. versic. clerici percusor. & pag. 57. versic. qui veste. Et clerico dormienti An possit fieri iniuria absq; excommunicationis

nis labe. pulchrè diserit Petr. Plaz. de delict. cap. 31. nu. 4. Hippol. de Marsil. singul. 188. in fin. Felin. in cap. nuper, de sent. excommunicat. num. 6. Carrer. in prax. titul. de homicid. §. 4. num. 3. fol. 165.

4 *IBI, Anathematis.* Plura de hac dictione, Anathema, & de eius significatione, tradunt Abbas in cap. si quis contra clericũ, num. 52. de for. competent. Beroi in capit. si quis præsbyterorum. ex num. 6. de reb. eccles. non alien. Rebuf. in fin. prax. benef. in explic. Bullæ Cœnæ. verb. excommunicamus & anathematizamus. fol. 401. Abbas cap. cum ab ecclesiarum, de offic. ordin. n. 5. vbi additio in litera C. Viuald. in candel. eccles. tit. de excõmunic. ex n. 15. Did. Spino spec. testam. in glos. rubr. 11. p. n. 11. Lelius de Zanch. de priuil. eccles. priuil. 46. num. 11. Couar. in cap. alma mater. 1. par. §. 8. n. 6. Felician. de censur. titul. de excommunic. cap. 8. Caballin. in ægid. constit. lib. 4. c. 42. in glos. A. pag. 270. optimè Alphon. Veracruz, in appendice ad specul. cõiug. ex pag. 93. vers. pro solutione. Paul. Fusc. singul. 23. in fin. literæ C. Cassen. consil. 1. in. 5. præsup. num. 1. Alphon. Castro de iust. hæret. pun. lib. 2. cap. 20. Francis. Pegn. in 2. part. direct. schol. 2. versic. sed hìc lapsus.

5 *IBI, mortis vrgente periculo.* Eo enim casu, nullus est casus reseruatus: immo quilibet Sacerdos potest quemlibet pœnitentem absoluere: de quo est videndus Concil. Trident. Sess. 14 cap. 7. Sot. in 4. distin. 18. quæst. 4. art. 4. Cordou. tract. cas. de consc. quæst. 18. versic. el segundo pũto es. Nauar. in princip. de pœniten. dist. 6. num. 73. Viuald. in candelabr. eccles. tit. de absolut. nu. 59. Azeued. ad reg. const. lib. 1. tit. 1. l. 5. n. 5. vers. est tamen verum. Ant. Bern. dict. num. 25. versic. 10. en el. & in cap. 29. num. 1. Couar. in cap. alma mater. 1. par. §. 11. ex num. 8. versic. quòd si mortuus. glos. verb. periculũ. in cap. sacro de sent. excummun. in. 6. Gerar. singul. 12. Ioan. Gutierrez. canonic. quæstion. lib. 1. c. 1. num. 58. & pulchrè ex num. 56. disputat controuersam illam quæstionem, An in tempore necessitatis extremæ, Sacramentum pœnitentiæ, & absolutio à censuris, possit ministrari à Sacerdote excommunicato, vel præciso, id est, à Sacerdote hæretico vel scismatico? de qua quæstione est etiam videndus Nauar. man. lat. capit. 26. num. 26. & in cap. 27. num. 271. versic. septimo quod. Domin. Sot. in 4. dist. 18. q. 4. art. 4. versic. at verò non nihil. Couar. in capit. alma mater. 1. part. §. 6. num. 8. Victor. in sum. titul de clauibus, num. 328. Cordou. in dict. quæst. 18. versic. tambien digo que el tal Sacerdote. Viuald. in candelabr. eccles. titul. de absolut. num. 64. Anton. Bernad. dict. cap. 29. num. 1. versic. el qual. Nauar. in princip. de pœniten. dist. in 6. numer. 87. Medin. tractat. 2. de pœniten. capitul. cui debeat fieri confessio. versicul. ad aliud. fol. 79.

6 DVBIVM tamen est, An in pœnas huius textus incidat, mandans percutere clericum? Pro quo vide notata, in cap. 6. mulieres. §. illi verò, de sent. excommunicationis. Et de eo qui consuluit, vt clericus percutiatur, est videndus cap. 6. sicut dignum. §. clericos autem, de homicid.

7 IS autem qui iniecit manus in clericũ, An & quando possit absolui à Legato, vel ab Episcopo? traditur in cap. ea noscitur, & in cap. ad eminentiam. de sent. excommuni. Andr. Gambar. de offi. & potest. lega. de Later. lib. 1. in rubr. quæ sit differentia inter legatos. num. 1. & optimè in lib. 8. in rubr. de potest. legati in absol. ab excommunic. ex num. 1. Lapp. alleg. 76. pulchrè Ioan. Gutierrez. can. quæst. lib. 1. cap. 5. ex numer. 11. Couar. in capit. alma mater. 1. par. §. 9. num. 2. optimè Nauar. man. lat. cap. 27. ex num. 89. cap. mulieres, vbi etiam DD. de sentent. excommunicationis.

8 ET quia mortuo iniuria fieri potest, ex Sebast. Medic. tract. mors omnia sol. 3. par. num. 61. Ideò quæritur per Doctores, An qui percutit clericum mortuum, incidat in pœnas istius textus? Pro quo videndus est Dueñ. reg. 99. ampl. 6. Asinius in l. 4. §. sed tunc locus. ff. de relig. & sumptib. fun. num. 21. Boer. decis. 316. n. 12. versic. & secũdus casus. Felin. in cap. à nobis, el. 2. de sent. excõmunic. num. 4. Dec. in cap. ad hæc. num. 24. de priuileg. Et quid è contra si clericus percutiat hominem mortuum, An sit irregularis? est videndus Sebast. Medic. tract. mors omnia fol. 2. par. cõcl. 56. n. 159. Boer. decis. 316. num. 11. Asinius in dict. §. sed tũc locus. num. 19. Foller in prax. can. 2. par. capit. 22. num. 4. Felician. de censur. titul. de irregular. capit. de quinta specie irregularitatis, versic.

uersic. si vero clericus. pag. 476. Hippol. sin
10 gul. 184. num. 2. An autem quando quis per cutit clericum degradatum, incurrat in excommunicationem? Est consulendus Iulius Clar. §. fin. quæst. 77. num. 10. Hippol. singu. 107. num. 1. & singul. 179. num. 4. Alciatus cap. cum non ab homine, de iudic. num. 13. Petrus Plaza de delict. cap. 6. num. 6. Felician. de censuris. titul. de depositi. & degradatione cap. 8. Ioseph. Angles. in flor. theolo. in quæstione de excommunic. pag. 55. verb. degradatus. glos. verb. priuilegio. capit. 2. de pœn. in 6. Didac. Perez lib. 1. tit. 3. l. 1. pag. 61. versic. procedit etiam, vbi quid si percussorit clericum excommunicatū? De quo est etiam videndus Remig. de Gōni, de immunit. eccles. ampliat. 14. num. 2. Vol. 1. com. opin. pag. 27. verb. clericum excommunicatum Iul. Clar. §. fin. quæst. 77. num. 9. Ioan. de Lignano de censur. ecclesiastic. §. 4. n. 23. vol. 16. Tract. Doctores in c. tua nos, de senten. excōmun. Et quid quando clericum hæreticum? tradit Rojas singul. 31. Carrer. in prax. titul de hæretic. §. nunc de pœnis, numer. 7.

11 QVID verò sit dicendum, quādo quis percussit clericū ignoranter, seu Laici habitu vestitum, An talis percussor sit excōmunicatus? Est videndus Iulius Clar. supra ex nu. 7. Seraph. de Seraphin. de priuil. iuram. priuileg. 4. num. 38. Ioseph. Angles in dicta quæstione de excommunic. pag. 55. in vers. clericus portans. Carol. Molin. in consuet. Paris. titul. 1. §. 30. num. 152. iuxta finē. Hieronym. de Tortis. in consil. vnic. in fauorem populi Floren. num. 20. Ioan. de Anan. in c. sicut dignum. §. illi autem. num. 2. de homicid. Abb. in cap. cognoscentes, de constit. num. 6. vers. & hoc casu.

12 ET ille qui percussit nouitium religionis, An incidat in pœnas istius textus? tradit Palat. Rube. in repet. rubricæ, de donat. inter vir. §. 38. versic. quamuis autem. Albis. de Albertis. singul. 209. Tiraquel. retr. lin. §. 1. glos. 8. num. 21. Plaz. de delict. cap. 42. nu. 24. Anton. Gabr. lib. 1. com. tit. de præsumpt. o. concl. 12. n. 14. Camil. Borrel. in Regia Arag. §. 2. glos. 4. num. 112. Horat. Mandos. tract. de priuileg. ad instar. in glos. 7. numer. 36. Anton. Bernad. in dicto num. 25. versic. 9. por religioso. Bellug. in spec. prin. rubr. n. §. videndum. nu. 5. versic. & simili modo.

13 CLERICVS etiam percutiens seipsum, An incidat in has pœnas? Est consulendus Grammat. decis. 44. ex num. 2. Felic. cap. contigit de sent. excom. num. 2. Ioan. Angl. in dict. quæst. de excommun. pag. 57. vers. clericus seipsum. Iaf. l. 1. num. 8. C. de seru. fugit. Ioan. Faber in §. iuris præcepta. de iust. & iur. ex num. 1. Iul. Clar. in dicta. q. 77. num. 3. Mātua singul. 1. num. 4. Menoch. de arbitr. cas. 284. n. 37. Et de eo qui impellit clericum, ita vt cadat & sanguis exeat, An incidat in pœnas huius textus? optimè Mantua, singul. 515. Et mulieres intrantes monasteria, in quibus non fit professio, An gaudeant priuilegio huius textus? tradit Rot. antiq. decis. 1. aliàs 167. tit. de regul. r.
14 & transeun. ad relig. Dubium tamen est, An vxor clerici tonsurati, gaudeat priuilegio istius textus? tradit Geminian. in cap. vnic. §. in cęteris autem. num. 7. de cler. coniug. in. 6. Tiraquel. in legibus conn. glos. 2. num. 61. Petr. Moz. de contract. titul. de donation. §. quo modo annulletur, & reuocetur donatio. num. 41. fol. 161. Felin. cap. nullus. num. 3. de for. comp. Didac. Perez. lib. 1. titul. 3. l. 1. pag. 58. versic. est & aliud clericis.
15 Abiles in procem. Prætorum. num. 28. Et vulnerans consanguineum clerici, quando incidat in pœnas huius textus? tradit Felin cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ. de constit. num. 99. ad medium. Hippol. singul. 204. n. 1. Tiraquel. de pœn. caus. 51. num. 74. Apostill. ad Dec. in l. in omnibus. ff. de regul. iur. num. 18. in litera B.

16 DE eo verò qui percutit clericum non incedentem cum habitu & tonsura: disserit Paul. Fusc. singul. 109. literæ C. Ioan. Angl. supra pag. 55. verb. clericus non. Marant. de ordin. iudic. 4. part. distin. 11. numer. 70. pagin. 290.

17 ET quam plures casus, in quibus ob violentas manus in clericum illatas, in nullam prorsus incurritur excommunicationē: optimè referunt Felician. de censur. tit. de excommun. cap. 20. & capit. 21. Sylvest. in sum. verb. excommunicatio, el. 6 numer. 6. Ioan. Gracian. reg. 175. num. 10. Anton. Bernad. in sum. cap. 32. num. 26. Dominic. Sot. in 4. dist. 22. quæst. 2. art. 3. versic. excipit enim. pag. 964. Sebast. Medic. in sum. peccat. 2. part. tit. 9. quæst. 78. num. 39. Sot. lib. 5. de iust. & iur. quæst. 3. art. 2. ex versic. post hæc

hæc verò rogitas. Ioseph. Mascard. vol. 2. de probation. concl. 996. ex numer. 19. Sum. Tabiens. verb. excommunicatio, el 5. ex numer. 24. Couar. in 4. 1. par. capit. 1. num. 12. Anton. Scappus, de iure non scrip. lib. 1. capit. 1. ex num. 11. Nicol. Plouius, de excommunicat. in principio, numer. 24. Antonin. de excommunic. cap. 1. ex num. 24. in vol. 16. tract.

13 *IBI, aut qui de principali iudicio.* Sacrilegium enim est disputare de potestate Papæ, Imperatoris, aut Principis, capit. nemini, infra eodem. l. 2. C. de crim. sacrileg. circa cuius intellectum sunt consulendi Rojas de succes. capit. 23. ex numer. 67. Iaf. l. 1. de cōstit. Princip. num. 3. Iaf. l. Barbarius, numer. 35. ff. de offic. Prætor. Alexand. consil. 216. volum. 2. numer. 1. Crauet. consil. 296. num. 3. versic. venio nunc, & consil. 241. numer. 3. Decius consil. 602. numer. 1. & optimè consil. 603. num. 1. Corras. in l. filium quem habentem, numer. 29. C. famil. herciscun. Menoch. consil. 103. volum. 1, num. 38. Decius consil. 588. ex numer. 2. Afflict. decis. 265. ex num. 61, Burgos de Paz, in procem. leg. Taur. num. 347. Sebast. Medices, de legib. & statut. 1. par. quæst. 8. in principio. Lambertin. de iure patr. in 4. artic. 8. quæstionis princ. 1. par. 1. lib. numer. 2. latissimè Ferdinand. de Mendoça, disput. iur. ciuil. lib. 1. capit. 5. num. 2. Matienç. lib. 5. recollect. titul. 10. l. 6. glos. 2. numer. 4. Hieronym. de Monte, var. iur. quæst. 6. ex numer. 48. Lancel. Conrad. templum omn. iudic. lib. 1. capit. 1. §. 1. quæst. 2. numer. 9. fol. 3. & §. 4. titul. de præstan. & poten. Imper. verb. Imperator habet domin. vniuers. num. 4. fol. 64. meritissimus Regius consiliarius in Regno Aragonum Doctor Martin. Monter in Propugnac. Oscens. numer. 1. quem me præceptorem habuisse in percelebri Vniuersitate Oscensi nunquam pœnitebit, ob eius singularem in explicandis Iuris Vtriusq; obscuritatibus peritiam & dexteritatem.

AD TEX. IN CAP. Testamentum, dist. 6.

COLLECTAN. 25.

SVMMARIVM.

1 *Pollutio nocturna An semper sit peccatum, & per quod tempus impediat sumptionem Eucharistiæ?*
2 *An peccent coniuges si intra diem quo receperunt Sanctam Eucharistiam, debitum coniugale reddant?*

1 POLLVTIO nocturna an & quando sit peccatum? & an & per quod tempus impediat ecclesiasticis celebrationē Missæ, secularibus verò etiam vxoratis sumptionem Eucharistię? est consulendus Nauar. in man. lat. cap. 21. numer. 51. Sylvest. in sum. verb. eucharistia, el 3. numer. 12. & in verb. pollutio nocturna. Francis. Victor, de sacramen. titul. de eucharist. num. 81. Baculus clericalis, ex fol. 46 versic. primeramente. Gabr. in can. lect. 10. Lib. 5. regul. iur. ciuil. & pontif. pag. 371, versic. fallit in polluto in nocte. Viuald. in candelabr. eccles. de sacram. euchar. numer. 111. Ludouic. Beja, cas. 8. Medin. 1. par. instr. de confes. cap. 14. §. 42. versic. a cerca de la qual, fol. 145. Couar. in clem. vnic. 3. par. in init. num. 7. Abb. in cap. significatum, numer. 4. versic. quid enim, de prębend. Ludouic. Lopez instruct. consc. 1. par. capit. 11. ex colum. 108. Missale Roman. Pij V. iussu editum, in tit. de defectib. circa Missam, in capit. de defectib. dispositionis corporis, in fin. Paul. Fusc. singu. 8. literæ C. Soto, in 4. dist. 12. quæst. 1. art. 7. Petrus Plaça, de delict. cap. 31. num. 7. Sum. Tabiens. verb. cōmunicare, ex num. 38. optimè Sebastianus Episcopus Oxemensis, in 3. par. quæst. 80. art. 7. latè Sebast. Medic. in sum. peccat. 2. par. tit. 8. quæst. 36. Albar. Pelag. lib. 2. de planct. eccles. cap. 27. versic. decimosexto quia. Guilierm. Episcop. Parisien. in tit. de sacram. eucharistię, cap. 12. in princi. Francis. Viuius, lib. 2 com. opin. 228. Barthol. Medina 1. par. instruc. de confess. capit. 14. §. 18. versic. la primera. & in cap. 16. §. 2. versic. lo vndecimo. Anton. Cordu. in quæstion. Theolog. lib. 1. quæst. 7. Petr. à Nauarra, tom. 1. de resti. lib. 2. cap. 1. ex n. 43. Tiraquel. de pœn. temper. causa 5. num. 9. in fin. Decius in cap. ad audientiā, num. 45.

de reſcript. Guilier. Benedict. cap. Raynutius. 3. par. verb. qui cum alia matrimon. numer. 114. Tiraq. in ll. cõnub. 15. ex num. 111. textus in cap. omnis homo, ibi ab vxore abſtinere, de conſec. diſt. 2. Ioan. de Lapide in reſolutorio dubiorum circa celebrationem Miſſarum occurrentium, cap. 2. artic. 2. dubio 6. Alphonſ. de Veracruz, 3. par. ſpecul. coniug. artic. 17. in 1. & in 2. concluſione, ex pag. 622. Ioſeph. Angles flor. theolog. in quæſtione de ſoluendo debitum, pag. 346. poſt princip. latè Paludan. in 4 diſt. 9. queſtion. 3. Caietan. in ſum. verb. communio ſacrament. verſic. quartum eſt reuerentia & deuotio. pag. 72. & in verb, poilutio. latè Stephanus de Gaeta in repet. capit. ad limina. 30. quæſt. 1. §. 6. numer. 115. & pulchrè in numer. 126. Sebaſt. Medic. in ſum. decreti, de conſecr. diſt. 2. artic. 15. Simon. Maiol. de irregul. lib. 3. capit. 24. num. 3. verſic. tempus. & in lib. 5. capit. 1. ex num. 8.

2 A N autem peccent coniuges, ſi intra diem quo ſumpſerunt ſanctam Euchariſtiã debitum coniugale reddant? eſt videndus Nauar. in dicto capit. 21. numer. 51. in fine. & Steph. Gaeta in dict. §. 6. numer. 126. Petr. de Bollo in œconom. canon. 2. claſſ. cap. 4. §. 6. verſ. quarto quod. pag. 255. & quamplurimi alij ex Doctoribus proximè allegatis. Simon. Maiol. de irregul. lib. 5. cap. 1. num. 11. Sylueſter in ſum. verb. Euchariſtia, el 3. num. 13. verſ. facta verò. & ibi Angel. num. 44. Ludouic. Beja in dicto caſ. 8. pag. 25.

AD TEX. IN CAP. Si peccatum. 22. q. 1.

COLLECTAN. 26.

SVMMARIVM.

1 *An meretrix poſsit compelli ad fornicandum?*
2 *Lex aliquid ſtatuens cum peccato, non valet.*
3 *An licitum ſit iurare?*
4 *Aduerſus eos qui in vanum iurant nomen Dei.*

1 *IBI, non enim peccatum nobis præciperetur.* Colligit ex hoc textu, & ex capit. qui peccat. 23. quæſtion. 4. Adrianus in quodlibet. 9. column. 2. in principio. quòd nemo à iure compellitur ad peccatum. Vnde falſum videtur docuiſſe Deci. in l. inuitus. ff. de regul. iuris, ad fin. quem ſequitur Antonius Scap. de iure non ſcrip. lib. 1. capit. 54. numer. 4. meretricem compellendam eſſe ad fornicandum ratione officij, quod ſi intelligas in priuato, quò ad eui tandam pœnam violentiæ illatæ ipſi meretrici verum videtur, quia violẽtia illata meretrici, videtur impunibilis. l. verum. 40. ff. de furt. vbi Bartol. & Alexand. conſil. 13. volum. 7. numer. 5. Grammat. deciſ. 107. numer. 6. Couarru. lib. 3. variar. capit. 14. numer. 2. Sed Decius (ſi rectè conſideretur) voluit, iudicem poſſe compellere meretricem ad fornicandum, quod omnino exiſtimo falſum, per iſtum textum, & tradit Couarru. in dicto numer. 2. Menoch. de arbitrar. caſ. 291. numer. 5. additio ad Matheſ. ſingul. 101. numer. 9. Petrus Plaça, de delict. capit. 34. num. 9. Ioan. Rojas, de ſucceſ. capit. 10. ex numer. 29. Neuizan. in ſylua nupt. lib. 4. §. eſt nubendum, numer. 26. verſic. propterea credo. Caballin. in ægidian. conſtitution. lib. 1. cap. 21. in gloſ. D. numer. 2. pagin. 38. Didacus Perez lib. 2. titul. 23. l. 2. pagin. 434. verſic. faciunt dicta. Caballin. milleloq. 993.

2 PARI itidem ratione, hic erit aduertendum, omnes leges vel conſuetudines pernicioſas, & aliquid ſtatuentes cum peccato, eſſe iniuſtas, nec valere, iuxta textum in cap. mala autem. 8. diſtin. & notata per Doctores in capit. final. de præſcript. Gomez in §. rurſus, numer. 15. inſtitut. de actionib. Felinus, cap. ad noſtram, de probationib. numer. 4. Andr. Tiraquel. retract. linagier. in præfation. numer. 68. verſic. nam ſi hæc conſuetudo. Neuizan. in ſylua nuptial. lib. 4. num. 121. Paulus Fuſc. ſingul. 9. literæ C. Petr. Salazar, de vſu & conſuetud. capit. 3. in princip. Petr. Rebuf. in prœm. conſtitution. gloſ. 5. numer. 124. Camillus Borrellius in additionibus ad Belugam, in ſpecul. Principum, rubrica. 12. §. quædam, in litera C. Ioan. Matienço, lib. 5. lib. 5. recol. titul. 11. l. 8. gloſ. 10. Lancel. Gallia. in patrocin. pro republ. Alexan. numer. 96. Petr. Magdalen. de num. teſt. in teſtam. 1. part. capit. 22. numer. 76. Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 1. ex numer. 9. Vnde nec regularis tenetur obedire Prælato, quãdo imminet peccatum, vt per Abbat. in capit. quod ſuper his, in fin. verb. de maior. & obedient. & in capit. cum teneamur, numer. 2. de præben. Felin. capit. ſi quando, de reſcript. numer. 4 verſic. aliàs autem, Innocent. in cap. Inquiſitioni, de ſenten. excom. num. 3. in fine.

3 *IBI, ex præmiſſis colligitur.* De hoc dubio, An iurare ſit licitum, an verò ſit malum, & quid quando per creaturas iuratur? eſt videndus Alphon. Caſtr. aduer. hæreſ. verb. iuramentum, Couar. in capit. quamuis. 1. par. §. 1. numer. 5. & in §. 6. in principio. Domin. Sot. lib. 8. de iuſt. & iur. quæſt. 1. articul. 2. latè Paul. de Palacio in Euangel. Matth. capit. 5. ex fol. 58. à verſic. item audiſtis quia Ludouic. Lopez inſtructor. conſc. 1. par. capit. 42. ex colum. 317. verſic. non eſt peccatum, Nauar. in man. lat. capit. 12. num. 4. Sebaſt. Medices in ſum. omnium hæreſ. 1. par. hæreſi. 83. verſic. iuramentum, Martinus Martini lib. 6. hipotypoſeon in proœmio colum. 410. Sebaſt. Medic. in ſum. omnium virtut. titul. 8. quæſt. 49. & in quæſt. 52. Sebaſt. Medic. in ſum. decreti. 22. queſt. 1. articul. 1. textus & Doctores in capit. & ſi Chriſtus, de iure iuran. & in cap. clericum per creaturas, ſupra 22. quæſt. 1.

4 IN vanum tamen iurantibus nomen Dei, datur maledictio domus, ex Camil. Borrel. in regia Arag. §. 2. gloſ. 1. ex num. 392. & notatur in dicto capit. etſi Chriſtus. Aduerſus tamen periuros variæ pœnæ promulgantur in iure, vt per Simanc. de cathol. inſtit. capit. 8. Iul. Clar. §. blaſphemia, & per alios, quos latiſsimè habes in capit. 2. ſtatuimus, de maledic.

AD TEXT. IN CAP. Sicut ij qui. 47. diſt.

COLLECTAN. 27.

SVMMARIVM.

1 *Eleemoſyna, An ſit in præcepto, & An dives poſsit compelli à Iudice, vt eleemoſynam det pauperibus?*
2 *Plura priuilegia, damna & laudes pauperatis.*
3 *Paupertas eſt graue onus.*
4 *Pauper nullos habet amicos.*
5 *In matrimoniis & in aliis rebus, ſemper agitur de diuitiis.*
6 *Scientia ſine diuitiis contemnitur.*
7 *Pecunia eſt vita, ſanguis, & anima hominis.*
8 *Nobilitas, & multa alia bona, acquiruntur diuitiis.*
9 *Plura in laudem diuitiarum, & in n. 7.*
10 *Paupertas An ſit vilitas?*
11 *Diuitiæ An ſint appetendæ?*
12 *Dives vel pauper, quando quis dicatur, & pauper An poſsit eſſe teſtis?*
13 *Pauper quilibet præſumitur.*

1 IN gloſſ. verb. eſurientium. Circa materiam iſtius gloſſæ, eſt videndus Raben. in alphab. verbo pauperes, textus & Doctores in capit. paſce. 86. diſtin. Abbas in capit. ſi quis propter, numer. 7. de furt. & in capit. cum percuſsio num. 8. de cleric. ægrot. Cottar. lib. 3. variar. capit. 14. num. 5. Tiraquel. de nobilit. cap. 29. num. 46. & de pœn. temper. cauſ. 44. numer. 10. Palat. Rubeus in repetit. rubricæ. §. 65. numer. 43. Anton. Cord. de Lara in l. ſi quis à liberis. §. & ſi impubes, ex numer. 37. ff. de liber. agnoſ. Abbas in capit. 1. numer. 7. de empt. & vendit. Albert. Troc. de vero & perf. cler. lib. 2. capit. 51. numer. 14. Dominic. Sot. lib. 5. de iuſt. & iur. quæſt 3. art. 4. verſic. ad quæſtionem tribus, Hyppol. Marſil. de Colũna de Eccleſiaſt. reddit. orig. 3. par. capit. 23. numer. 56. Cauallin. milleloq. 295. numer. 2. Lucas de Penn. in l. fin. C. de his qui num. liber. lib. 10. Vbi etiam ponit quam plura priuilegia, damna & laudes paupertatis, de quo etiam diſſerit Anton. Queſad. diuer. quæſt. cap. 11. ex nu. 4. Gerar. ſingul.

73. Caullin. in ægid. constitution. lib. 2. capit. 20. in glos. A. pag. 91. Ioan. Matiençodial. relat. 4. part. capit. 8. num. 2. Petr. Rebuf. tom. 1. constit. tract. de sentent. prouis. articul. 3. glos. vltim. ex numer. 1. Cornel. Bennincas. de priuileg. pauper. quæst. 2. nu. 24. Iacob. Simanc. de cathol. institit. c. 45. ex num. 29. Doctores in cap. pauper. 11. quæst. 3. Tiraq. in l. si vnquam verb. bona, per totũ. Chassen. catal. glor. mund. 11. par. consid. 27. in fin. versic. & in quibus, Mant. singul. 31. Palat. Rub. in repet. capit. per vestras. §. nota secundo, ex num. 8. pag. 242. Tiraquel. de pœn. temper. causa. 33. numer. 4. Rebuf. de priuileg. schol. priuileg. 90. Abiles cap. 34. prætorum in glos. pobres ex numer. 4. & 8. Roland. consil. 87. volum. 2. ex num. 51. & consil. 80. volum. 3. num. 19. Couar. in pract. capit. 6. optimè Sebast. Medices tract. mors omnia soluit. 1. par. numer. 103. Mandos. in prax. titul. de monitor. quæst. 37. Baeça de inope debit. capit. 2. ex num. 31. Felin. capit. significantibus de offi. deleg. num. 5. optimè Caullin. in mille loq. 696. Albarus Pelag. lib. 2. de plan. eccles. capit. 65. ex colum. 10. Ioan. de Indagine qui librum vnum de laude paupertatis scripsit, Ioan. Valensis, in margarit. doctorum. 3. par. dist. 4. capit. 2. & multa congesit Cornel. Bennincas. in tract. de priuilegio paupertatis.

3 CAETERVM si quod sentio de paupertate (vt mea fert natura) liberè loquar, quãuis mecũ, omnibus necessitudinis legib⁹ fuerit semper amica domestica, nihilomin⁹ liberũ de ea feram iudicium, ne magis apud me amicitiæ, quàm rationis legesvaluisse videantur. Et negare certè non possum, me indies posse clamare, cum glos. verb. nullam. in §. sed nostra instit. de succes. libert. & cum Paulo Fusc. singul. 28. literæ P. vt ab ea liberet me Deus. Est hercle paupertas graue onus, vt patet ex ipsa experientia, & colligitur ex capit. pauper. 11. quæst. 3. & testatur Cato, dum inquit, infantem nudum, cùm te natura creauit, paupertatis onus patienter ferre memento. Et idem asserit Ouid. dum hæc plangit, fortuna immeritos, auget honoribus, fortuna innocuos, cladibus afficit, iustos illa viros, pauperie grauat, indignos hæc eadem, diuitiis beat. Quo fit, vt hæc, vulgò fortuna aduersa, non sine causa appelletur. Homer. præterea, pau-

pertatem inimicam boni, nouercamque virtutum esse clamitat. Hæc itidem optima quæq; hominum ingenia, vel in totum extinguit, vel vehementer deprimit: iuxta pulchrum illud Alciati Emblema, dextra tenet lapidem, manus altera sustinet, vt me pluma leuat: sic graue mergit onus, ingenio poteram superas volitare per arces, me nisi paupertas inuida deprimeret. Deniq; cogitur infœlix, alienas ire per oras: nobilitas patris expoliata bonis, & vt inquit Iacobus de Sanazario, & genus & virtus nisi cum re vilior alga est. Et teste Horatio, Sapientia sine diuitiis, vbiq; est vilipensa, iuxta illud eiusdem Horatij ipse licet venias, musis cõmittatus Homeri; si nihil attuleris ibis Homere foras. Et alibi ait: in pretio, prætium nunc est, dat census honores: census amicitias, pauper vbiq; iacet. Et alibi etiam ait, & genus & virtutẽ, regina pecunia donat, Ouidius etiam, ingenium scientiamq; sine diuitiis hodie nihil fieri palàm testatur, dum dicit, ingenium quondam fuerat pretiosius auro: at nunc barbaria est grandis; habere nihil, vt optimè refert Antonius Cordou. de Lara, in dict. l. si quis à li-

4 beris. §. solent numer. 50. Nec reperies qui velit amicitiam cum paupere coire, iuxta illud vulgarè, cum fueris fœlix, multos numerabis amicos: tempora si fuerint nubila solus eris: pulchrè relatum per Matiençon in dialog. relat. 3. par. capit. 22. numer. 15. Lara in dict. l. si quis à liberis in. §. parens nu-

5 mer. 75. in fin. Et iam in matrimoniis, & in omnibus ferè quæ pertractantur negotiis, protinus ad censum fit quæstio, vt latè videre est apud Tiraquel. in l. si vnquam verbo facultatum, & in tract. de nobilit. capit. 3. Chassen. catal. glor. mund. 12. par. consid. 54. Lancel. Gallia. in consuet. Alexand. in glos. viginti, quæstion. 8. numer. 129. Iosephum Ludouic. decis. Perus. 66. ex numer. 14.

6 QVOD verò hodie dolendum est, iam esuriunt docti, contemniturq; scientia, omnia pretio comparantur, iuxta illud, aurum, omnes victa iam pietate colunt, auro pulsa fides, auro venalia iura, aurum lex sequitur, mox sine lege pudor. Et ex Ouidio vt refert Cornel. Bennincas. de priuileg. paupert. quæstion. 4. numer. 1. Curia pauperibus clausa est, dat census

honores,

honores, inde grauis iudex, inde seuerus eques, ad quod etiam illud vulgare facit, traditum à Paul. Fusc. de visit. lib. 1. cap. 32. numer. 2, nummus honoratur, sine nummis nullus amatur, nummus vbi loquitur, Tulius ipse tacet, quisquis habet numos, secura na uiget aura, fortunamq; suo temperet arbitrio.

7 EX quibus omnibus & aliis, quæ consulto omitto, verior videtur sententia glos. penul. in l. aduocati C. de aduoc. diuer. iudic. quatenus probat, patrimonium esse alteram vitam hominibus, quã sequitur Tiraquel. in l. si vnquam verb. facultatum numer. 1. in fin. & de nobilit. capit. 31. num. 364. Couar. in 4. 2. par. cap. 3. §. 4. num. 18. Gigas. consil. 32. numer. 36. Immò pecunia dicitur anima hominis, ex Hesiodi carmine, pecunia est anima miseris mortalibus, & tradit Lud. Celius lib. 4. antiq. lection. capit. 2. Baeça de inope debit. capit. 2. num. 31. Petr. Roizius decis. 3. Lituan. ex numer. 315. Vol. 1. com. opin. pag. 390. verbo pecunia & anima, vbi etiam dicitur, quòd iudices facilè corrumpit, & quòd quemadmodum amor omnia vincit, id facilius possit pecunia, iuxta illud Virgil. Nõ amor amplius hic, sed ego, ipsa pecunia vincam, & Cicer. refert in orat. in Verrem, Illud pessimumvirum solitum fuisse dicere, nihil tam sanctum quod non violari, nihil tam munitum quod non expugnari pecunia possit, cui concinit illud Ouid. munera (crede mihi) placãt hominesq; deosq;, placatur donis, Iupiter ipse datis. & illud Virgil. quid non mortalia pectora cogis, auri sacra fames? Ideoq; Philippus Macedon. Magni Alexandri genitor dicebat, omnia expugnari Castella posse, in quæ onustus auro asellus posset ascendere. Diuitiarum siquidẽ cupido & amor, multorum animos adeò vehementer secum trahit, vt pro illarũ tutella, homines nullum prætermittant, laborem, nihilq; intentatum relinquãt, etiam si pro illarum conseruatione oporteat periculo se exponere mortis, vt tradit Petr. de Aragon. 2. 2. quæst. 11. articul. 3. pag. 345. versic. diuitiarum, & aurum rumpit fores adamantinas, Alexan. Stiaticus in practic. iudic. capit. 24. numer. 22. Et pecunia dicitur etiam secundus sanguis, Iacob. Menochius de arbitr. cas. 110. numer. 6. Tiraquel. in dicto capit. 31. numer. 365. Gerar. singul.

73. numer. 5. Ioan. Matien. in dialog. relat. 3. par. capit. 30. numer. 3. dicitur etiam belli neruus, ex Corras. lib. 2. miscel. capit. 23. numer. 9. Est etiam optimus fideiusor futuræ necessitatis, ex Neuizan. in syl. nuptia. lib. 2. numer. 96. in principio, & homines paupertate vilescunt, ex Simanc. cath. institit. capit. 45. numer. 29. Tiraquel. de nobil. c. 25. & vt dicit Iuuen. nihil habet infœlix paupertas durius in se, quam quòd ridiculos homines facit, quòd refert Porc. in. §. 1. institut. quib. ex caus. manumit. non licet. numer. 3. in fin. Et pauperes sæpius à cunctis despiciuntur, & malè audiuntur, ex Roland. consil. 49. vol. 2. num. 1. cap. pauper. 11. quæstio. 3. Et diuites præferuntur cæteris, vt tradit Chassen. catalag. glor. mund. 11. par. consid. 27. immò plus venerantur homines in hoc sæculo, pro temporali potentia, quam pro reuerentia sanctitatis, ex Isidor. lib. 3. de summo bono. capit. 63, cui

8 conuenit illud Hieronym. ad Cromatium, In patria mea ille sanctior, qui ditior est. Vnde rustici per diuitias nobilitantur, ex Selua de benefi. 3. par. quæstio. 7. num. 6. in principio. Nec mirum, cùm satis sit nobilis, qui est diues, vt ex Bald. refert Felin. in capit. super eo el. 2. de testib. numer. 5. Simanc. de primog. lib. 1. capit. 17. ad fin. Hipol. Riminald. in rubr. de constitut. numer. 37. & optimè Baeça de inope deb. capit. 6. numer. 45. versic. sunt qui dicant. Immò dicit Petrus de Belaper. in l. humilem in fin. C. de incest. nuptiis, nobilitatem nihil aliud esse, quam diuitias inueteratas, vt etiam

9 tradit Gigas. consil. 70. ex numer. 50. Qui enim pecuniam habet, omnem rem habere dicitur: ex Tiraquel. de nobilitat. capit. 31. numer. 364. & in capit. 3. numer. 5. Lancel. Gallia in consuet. Alexand. in glos. solidos, quæstio. 3. ex numer. 9. Doctissimus Doctor Sahagun in capit. 2. de causa possessio. & propriet. numer. 23. Familiæ enim diuitiis conseruantur, & propter paupertatem pereunt, vt ait Burgos de Paz, in proœm. legum Taur. numer. 103. Diuitiæ etiam dicuntur, donum Dei. Tiraquel. l. si vnquam verb. bona numer. 1. in fi. & nobilitas sine diuitiis, est ita manca, sicut fides sine operibus mortua, Tiraquel. de nobilit. cap. 25. numer. 9. Chassen. 8. p. catal. glor. mund. consid. 22. & ex philosoph. 2. Rethor. Quæ-

dam mulier interrogata, vtrum melius foret hominem diuitem esse, quàm sapientem? respondit, quod sæpius videbat sapientes frequentare ianuas diuitum, quam diuites ianuas sapientum. Et tandem hic non reticendum censeo illud, Horat. omnis enim res, virtus, fama, decus, diuina, humanaq; pulchris, diuitiis parent, quas qui construxerit, ille clarus erit, fortis, iustus, sapiens, etiã & Rex, & quidquid volet. Sic nec mirum si Salomon dicebat: Melius est mori, quam egere, vita enim pauperis, est in cogitatione victus, & propriè appellatur miser, eo quòd omnem fœlicitatem amiserit ex Palat. Rub. in rep. cap. §. 1. notab. 2. ex num. 6. pag. 242. Baeça de inope deb. cap. 2. num. 31.

10 ET adde supradictis, cõtra id quod vulgò dici consueuit, la pobreza no es vileza: quod immò paupertas est vilitas, textus in l. 2. versic. quid enim tam durum, & ibi paupertatis detegi vilitatem. C. quãdo & quib. quarta pars deb. pro quo est videndus Tiraquel. de nobilit. cap. 25. n. 3. Ioan. Matienço in dialog. relat. 4. par. capit. 8. numer. 3. Baeça de inope debit. capit. 16. numer. 3. & 18. Benincas. de priuileg. pauper. in. 10. special. in iudic. ex numer. 30. Anton. Cordub. de Lara in l. si quis à liberis. §. non tantum. numer. 18. ff. de liber. agnes. & ex Plauto, præstat diuitem esse & popularem, quam nobilem & mendicum. Egestate namq; sordentibus, vita est suplicium, & mors solatium. l. quisquis. C. ad legem Iuliam maiest. & tradit Rolan. consil. 87. volum. 2. numer. 42. Chassen. consuet. Burg. rubr. 4. §. 7. verb. suppose que les dits, numer. 8. in fin. colum. 656. Sebast. Medic. tract. mors omnia sol. 1. par. num. 103. in principio.

11 DIVITIAS nihilominus non esse cupidè appetendas, dicit Iacob. Simancas de primogen. lib. 3. capit. 2. & aduersus eas, vide eundem Simanc. in dicto lib. 3. capit. 18. & capit. 19. & in lib. 4. capit. 6. optimam Rempublicam eam esse docet, quæ ex ciuibus mediocres diuitias habentibus constitit, & ex capit. 7. probat nec ditissimos esse debere ciues, nec pauperrimos, & pulchrè in lib. 5. capit. 3. differit de veris diuitiis. Dives autem vel pauper, quando quis verè apelletur, refert Matienz. 4. par. capit. 8. numer. 7. & 9. vbi in principio, vide pauperem ne, An diuitem magistratui præficere magis expediat?

12 ET paupertas quo modo probetur, & pauperes An possint esse testes, & alia de materia cumulant Socin. in capit. 1. de accus. numer. 14. latissimè Couarru. lib. 2. variar capit. 6. Anton. Quesada diuers. quæstion. capit. 11. ex numer. 5. Benincas. supra quæst. 6. ex numer. 5. Vol. 1. com. opin. pag. 156. verb. pauper quis sit, & pag. 317. verb. pauper. el. 1. Socin. regul. 289. Iacob. Menochius de arbitr. cas. 65. textus in capit. 8. de testib. vbi habes latissimè. Et de paupere ob propriam culpam, est videnda glos. verb. ad inopiam vbi vide notata in capit.
13 7. de constitut. Aduerte tamen, quòd potius præsumitur paupertas, quam diuitiæ, cum illa sit naturalis, hæ aduentitiæ, ex quo nudi nascimur, ac rerum omnium inopes: iuxta hunc textum, & tradit Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 33. numer. 20. latè Cornel. Benincas. de priuileg. pauper. quæst. 3. nihilominus eam allegans in iudicio, tenetur ipsam probare, vt optimè tradunt Lancel. Gallia supra in glos. solidos quæst. 6. numer. 83. Ias. in l. si verò. §. qui pro rei. ff. qui satisd. cog. ex num. 15. Benincas. supra quæstio. 6. ex num. 2. & in 3. spec. in iudic. num. 23. & in numer. 27. tradit quo modo debeat probari paupertas, de quo etiam Campeg. de testib. regul. 401. Sebast. Medices tract. mors omnia sol. 1. par. num. 103. Mascar. vol. 1. conclus. 525. ex num. 10. & vol. 3. conclus. 1154. per totam. Molin. lib. 1. de primogeniis Hispan. cap. 16. num. 46.

AD TEX. IN CAP. Non licet iudici 11, q. 3.

COLLECTAN. 28.

SVMMARIVM.

1 *Iudex non debet recipere prætium, pro sententia.*
2 *Iudex, An possit recipere poculentum aliquod à litigantibus? & de pœna illius, qui dat illud, & iudicis qui illud recipit.*
3 *Iudices quales esse debeant, ostenditur.*
4 *Plura*

4 *Plura de aduocationis officio, & An aduocati rectè recipiant prætium, & cogi possint ad patrocinandum?*
5 *Aduocati pluribus nominibus nuncupantur, & An officium aduocati sit animæ periculosum, magis quam iudicis officium?*
6 *Aduocati quo vultu teneantur postulare, & quo ordine procedere in suis allegationibus.*
7 *Plura de aduocato inuene.*
8 *Aduocatus iustam causam defendens, An possit vti in iudicio dilationibus & cauillationibus?*
9 *Aduocati quid teneãtur iurare, & quod salarium debeat eis dari, & An maius debeat esse in causis criminalibus?*
10 *Aduocatus victor in causa, in qua sibi ipsi patrocinatus est, An petere possit salarium, & idem in procuratore?*
11 *Qui obtinuit in causa, An possit petere expensas patrocinij gratis præstiti?*
12 *An liceat aduocato pacisci cum clientulo, de quota litis?*
13 *Aduocatus tenetur pro paupere gratis aduocare, & similiter procurator, & notarius.*
14 *Prohibitus aduocare, An possit scripto patrocinari, vel consulere in camera?*
15 *Aduocatus recipiens immoderatum salarium, tenetur ad restitutionem.*
16 *Aduocatus delinquit defendẽdo causam iniustam, & quid quando causa est dubia?*
17 *Quando sunt diuersæ doctorum sententiæ in aliqua re, An possit aduocatus adherere cui vult opinioni?*
18 *Aduocatus qui propter imprudentiam vel ignorantiam amittit causam, An faciat litem suam?*
19 *Si aduocato non soluitur salarium, An possit dimisso clientulo adherere parti aduersæ?*
20 *Aduocatus respondens clientulo sine reuolutione librorum, An possit petere salarium?*
21 *De pœna aduocati qui reuelat secretum causæ, parti aduersæ.*
22 *Aduocatus contra amicum, An quis cogatur esse, vel contra consanguineum, vel patriam?*
23 *Literarum contemptores multa dicunt aduersus Iurisperitos?*
24 *Quare maiores lites oriuntur ex testamentis literatorum, quàm ex testamentis rusticorum?*
25 *Aduocati non tenentur dare consilium cauilosum.*

1 COLLIGITVR ex principio istius textus, quòd iudex non potest recipere prætium pro sentẽtia, pro quo facit. l. venales. C. quando prou. non est, & quòd Ouid. scribit, in 1. lib. eleg. 10. non bene cõducti, vendunt periuria testes, non bene coelesti iudicis, arca patet. Munera namq; excecant oculos sapientum, & mutant verba iustorum, Exod. 23. & Eccles. 20. & Deuteron. 16. Sic inquit Salomon Prouer. 15. Qui odit munera, viuet: ipsa enim & aurum, faciunt nollentem velle. Ad quod cumulat plura Iacobus Simancas de catholicis institutionibus, capit. 34. ex numer. 42. glos. penultim. in versic. hinc Exodi, in pragmat. sanct. titul. de electio. in capit. sicut. §. & vt omnia. Mandos. in glos. facultatum, §. sanè in versic. subuertat pag. 66. Alphonsus Azeued. lib. 3. nouæ recopilationis titul. 9. l. 5. ex principio. Mandos. in addition. ad repertor. Inquisitor. in §. aduocatus, in litera F. pag. 35. Camil. Borrel. in Regia Aragonum. §. 3. in glos. 4. ex numer. 96. Ioan. Matienzo in dialog. relator. 3. par. capit. 23. Caballin. in milleloq. 702. Ioan. Segura Dabal. in director. iudicum ecclesiast. fori. 1. par. capit. 14. numer. 21. Iacob. Bennius de priuileg. Iurisconsul. 3. par. priuileg. 70. ex num. 3. optimè. Petrus Rebuf. in. 3. tom. tractat. de salariis taxatis pro visit. art. 1. in glos. vnic. ex nu. 1. Boer. decis. 153. n. 26. Altamiran. de visitat. verb. interimq; caueant, num. 11. & Guilier. Pesial.

dus in.2.par.ſuæ ſum.quæ de virtutibus, & vitiis inſcribitur, titul. de auaritia. §. quinto loco inter ſpecies auaritiæ dicendum eſt. Vbi decem mala, quæ ex munerum acceptatione proueniunt, elegãter declarat. Vnde optima ratione dubitatur, An iudex poculentũ aliquod à litigantibus recipere poſſit? & de pœna illius, qui dat illud, & iudicis qui illud vel pecuniã recipit, multa & pulchrè cumulat Matien. in dial. relat. 3. par. ex cap. 24. AEgid. Boſsius in prax. titul. de offic. corrupt. pecunia: & facit dicta gloſ. pen. verſic. ſic & iudices in dicta pragm. ſanctio. Rebuf. ſupra ex num. 6. Ioan. Martinez de Olano in antinom. in litera B. ex num. 51. & in litera I. num. 96. & in litera R. num. 10. Marant. ord. iud. 3. par. in principio. num. 67. pag. 38. Boer. deciſ. 153. ex num. 23. optimè Hippol. Marſil. ſingul. 190. Bonifac. de vitalin. in proœm. de malefic. ex numer. 9. Mandoſ. in gloſ. facultatum, in proœm. verbo proœmij, poſt medium, latè Azeu. lib. 3. nou. recopil. titul. 6. l. 1. ex num. 17. Nauar. man. lat. cap. 25. num. 12. verſ. tertio. & gloſ. in verb. ille, in capit. non ſanè. 14. quæſt. 5. Ioan. Garſia de expenſ. & melioration. cap. 21. ex num. 5. Couarru. regul. peccatum. 2. par. §. 3. num. 1. Hector Pinto in 2. par. dialog. 4. de las cauſas. capit. 16. Caullin. milleloq. 981. & milleloq. 982. ex num. 2. latiſsimè Abiles in capit. 1. Prætorum, in gloſ. da dinas, ex numer. 1. & in gloſ. promeſſa, & in gloſ. donacion. (& in gloſ. de cuya mano, num. 9. diſſerit, quòd iudex punitur, accipiẽdo munera in aliquo foramine parietis, per aliquem poſita) Dida. Perez. lib. 2. tit. 14. l. 40. in gloſ. por manera & in titul. 15. l. 7. in gloſ. y es muy fea. & in. l. 16. in gloſ. ni ſſeuar coſa alguna. Abiles capit. 9. Prætor. in gloſ. aſſeſſorias, latè Auendan. lib. 1. de exequend. mand. capit. 2. ex numer. 4 verſ. redeundo igitur. Iacob. Menoch. de arbitr. caſ. 342. Mencha. lib. 2. contr. vſu freq. capit. 37. ex numer. 34. (nec etiam per interpoſitam perſonam, licet iudici aliquid recipere. Abil. in dicto capit. 1. in gloſ. mugeres. & in gloſ. ni hijos. Matienz. in dicta. 3. par. capit. 25. numer. 9. verſic. 13. procedit, & in capit. 30. quærit, An iudex mutuas pecunias accipere poſsit?) Ioan. Rojas ſingul. 15. qui intelligit hunc textum, in iudice ordinario, non verò in delegato, ex Doctoribus in capitul. cum ab omni ſpecie de vita & honeſt. cleric. vbi vide quæ habes. Ceſſet igitur in iudice, auaritiæ profanus ardor, & omni cura & cum puritate ſtudeat, iudicium & veritatem miniſtrare. Vt enim inquit Cicero, non eſt iuſtus iudex, qui mortem, qui exilium, qui ægeſtatem timet, quæ omnia & alia refert Cauallin. in ægidian. conſtit. lib. 4. cap. 1. in gloſ. B. numer. 5. pagin. 189.

3 ET Iudices quales eſſe & eligi debeant, tradunt pulchrè Flamin. Chartar. de executio. ſentent. capto ban. in præfat. nu. 100. Abiles, in capit. 2. Prætorum in gloſ. en juſticia, Ioan. Matienz. dial. relat. 3. par. ex capit. 6. Azebed. lib. 3. nou. recopil. titul. 5. l. 1. numer. 3. Gaſp. Cauallin. in ægid. conſtitut. lib. 2. capit. 3. in gloſ. B. pagin. 50. Neuiz. in ſyl. nupt. lib. 5. ex num. 90. Ioan. Segur. Daual. in init. 1. partis. ex num. 4. in direct. iudic. eccleſ. Et quanto tempore ſtuduiſſe, & cuius ætatis debeat eſſe iudex, tradit Azeuedo dicto lib. 3. titul. 9. l. 2. num. 1.

4 *IBI, Aduocato.* De aduocationis officio plura cumulant Vol. 1. com. opin. pag. 346. verb. aduocatus, Ioan. Matienz. in dialog. relat. 1. par. capit. 7. & capit. 9. ex num. 1. Baeça de inopè debit. capit. 16. ex numer. 148. optimè Caſſen. in conſil. 64. ex num. 38. Didac. Perez lib. 2. titul. 19. l. 1. in gloſ. los aduogados. & in. l. 2. per totam, Iacob. Bennius de priuil. Iuriſcon. 2. par. priuil. 38. numer. 2. & 3. par. priuileg. 71. ex numer. 3. pulchrè Didacus Perez lib. 8. titul. 19. l. 5. pag. 362. verſic. adde quòd aduocati ſi boni ſint. Palat. Rubeus in repet. rubricæ. §. 37. ex num. 14. & in. l. 2. Tau. ex principio, Rojas ſingul. 16. Anton. Grauat. ad Octau. lib. 2. capit. 18. ex num. 2. in litera A. Mandoſ. in prax. titul. de ingratitud. capit. 83. ſpecul. vitæ humanæ lib. 1. capit. 17. latiſsimè & multum pulchrè Burgos de Paz in proœm. legum Taur. ex numer. 376. optimè Alphon. Azeued. lib. 2. nou. recopil. titul. 16. in init. ex numer. 4. Caſſen. in catal. glor. mund. 7. par. conſid. 28. & conſid. 29. Iacob. Menoch. de arbitr. caſ. 494. Rolan. conſil. 36. volumin. 3. Caſſen. conſil. 1. in. 5. præſup. numer. 65. Tiraquel. de nobilitat. cap. 29. vbi pulchrè vide An aduocati rectè recipiant prætium, & cogi poſsint ad patrocinandũ? de quo etiam videndus eſt Menoch. caſ. 369. Couar. lib. 3. variar. c. 14. n. 1. verſic. quibus. Bernar. Diaz regul. 197. vbi Salzed. latè Ioan. Gracian regul. 19. Volumin. 1. commun. opinio. pag. 426. verb. aduocatus, Dominic. Sot. lib. 5. de iuſtit. & iur. quæſt. 8. artic. 4. Alphonſ. de Azeued. lib. 2. nouæ recopilat. titul. 16. l. 22. ex principio. Capel. Toloſan. deciſ. 481. latè Cornel. Benincaſ. de priuileg. paupert. in 1. ſpecie in iudic. ex num. 1. & in num. 6. vide, quod ſalarium aduocatis debeatur, etiam partibus ſeſe amicabiliter componentibus: pro quo etiã videndi ſunt quos allegat Azeued. lib. 2. nouæ recopilat. titul. 16. l. 9. in principio.

5 ET aduocati dicuntur patroni, Petrus Plaza de delict. cap. 22. num 23. Et etiam aduocati pluribus aliis nominibus nuncupantur ex Matien. ſupra. 2. par. cap. 1. num. 5. Et aduocati ſtatim eſſe cœperunt poſt leges duodecim tabularum; & ſic 470. annis ante Chriſti natiuitatem, ex Matienz. in dicta. 2. par. cap. 4. & maximè num. 13. Et an aduocatorũ officium ſit animæ periculoſum, magis quam Iudicum? tradit Burgos de Paz in
6 proœm. ll. Tauri num. 217. Et aduocati coram iudice quo modo & quo vultu orare & poſtulare teneantur, Matien. dict. 2. par. cap. 2. Iacob. Bennius de priuileg. Iuriſconſult. 3. par. priuileg. 59. ex num. 4. & quo ordine 10 teneantur procedere in ſuis allegationibus vide Sebaſt. Medices de legib. & ſtatut. 3.
7 par. quæſt. 20. Et plura de aduocato iuuene referunt Alciat. lib. 10. pareg. cap. 21. Neuizan. in ſylua nupt. lib. 5. num. 6. & ex num. 11. Didac. Perez lib. 3. titul. 4. l. 1. pag. 527. colum. 2. verſ. in tantum quòd licet, optimè Burgos de Paz in l. 2. Tauri ex num. 71.

8 ET aduocatus iuſtam cauſam defendẽs, an poſsit vti in iudicio dilationibus & cauilationibus, eſt videndus Hippoly. ſingul. 177. num. 1. latè Couar. lib. 1. variar. cap. 2. Tiraquel. in proœm. retract. linagier. num. 71. verſic. & idem dicit. optimè Iacob. Bennius de priuil. Iuriſconſul. 3. par. priuil. 72. Ioan. Gutier. in pract. lib. 1. q. 60. n. 4. Repertor. inquiſit. verb. aduocatus, verſic. ſed aduocatus qui, pag. 33. Didac. Perez lib. 2. titul. 19. l. 2. pag. 402. verſ. ſed dubitatur, Cęſar Contardus in l. diffamari, C. de ingen. & manumiſ. in ampliationibus, num. 167. Ioan. Gracian. regul. 312. num. 5. AEgid. Boſsius in prax. tit. de reſponſio. à reo facien. ex num. 21. Petrus Marti in cap. afferte de præſumption. in verb. afferte. 1. par. ex nu. 26. additio ad Decium in regul. ea eſt natura. ff. de regul. iur. in verb. ſimulatio, pulchrè Burg. de Paz in dict. proœm. num. 271. verſic. & ideo, gloſ. verb. malignantium, in cap. cupiẽtes de elect. in 6. Anto. Queſad. diuerſ. quęſtion. iur. cap. 30. num. 13. verſic. nam ille.

9 ET An & quid teneatur aduocatus iurare? eſt conſulendus Ioan. Martinez de Olan. in antinom. in litera A. ex num. 69. Didac. Perez lib. 1. titul. 6. l. 1. pag. 135. verſic. patronus cauſarum, Burg. de Paz in l. 2. Taur. num. 14. in princip. Alphon. de Azeued. dict. titul. 16. l. 2. in prin.

SALARIVM autem debetur aduocatis, etiam ſi eis promiſſum non fuerit: ex Nata conſil. 376. num. 2. Iacob. Bennius ſupra. 3. par. priuileg. 73. in prin. Paul. Granut. theorem. 12. n. 4. vbi etiã vide quantum debeat eſſe ſalarium, de quo Iacob. Bennius in dicto priuileg. 73. ex num. 6. Et an maius ſalarium debeat ei aſsignari in cauſis crimina libus? tradit Soarez in theſaur. recept. ſenten. verb. aduocatus licet in ciuilibus, Pinel. in l. 1. 3. par. C. de bonis matern. num. 62. verſicul. infertur 28. Didac. Perez lib. 2. tit. 19. l. 2. pag. 402. verſic. quæramus,

10 ET aduocatus vel procurator victor in cauſa, in qua ſibi ipſi patrocinatus eſt, an petat ſalarium, quod alteri ſoluiſſet, ſi ipſe non fuiſſet aduocatus? eſt videndus Boer. deciſ. 210. ex num. 3. Bart. in l. ſtipulatus, de fideiuſſorib. num. 3. vbi additio in liter. D. Alphõſ. Azeued. dict. titul. 16. l. 21. num. 7. Volum. 1. commun. pag. 171. verb. procurator non poteſt, Menoc. caſ. 154. num. 5. Guid. Pap. ſingul. 250. incipien. an aduocatus, num. 1. Bauerius ſingul. 56. verſic. expenſæ & fructus, num. 9. Volum. 1. commun. opinio. pag. 253. verb. aduocatus in ſua met cauſa, Iacob. Bennius de priuileg. Iuriſconſult. 3. par. priuileg. 73. n. 4. Vbi etiã vide, An is qui obtinuit in cauſa, poſsit petere expenſas patrocinij gratis præſtiti ab aduocato? de quo diſſerit Tiraq. de retract. linagier. §. 29. gloſ. 4. à num. 5. latè Cornel. Benincaſ. in dict. 1. ſpec. in iudic. ex num. 20. & pro hac quæſtione, & pro ea, an quando quis eſt aduocatus in cauſa propria, poſsit petere ſalarium? eſt videndus Ioan. Mation. lib. 5. recollect.

tit.11.l.7.glos.3.num.31. & omissis aliis opinionibus pulchrè resoluit Ioseph.Ludouic. decis. Perusin.111. Quòd aduocati siue procuratores qui patrocinantur in eorum causis,non repetunt expensas: quando autem habent aduocatum siue procuratorem gratuitum,repetunt expensas taxandas per iudicem in medietate, vel in tertia parte,parum plus vel minùs arbitrio iudicis : quia & si nihil persoluerit litigans, remanet tamen obligatus ad antidora aduocato siue procuratori, qui pro eo patrocinatus fuit. Videbis tamen Rebuf. tom.3. constit. reg. titul.de expens.damn. & inter.artic.5.glos. vnic.num.27.

12 AN autem liceat aduocato pacisci cum clientulo de quota litis? est videndus Rolan. consil.36.vol.3.ex num.20.Dida.Perez lib. 2.titul.19.l.5.in glos.que le dara.text.& doctores in l.1.C.de suffrag. & in rubr.de postulan. Paul.de Castro in l. si qui aduocatotorum C.de postulan. latè Azeued.lib.2.nouæ recopilatio.in titul.16.in l.7.& in l.8.ex num. 1. latissimè Hieronymus Portoles in scholiis ad Molin.§.aduocatus ex num.120 Guido Pap. decision. 102. Dinus singul. 17.Plotus de in litem iuran.§.16.ex num.8. Lelius de Zanch. de priuileg.eccles.53.priuileg. num.31. Alphons. Vilaguta in pract. crimin.lib.9. titul.de aduocatis. cap.2. concluf.14. Sebastia. Medices in sum. decreti 3.quæst.7.artic.4. Iacob.Bennius de priuil. Iurisconsul.3.par.priuileg.73.num.5.Anto. Bernad in sum. cap. 27. titul.de los aduogados y procuradores nu.10. Pedraz. in sum. titulo de los aduogados y procuradores. fol. 116.versic.si se concertò, Medina 1.par.instruc. de confessores cap. 16. §.4. versic. y deuese aduertir fol. 158.col.2.Gozad.cõsil. 3.ex num.24.Pinel.in l.2. C. rescind.vend. 2.par.cap.2.num.33. Et resolue in hac quæstione, ex magis communi doctorum sentẽtia, quòd non licet pacisci de aliqua certa quantitate sub conditione victorię,benè tamen licet pacisci de aliqua certa quãtitate in vtramuis partem euaserit causa,ex Dominic. Sot.lib.5. de iustit. & iure. quæst.8. artic.4.post medium Azeued.dict.lib.2.titul.16.l.8.num.4.versic.ideò Nauar.in manual.latin.cap.25.num.30.in fine.

13 SCIENDVM tamen est,quòd quãuis à Nerone fuerit statutum, vt causarum patroni sine mercede aut muneribus causis adessent, quemadmodum scriptum reliquit Alexandr. ab Alexandr. lib.3.dierum genialium capit.5. pro vt refert Menoch.de arbitrariis cas.369.num.2. Alphons.Azeued. lib.2.nouæ recopilationis titulo.16.l. 21.numer.1. Quæ opinio (salua pace) vera non est, si credimus Suetonio & Cornelio Tacito in locis allegatis à Tiraquel.de nobilit.cap.29.num.26. Tamen vtcumq; sit,hodie solum pro pauperibus tenẽtur gratis aduocare: vt tradit Menoc.& Azeued.supra. Et quidem quòd pro pauperibus teneantur gratis patrocinium præstare & ad id possint cogi aduocati,tradunt Felin. & alij scribentes in capit.1.de offic.iudic. Deci.capit. ex epistolæ. de probation.num.212.Thom. Cerdan in lib. visita de la carcel cap. 6. ex num.20.& 25. Sot.in dicta quæst. 8. artic.1. Tiraquel. de nobil.cap.29.num.39. Couar. in pract.cap.6.num.4. Anto. Scap. de iure non script. lib.3.cap.105.ex num.8. Hiero. Portol.in schol.ad Moli. in §. aduocatus ex num.108.Rolan.consil.87.vol.2.ex num.25. Azeu.lib.2.nou.recopil.tit.16.l.16.ex prin. Menoch. de arbitr. cas. 369. ex num.3. Albarus Pelagius lib. 2. de plan. eccles. capit. 46.vers.sed & pauperi. Didac.Perez lib.2. titul.19.l.1. pag.400. vers. sexto dubitatur, Ant.Grauat. in additionibus ad Octauian. lib.2.cap.7.ex num.2.Auiles in c.7. Prætorum in glos. han de lleuar,nu.3.Ioseph.Ludouic.decis.Perus.111.ex numer.8. optimè Baeça de inop.debit.cap.12.ex num.14. Iacob.Bennius depriuileg.Iurisco.3.par.priuileg.71.nu.8.Corne. Benin. in dict.1.spec. in iudic.ex num.9. vbi refert illud D. Gregor. super Homil. Matth.15. Quòd aduocatus qui renuit pauperi gratis patrocinari,saluari nõ potest.Et à num.13. idem Benincas. concludit, quòd similiter procuratores & notarij tenentur pauperibus gratis inseruire,&gratis suas scripturas exhibere.Et omnis ciuitas habere debet aduocatum & procuratorem miserabilium personarum, quibus præstandum est salarium ex publico: vt tradit Thom.Cerdan supra capit.6.num. 21.vbi additio margin. in lit. I. & in lit. K.

14 ET An prohibitus aduocare,possit scripto patrocinari vel consulere in camera? est videndus Mencha.de succesio. creat.§. 15.ex num.58. Decius in regul. 2. fœminæ, num.

num.10.ff.de regul.iur.Bern.Diaz in prax. cap.57.num.2.& ibi Salzed.in additionibus in litera A.eruditissimus dominus Hieron. Portoles in schol. ad Molin. §. aduocatus. numer.80.Didac. Perez lib. 2. titul.19.l.2. pag.403. vers. quinto notabilis est,& vide

15 in versic. 14. Vtrum aduocatus recipiens immoderatum salarium,teneatur ad restitutionem, & resoluit in pag. 404. versic. aduocatus præterea.Quod non teneatur,quando gratis sibi offertur : de quo etiam dubio est videndus Tiraquel. de nobilit. cap.29. num.38. & num.48. pulchrè Gutierrez in pract.lib.1.quæst.31.ex principio.Azeue.dicto lib.2.titul.16.l.10. num.1. & optimè in l. 21.ex n.3.Io.Martinez de Olan.in antinom. in litera A. n.78. Nauar. in man.lat.cap.25. num.30. Bartholo. Humada in l.3. titul.10. par.2.glos.8.num.6.post medium. fol. 137. Et quamuis verior sit opinio,quòd aduocatus tenetur de excessu ad restitutionem in foro conscientiæ à qua non discedendo, dico tamẽ magis speculatiuam esse quam practicam propter difficultatem in taxa, & sic ad eam perpendendam spiritu quodam diuino crederem esse opus;cum aduocati in hoc casu,ius sibi dicant, & iudices sint in sua causa,aliter enim,qui iudices & quæ tribunalia sufficerẽt,pro horum salariorum taxatione?

16 ET aduocatus delinquit defendendo causam iniustam:& an teneantur ad restitutionem? tradit Dominic. Soto lib.5. de iustitia & iure, quæst.8.artic.3. Nauar.manual. lat. cap.25.num.28. versic.qui defendit. Foller. in prax. canon. 2.par. cap. 29. ex num. 3. Petrus Marti in cap.afferte de præsumptionib.in verb.afferte.1.par. num.28. versic.& qui patrocinium.Medina.1. par.instruc. de confess.cap.16.§.4.versic.el segundo.optimè Azeued. in dicto lib. 2. titul. 16.l. 2. ex num.1.& num.7. pulchrè Gutierrez in practic, lib.1.q.29. ex principio. Alphon. Vilaguta in prax. lib. 9. titul. de aduocat. c. 2. concluf. 1. Menchac, lib. 1. contr.vsu freq. cap. 10. num. 49. & in causa dubia in iure vel in facto, An possit patrocinũ præstare? latissimè disputat Burgos de Paz in proœ. ll.Taur. ex num. 397. optimè Gutierrez in pract.lib.1.quæst.26.ex num.2. Menoch.de arbitrar.cas.494. ex num. 17. Tenetur tamen ad restitutionem, quando euidenter de iniustitia sui clientuli sibi constat,& consulit pactum vel transactionem cum aduersario, ex Didac. Perez lib.2.titul.19.l.2.pag. 405. versic. cauere præterea. Gutierrez in pract.lib.1.quæst.28.Azeued.in dict.l.2. numer.7.versic.tertium est. optimè Burgos de Paz in dict.proœm.ex num.255.

17 SCIENDVM tamen est,quòd quando super aliquo dubio sunt diuersæ sententiæ doctorum, ambęque probabiles,poterit vnusquisq; aduocatus suam conscientiam conformare cum qua maluerit earum, propter dubium existens & auctoritatem doctorum vnamquamq; tenentium : ex Burg. de Paz in proœm.ll.Taur.num.402.Medina 1.2.quæst.16.artic.6. Gutierrez lib.1.canonicar.quæst.cap.13.ex num.23.& optimè Mercad. de tract.lib.4.cap.18.de como han de restituyr los que son causas terceras del daño fol. 217. vbi loquens in aduocatis inquit, quòd in causis ciuilibus dubiis in iure vel in facto super quarum varietate & iustitia sunt diuersæ opiniones inter doctores, potest aduocatus defendere quamlibet earum partium, immò addit non esse necessarium (quamuis sit securiùs) vt semper probabilem partẽ agat, quia sufficit quod eam quam defendit, habeat absolutè suam probabilitatem & rationem, quamuis procontraria efficatiores aut grauiores adsint rationes, & ante eum,idem in eodem casu, probauit Dominic.Sot.lib.5. de iustitia & iure quæst.8. artic. 3. vbi docet qua cautela vti debeat aduocatus quando infirmiorem causam atque debiliorem defendit, de quo etiam est videndus Burg.de Paz in proœm. ll.Taur.ex num.397. & latè Ant. Cordoua in quæst.theolog.lib.2.quæst.3.per totam.

18 ET aduocatus qui propter imprudentiam vel ignorantiam suam amisit causam, facit litẽ suam ex Nauar. supra nu.29. Azeued.in dict.l.2.num. 4.& latè in l.3. ex num. 1.& latissimè in l. 6 ex nu 2. Albar. Pelag. lib.2.de planct.eccles.cap.46 versic.si verò est in culpa. Didac. Perez lib.2. tit.19.l.12. in glos. pero si acaeciere. Petr.Sanchez in histor.moral.1.par.titul.de la vida de Demosthenes §.2.versic.y digo. fol.72. Ant.Mar. Cora. lib.3.com.tit.11.inspectione.2.nu.19. Burgos de Paz in dict. proœm.ex n.213. & ex n. 216.vide quã curam iudices & aduocati constringantur habere in negotiis.

19 Et si aduocato non soluitur salarium, an pos-

posit dimisso cliẽtulo, adherere parti aduersæ, vide Volum. 1. comman. opinio. pagin. 426. verb. aduocatus num. 8. Amanel. singul. 253. & Benincas. supra in 1. spec. in iudic. num. 3.

20 AN autem respondens clientulo sine reuolutione librorum, iustè possit habere salarium? tradit Tiraquel. de nobilit. cap. 29. ex num. 31. Ias. §. sed iste, institut. de action. num. 113. Didac. Perez lib. 2. tit. 19. l. 2. pag. 404. in fin. versic. seruata tamen Gigas. cõsil. 125. num. 1. optimè Iacob. Bennius de priuileg. Iuriscons. 3. par. priuil. 74. Alphons. Azeued. lib. 2. nouæ recopilat. titul. 16. l. 21. num. 6. Rebuf. de priuileg. schol. priuil. 46.

ET an quis pro pecunia quam debet aduocato, quia patrocinium ei præstitit, sit ei adiiciendus, si ei soluere non possit, tradit Baeça de inope debit. cap. 12.

21 ET de pœna aduocati colludẽtis & illius qui reuelat secretum causæ, agit Paul. Fusc. singul. 31. liter. A. Didac. Perez lib. 2. tit. 19. l. 1. quæst. 5. fol. 400. versic. quinto quæro. Abendan. de exequend. mandat. lib. 1. cap. 2. ex num 24. Hiero. Portoles in schol. ad Molin. §. aduocatus, ex num. 36. Rolan. consil. 36. vol. 3. ex num. 23. & latissimè Azeued. lib. 2. nouæ recopilat. titul. 16. l. 17. ex princip. Menoch. cas. 323. ex num. 5.

22 ET aduocatus contra amicũ, quod quis non cogatur esse, tradit Camil. Borrel. in Reg. Arag. §. 1. glos. 3. num. 104. nec contra consanguineum, vide Portol. in schol. ad Molin. §. aduocatus. num. 89. nec cõtra propriam patriam, tradit peritissimus doctor ac dominus meus Ioannes Gaspar Ortigas in patrocin. pro Cęsaraugust. gymnas. 1. par. ex num. 3.

AN autẽ aduocatus vel procurator possit antequam lis finiatur, aliquid exigere à clientulo? vide Benincas. supra in 8. spec. in contract. ex num. 8.

23 ADVERTO autem lectorem, vt fidem minime adhibeat literarum cõtemptoribus asserentibus, Iurisperitos suis cauillationibus & pernicios subtilitatibus, litigia suscitare: ignaros verò, suo duntaxat iudicio multò meliùs iudicare. Etenim contra istos pulchrè inuehit Ioan. Redin de maiestate princip. §. sed etiam legibus ex num. 59. optimè Ioan. Matien. in dial. relat. 1. par. cap. 8. Burg. de Paz supra num. 392. Thom. Cerdan in capit. 1. del verdadero gouierno. ex fol. 18. à vers. y porque se me trasluze. Et quare maiora iurgia, maioresq; lites soleant excitari, ex dispositionibus & testamentis Iurisperitorum quàm illiteratorum? videbis Ludouic. Molin. in præfat. de primogen. ex num. 6. Et filij literatorum virorum quare vt in plurimum sint fatui, tradit Bellug. in specul. principum. rubr. 11. in princip. num. 11. vbi Camil. Borrel. in additio. in litera B.

24 CAVEANT tamen aduocati ne spe lucri, in præiudicium animæ suę, cauilosum consilium dent clientulo, ne eis contingat, quòd ait Angel. in l. 1. C. falsa causa adiect. quòd scilicet quidam vir sanctus retulit Dino, sibi reuelatam fuisse cuiusdam aduocati damnationem, propterea quòd cauilosum consilium præstiterat; idem tradit Barbat. consil. 65. col. 3. lib. 2. vt refert Cæsar Contard. in l. diffamari C. de ing. & manumiss. in ampliationibus num. 165.

25

AD TEX. IN CAP. Non est nostrum. 23. q. 5.

COLLECTAN. 29.

SVMMARIVM.

1 *An teneatur quis sub peccato se defendere, etiam occidendo aggressorem?*
2 *An licitum sit occidere aggressorem, si aliter non possit euitari mors, & An id ipsum procedat in clericis?*
3 *Martyrium pati, An & quando sit peccatum?*
4 *An cuiquam liceat se ipsum occidere, & de pœna aduersus se occidentes?*
5 *Clericus percutiens se ipsum, An sit excõmunicatus?*

1 DER hunc textum Couar. in 4. 2. par. cap. 8. §. 12. num. 17. & Ludouic. Mesia in pragmat. taxæ pan. concluf. 6. num. 135. improbant assertionem Pauli de Castro in l. 1. §. ius gentium num. 9. ff. de iustitia & iur. qui (vt ipsi referunt) voluit absq; mortali peccato

cato nõ licere cuiquã mortem pati si posset seipsum defendere, occidẽdo aggressorem. Hoc etenim dicũt falsum esse cũ ex D. Hieronymi sententia in hoc textu, possit quis absq; crimine pati mortem: & percutienti, colla submittere: nec teneatur se ipsum defendere, occidendo aggressorem. Immò licitè & perfectionis opus est eo casu nõ se defendere ex S. Thom. in lib. de regim. princip. cap. 6. Augustt. de Ancona tractat. de potestat. eccles. quæst. 52. artic. 3. Caietan. 2. 2. quæst. 64. artic. 7. col. 2. Maior. in 4. dist. 15. quæst. 20. Sylvest. in sum. verb. bellum. el. 2. quæst. 3. in num. 5. latè Abulens. super Matthæum cap. 5. quæst. 109. Petr. à Nauar. tom. 1. de restitut. lib. 2. cap. 3. num. 62. Medin. C. de reb. restituen. quæst. 25. versic. his tamen

2 dimissis. fol. 79. Quamuis enim regulariter licitum sit occidere aggressorem si aliter euitari non possit mors, cum vim vi repellere liceat; cum moderamine inculpatæ tutellæ, vt tradit latè Ant. Gomez de delict. tom. 3. cap. 3. num. 20. Couar. in clement. si furiosus. 3. par. §. vnic. ex num. 1. Alphan. in collectan. num. 629. & habes in cap. 2. de homicid. & tradunt Nauar. in manual. latin. capit. 15. ex num. 2. S. Thom. 2. 2. quæst. 64. artic. 7. Paul. Fusc. singul. 3. literę O. Auend. in dictionar. verb. amparança. fol. 172. Iulius Clar. §. homicidium num. 24. Petr. à Nauar. tom. 1. de restitut. lib. 2. cap. 3. ex num. 330. latissimè Ludouic. Lopez 1. par. instruct. conscient. cap. 62. latissimè Caballin. in ægidia. constitut. lib. 4. cap. 54. in glos. E. ex num. 2. pag. 285. Petr. Plaça de delict. cap. 28. ex num. 1. & ibi in num. 6. ait, quòd etiam, in interiori foro licet vtiq; occidere alium se defendendo, vt si clericus missam celebrando insultetur, potest relicta missa interficere aggressorem, & illico ad altare pro missa perficienda absq; peccati & irregularitatis labe redire: & idem attestantur Abbas in cap. clerici el. 1. de vita & honestat. clericor. num. 2. Socin. in repet. cap. ad audientiam. num. 40. de homicid. Nauar. in cap. nullam. 18. quæst. 2. num. 51. versic. nam & sacrificus inuasus. Lelius de Zanch. de milit. sacro. lib. 1. cap. 2. num. 24. Gutierrez in pract. lib. 2. quæst. 1. num. 21. Pet. Sanchez 2. par. histor. moral titul. de la vida de Caton §. 15. versic. y demas. fol. 125. Pet. Duesi. regul. 192. vers. amplia secundo. Carrer. in prax. titul. de homicid. §. quinto excusat. num. 3. pag. 167. Carol. Grass. regal. Franc. lib. 2. iure 17. col. 292. Est tamen pro hoc omnino videndus Matthęus Gribaldus tract. de homicid. §. de prima specie num. 18. pag. 18. Nihilominus tamẽ quis non tenetur, nec cogitur sub peccato, immò opus maioris perfectionis est, non se defendere, sed mortem pati, si aliter quam occidendo aggressorem, non posset se defendere, per supra dicta & quæ tradit Sot. lib. 5. de iustit. & iur. q. 1. artic. 8. quem legito, excipit enim eum qui esset admodum vtilis reipublicæ.

3 MARTYRIVM autem pati, An & quando sit peccatum? est videndus Nauar. in manual. lat. cap. 11. num. 40. & Petr. à Nauarra tom. 1. de restitut. lib. 2. capit. 3. ex num. 106.

4 *IBI, non est nostrum mortem arripere.* Vnde nemini licet se ipsum iugulare, aut veneno se occidere, & aduersus eos sic delinquentes, scripsit latissimè Plaça de delict. cap. 23. Palat. Rube. in repetit. rubricæ §. 70. ex num. 3. Iodoc. Damhoud. in prax. crimin. cap. 88. Menoch. de arbit. cas. 284. latè Simanc. cathol. institt. cap. 18. ex num. 21. Franc. Viuius lib. 2. commun. opin. 201. optimè Mandos. in prax. titul. de ingratit. cap. 128. versic. omnium autem sibi ingratissimus est, Bonif. de insultu & percuss. num. 34. Anton. Gomez de delict. tom. 3. cap. 3. ex num. 13. Alexan. ab Alexa. lib. 5. dierum genialium cap. 28. in fine. Couar. lib. 1. var. cap. 2. num. 8. & lib. 2. cap. 1. num. 11. versic. illud profectò, Gulierm. Benedict. in cap. Raynũtius. verb. mortuo itaq; testatore, el. 1. ex num. 41. latissimè Ant. Scappus de iure non scrip. lib. 5. cap. 189. Auendan. in diction. verb. desperado fol. 182. colum. 2. latè Pet. Sanchez 3. par. histor. moral titul. de la vida de Sanson versic. lo segundo ex fol. 330. Iul. Clar. lib. 5. §. final. quæst. 68. num. 37. Tiraquel. de nobilit. cap. 31. ex num. 559. Andr. Alciat. lib. 4. parerg. cap. 4. & in lib. 6. cap. 27. latè Petr. à Nauarra tom. 1. de restitutio. lib. 2. cap. 3. ex num. 14. latissimè Rolan. consil. 20. volum. 3. per tot. optimè Mandos. in glos. facultatum in §. ac etiam in verb. absq; ex pag. 253. versic. & quod, Sebastian. Medic. in sum. peccat. 1. par. tit. 4. quæst. 96. latissimè Petr. Royzius decis. Lituan. 1. ex num. 14. Ioan. Rojas de hæretic. 2.

tic.2.par.assert.14.num.183.Alphon.Cast. lib.10.aduers.hæres. in verb.martyriũ iuxta medium. Sebast.Medic. in sum. decreti. 23.quæst.5.artic.4. Didac.Perez lib.8. tit. 19.l.19.in glos.que se matare. Ioseph.Angles flores theolog. in quæst. de dominio. pag.129.vers.homo non est. Ant. Quesada diuers.quæst. cap.17. num.23. Ioan.Martinez de Olano in antinom. in litera O. ex num.14. latè Didac. Perez lib.8.tit.13.l.9. per totam. Vbi etiam quòd quando homo inuenitur mortuus in puteo, vel in alio loco proiectus, An censeatur desperatus vel casu illuc decessisse, de quo etiam differit Plaça de delict.cap.23.num.15. Menoch.de arbitrar.cas.284.num.36. Couar.lib.2.variar. cap.1.num.11.versic.his accedit.

5 ET Clericus percutiens se ipsum, An sit excommunicatus aut irregularis, est videndus Grammat.decis.44.num.2. Carrer. in prax.titul.de homicid.§.octauo quæro.per totam.Felin.cap.contingit,el.1.de sentent. excommunicat. num.1. versic. & per hoc. & plura habes in cap. si quis suadente. 17. quæst.4 num.13.

AD TEX. IN CAP. In criminalibus causis.5.q.3.

COLLECTAN. 30.

SVMMARIVM.

1 *An & quando procurator possit interuenire in causis criminalibus?*
2 *An si interueniat procurator in criminalibus causis, & non est obiecta inhabilitas, An iudicium retro sit nullum?*
3 *Quando ob delictum est imponenda pœna pecuniaria, An possit interuenire procurator?*

1 AN & quando possit interuenire procurator in causis criminalibus, est vidēdus Felin. in cap. minimus ex num. 9. de accusat.glos. verb.criminali in capit.veniens de accusat.Corset.singul.233. incip. procurator,el.2.Ioan.de Arnon.singul.82.vbi addi-

ditio. Paulus Fusc. singul. 105. literæ P. Ioan. Rojas singul. 170. Guido Pap. decis.338. Afflict.decis.64. numer.2. latissimè sul.Clar.lib.5.§ final. quæst.32. optimè Gaspar Caballin. in ægidian. constitut. lib. 4. cap.14. in glos. A. ex num.1. pagin.221. Mandos.in prax. titul.de monitor.quæst.33. num.2. Anton.Scappus de iure non script. lib.5.cap.61.Sebast.Medices tract.de compensat.2.par.quæst.13.num.6.latissimè Anton.Gabriel lib.7.comm.opin.tit.de criminalib.conclus.9. Volum.1.com.opin. pag. 173.verb. procurator in capitalibus,optimè Camil.Borrel.in additionibus ad Bellugam in specul. principum. rubric.4. in litera B. Marant. de ordin. iudic.4. par. ex num.51. pag.77. Didac.Perez lib.2.titul.11.l.1.vers. sed quero,dicto vt verum:latissimè Hippol. Bonacos.commun.opin.criminal.verb.procurator regulariter,Mich.Grass.lib.2.com. opin.capit.11. q.1. & q.3. Didac.Perez lib. 3.titul.4.l.1.pag.532. versic. in causa criminali. Vbi etiam quęrit,quid quādo in causa
2 criminali interuenerit procurator, & non fuit obiecta inhabilitas, an sit iudici im retro nullum? de quo est videndus Camillus Borrellius supra in versic. notandum tamē, Cravet.consil.220.num.4. Caballin.in dict. cap.14.in glos.A.num.8. Michae.Grass.in dicto cap.11.quæst.2.

3 QVANDO tamen ob delictum esset imponenda pœna pecuniaria, tùnc etiam si criminaliter agatur, potest interuenire procurator; quod etiam tradit Didac. Perez in dicta pag.532.in dicto vers. in causa crimin. Iul.Clar.lib.5.§.fin.quæst.32.n.4. Felin. in dicto cap. meminimus num. 11. de accusat. Ant.Gabri.in dicta concl.9.ex n.6.& multi ex doctoribus supra allegatis in princip.

AD TEX. IN CAP. Fucare figmentis.de consecrat.distin.1.

COLLECTAN. 31.

SVMMARIVM.

1 *An liceat mulieribus, vnguentis & coloribus se fucare? & an id possit prohibere Episcopus?*
2 *Aduersus mulieres fucantes facies suas.*
3 *Mediocris forma mulieris, vnguento & coloribus deformatur.*
4 *Causa quare mulieres appetant ornatus.*

1 AN & quando mulieribus liceat sine peccato se vnguentis & coloribus fucare, & an id eis ab Episcopo prohiberi possit, & An eis sine peccato vendi possint dicta vnguenta? latè prosequuntur Tiraquel. l. 3. connub. ex num.1.& ex numer.14. optimè Magist.Honcala in opuscul.in tract.de fuco mulierum,ex fol.118. Petr.Sanchez 3. par. histor.moral,tit.dela vida de Romulo y Remo.§.2.versic.a esta questiõ,ex fol.259. & in §. 12.fol.287. Guilerm.Benedict.in cap. Raynuntius,verb. cuidam Petro tradid. ex num.32.Neuiz.in syl.nup.lib.2.ex num.86. versic.quod maximè procedit. Ioan.Andr. in regul.26.ea quæ fiunt à iudice, ex num.3. de regul. iur. in 6. vbi etiam Franc.num.3. optimè Abb. in cap.1.ne cler. vel monach. num.11. & ibi additio.Socin.in cap.à nobis, el 1.de sent. excõmunic.ex nu.21. Ioan.Pined.2.par.dela Agricul.Christia. dialog.21. ex §.9.ex fol.85.Chassen,in catal.glor.mũdi 2. par.consid.32. Nauar.in manua.lat.cap. 23.num.20.& in hispan num.24.Florentin. in 2.par.sum.titul.4.capit.6.§.7.Sylvest.in sum.verb.ars,num.5. vers.quinto quæritur. & latissimè in verb.ornatus. maximè num. 10. Caiet.in summa,verb,ornatus exterior. Abendañ.lib.1.de exeq.mand.cap.14.num. 2.Angel.in sum.verb.ornatus,num.4.latissimè Benedict. Canophilus in repet. cap.1. de constit.ex num.83.Petrus Villalobos de Tortoles in dialog.de la doctrina de las mugeres,lib.1.ex fol.67. versic. mas en lo que toca. optimè Michael. de Palacio lib. 2. de contract.cap.9. ex pag.159. versic. at quæret. Anton.Bernad in sum. cap.17. num.22. optimè Pedraça in sum.in 6.præcept.decalog.fol.54.versic.sexto si se afeytò. Sebast. Medic.in sum.peccat.1.par. tit.2. quæst.26. Lelius de Zanch.de priuileg.eccles.132.priuileg.ex num.6.in fine.

2 ET aduersus mulieres fucantes facies suas fucis, est videndus Paul.de Palacio super euangel.Matth.cap.5.fol.72.col.3.vers.

3 reprehendit secundò. Videmus namque ex Tiraquel.in l.3.connum.num.12.aliquando huiusmodi fucos, in contumeliam & oppro brium fœminarum cedere,immò ex eodem Tiraq. supra, num.15. sunt qui existiment, mediocrem formam non illustrari talibus ornamentis; sed potiùs deformitatem illi
4 augeri. Causas autem cur mulieres ornatus appetant, tradit Petr. Royzius,decis. 3. Lituan.ex num.40.

AD TEX. IN CAP. Mulier quæ accesserit.15.q.1.

COLLECTAN. 32.

SVMMARIVM.

1 *Qualiter puniatur mulier & pecus, si habent inter se commercium carnale.*
2 *An in hoc delicto puniatur salus conatus?*
3 *Mulier appetit concubitum belluarum.*

1 COLLIGE ex hoc textu, quòd licet pecus ratione careat, & à culpa immunis sit, nihilominus tamen suspenditur sicut & ipsa fœmina, quæ se ei commiscuit; ne tali flagitio contaminata indignam refricet facti memoriam. Pro quo est videndus Alphons.Hojeda,de benef.1.par.cap.23.num. 105. Iass.furiosum. C. qui testam. fac.poss. num.10. Alexan.in l.ex facto. ff. de vulgar. num.35. Guilier.Benedict.in cap.Raynuntius,verb.mortuo itaq;. el 1.num.138.Mantua, singul.15. num.3. Guid.Pap.decis.238. Anto.Gomez,in l.1.Tauri,nu.11.post med. & optimè in l. 80.Tauri, numer.35. Couar. lib.2.var.cap.8.nu 1. Iul.Clar. §. fornicatio. num.27.& in §. fin.quæst.99 num.8.versic. nisi in vno casu. Damhoud.in prax.crimin. cap.96.num.15.Carrer.in prax.titul.de homicid.§.circa igitur,num.21.fol.249. Ang. de malefic.titul.de raptorib. num.6. Mich. Gribal.de homicid. §.homicidium casuale, num.17. Roland. consil.7. vol.1.ex princip. Chass.consil.1.in 5.presuppos.n.108.Alph. de Castr.lib.4.aduersus hæres.verb.coitus, in vers.coitus cũ iumento.Rojas,singul.102. incip.vbi animal brutum. Albar.Pelag.lib. 2.de

.de planct.eccles.cap.2.Thom.Cerdan, in lib.vilita de la carcel,cap.13.num.11. versic. hallamos. Tiraquel. de pœn .temper. causa 49. num.39. Abendan.respons.35.num.4. versic.neq; obstat. Auiles,cap.1.pratorum, in glos.derechamente, num.19. Io.Matien. in dialog.relat.3.par.cap.64.num.6.versic. facit etiam. Ioseph.Ludouic.decis. Perus. 2 77.nu.9.An autẽ in huiusmodi delicto solus conatus cum bruto puniatur, tradit optimè Boer.decis.316.Couar.in clemen.1.2.par.in init. ad fin. vers.hæc quidem obiter. Rolan. consil.7.volum.1,num.4.Menoch.de arbit. cas.286.num.7.& cas.360.num.61.Maran. ordin.iudic.4.par.num.70.fol.83.& ex Ti- 3 raquel.in l.9.connub.n im.108.mulieres appetunt concubitum belluarum & pariunt ex ipsis.

AD TEX. IN CAP. Sanè diximus.15.q.1.

COLLECTAN. 33.

SVMMARIVM.

1 *Ebrietas quando excuset à peccato, delicto, vel irregularitate.*
2 *Matrimonium & contractus celebratus ab ebrio, an teneat?*
3 *Ebrietas quo modo probetur, & an ebrius possit esse testis?*
4 *Vini vsus quãdo cœpit, & aduersus ebrios, & dicentes non licere vllo pacto bibere vinum.*

1 AN & quando ebrietas excuset à delicto, irregularitate, aut peccato? est consulendus Iul.Clar. lib.5. §.final.quæst.60.num.12. Couar.in clemen.1.3.par. in initio, ex num. 3. Ioan. Grass. in repet. cap.vnum orarium. 25.dist.nu.13. Bernar. Diaz in prax.cap.71. Ant. Gomez, tom.3. cap.1.num,73. Sebast. Medices, in tract. mors omnia soluit. 1.par. ex num.120.versic.fallit tamen,& latissimè in summa peccat. 2.par. titul.1.ex quæst.12. cum sequentibus, & in titul.7. quæst.16. Frãcis.Pegñ. in 3.par.direct.schol.17. vers. de eo vero qui.& in 2.par.direct. quæst.41. num.9.Paul.Fusc.sing.1.literæ D. Pedraça in 6.præcept.Decalog.in fine. versic. de la embriaguez. Petr.à Nauar. tom.1.de restit. lib.2.cap.1.num.75.Simanc.cathol.institut. cap.17.num.50. latè Castr.de potestat.legis pœnal.lib.2. cap.14. versic.de ebrio autem. Bonacos.commun.opin,crimin. verb.ebrietas excusat.Lauren.Chirchou.in commun. opin.centur.1.concl.97.optimè tradit Petr. Plaça,de delict.cap.30.ex princi. Tiraq.de pœn.temp.caus.6. per totam. Iodoc.Damhouder.in prax.crimin.cap.84.ex num.15. latè Iacob.Menoch.de arbitr.cas.326. Carrer.in prax.titul.de homicid.§. tertio excusat,ex fol.165.latè Anton.Scappus,de iure non scrip.lib.1.cap.63.Didac.Perez,lib.8. titul.8. in rubric. pagin.204. & in l.1. pag. 208.col.2.versic. adde an ebrietas. & refert Baeça de inope debit. cap.9. num.13. Pitachum Mitylensem, vnum ex septem Græciæ sapientibus, legem edidisse, qua cauebatur ebrium damnum aliquod inferentem grauius puniri,quam si sobrius illud intulisset; quoniam in sua potestate fuit non inebriari. Vtrum autem ignorãtia inuincibilis præcedẽs, & ex culpa propria proueniens, qualis est ignorantia culpabilis ebriorum, excuset omnino aut simpliciter à culpa,tradit Cordoua in quæstionib. theolog. lib. 2, quæst.18.

2 ET de matrimonio contracto ab ebrio loquitur Couar, in 4.2.par. capit.2. num.9. Deci.consil.112.in princip.Stephan.Gaeta in repet.cap.ad limin.30.quæst.1.§.4. num. 62. Veracruz specul.coniug.1. par. art.41. versic.quarta conclusio. Et de contractibus celebratis ab ebrio, disserit Sebast. Medic. in tractat.mors omnia soluit. 1.par.ex num. 3 114.in fin. Et ebrietas quo modo probetur, est videndus Ioseph.Mascard.conclus.578. volum.2.de probationib.& in conclus.579. vide an ebrius testis regulariter probet.

4 *IBI, nesciunt quid loquãtur.* Facit illud Ecclesiast.cap.19. relatum à Palat.Rube.in repetit.rubric.de donat.inter.§.28. num.6. quòd vinum & mulier faciunt apostatare sapientes. Et in detestationem vsus immoderati vini,& ebriorum, plura congerunt Tiraquel.de nobilit.cap.31.ex num.174.Petr. Bollo in œconom.canonic. 3.class. cap. 5. §. 2.vers.alius,pag.504. Polydor.Virgil. lib. 3.de inuen.rerum,cap.3. Salzed.ad Diaz in prax.

prax.cap.71.in liter.A.Neuiz.in silua nupt. lib.4.ex num.96. Petr.Plaç.de delict.cap. 30.ex prin. & vt ait Rebuf. in prax. 2. par. tit.de cler.ad sacr.ordin.male prom.in glos. 4.num.8. Solitus inebriari, non promouetur ad sacros ordines,aduersus autem Seuerum hæreticum, dicentem non licere vllo pacto bibere vinum,pugnat Sebast.Medic. in sum.omnium hæres.1.par.vers.vinum:& vini vsus quando inceperit, trad.Albar.Pelag.lib.1.de planct.eccles.cap.36.col.5.

AD TEX. IN CAP. Aliud quidem est. 11.q.1.

COLLECTAN. 34.

SVMMARIVM.

1 *An Inquisitores fidei, sint iudices omnium causarum, eorum qui habitum gestant publicæ pœnitentiæ?*
2 *An pœnitentes per iudices ecclesiasticos possint puniri, vel mitti in carcerem à iudice seculari?*

1 DE R hunc textum,reuocant in dubium Siman.de cathol.institit. cap.47.num.18.& Rojas in singul.98.An Inquisitores fauore fidei sint iudices competentes omnium causarum ciuilium & criminalium,illorum qui ecclesiæ sunt reconciliati, & habitum gestant publicæ pœnitentiæ, qui vulgariter, Sambenitados vocantur, quippè cum sub iurisdictione Inquisitorum sint, nullosq; alios iudices seculares vel ecclesiasticos in omnibus causis habeant: de qua etiam quæstione est consulendus Francis. Pegn. in 3. par.direct.schol.144.Iul.Clar.lib.5.§.fina. quæst.35. num.20. Couar. in pract. cap.34. 2 num.5. Vbi ex num. 3. latissimè disserit de intellectu & materia istius textus An scilicet pœnitẽtes,qui à iudice ecclesiastico per sententiam propter aliquod crimẽ ecclesiasticum dãnati sunt ad agendam pœnitentiã, possint à iudicibus secularibus (cũ sint alioquî laici) ob alia crimina puniri, & ad punitionẽ capi, atq; in secularem carcerẽ mitti, pro quo est etiã videndus Iacob.Simanc.de cathol.institit.cap.47.ex num.19. Abb.in c. nullus,n 9.vers.quero quid,de for.compet. Beroi.in cap.de his,num.13.de accusat. Rojas dict.singul.98.num.3. Azeued.lib.4.recopil.tit.1.l.10.ex num.56.fol.17.

AD TEX. IN CAP. Hæc imago Dei.33.q.5.

COLLECTAN. 35.

SVMMARIVM.

1 *An mulier sit facta ad imaginem Dei? & plura circa intellectum istius text.*

1 DE intellectu & materia istius textus differit Nauar.in manua. latin. in initio in prælud.3.num. 17. Albert.Troc.de vero & perfect.cleric.lib.2.cap.3.ex num.4. Sebastia. Vanz.de nullit.ex defect.iuris.deleg. num. 71.Nauar.in cap.illa anima de pœnit.dict.2. notab.1.Selu.de benef.1.par.quæst.5. num. 53.in prin. Guiller.Duran. in ration. diuin. offic.lib.1.cap.1.n.47. Petr. Mozi.de contract. titul.de nuptiis in prin. ex num.2. fol. 166.vbi ait quod in quantũ habetur in hoc textu, quod mulieres velatę incedere debent,cum imaginẽ Dei non habeant, quod non per hoc infertur mulierem non esse factam ad imaginẽ & similitudinẽ Dei, respectu rationis & intellectus cum dicatur in Genes. cap. 2. Faciamus adiutorium simile sui:& Ecclesiast.cap.17.Creauit ex ipso adiutorium simile sibi, cõsilium & linguam & oculos & aures & cor dedit illis. Ideò intelliguntur supradicta, vt mulier imaginẽ Dei non habeat,sed vir;quia vir habet dominiũ & imperiũ in mulierem & in cętera animãtia, & in hoc est similitudo,sed mulier est subdita viro,& sic non est ad similitudinem Dei,& hac de causa mulieres velatæ, & cũ summissione incedere debẽt. Vel dic quod ad imaginem Dei homo factus est,quia per hominẽ Deus gloriatur,& homo per mulierem,cum ex homine mulier sit facta & creata,& ideò est subdita viro,& in hoc est similitudo,vt inquit Apost.ad Corint.cap.11.& ita interpretatur Nauar. supra in dict.num. 17.vel secundum eundem Nauar.in cap.illa anima,de pœnit.dict.2.notab.1.n.3. vir est similis Deo,quatenus sicut ex Deo procedũt omnia,& omnia sunt propter ipsum,ita ex viro processit mulier,& propter ipsum facta est.

AD TEX. IN CAP. Quiescamus. 42. distin.

COLLECTAN. 36.

SVMMARIVM.

1 *Eleemosyna vtilis est ad redimẽda peccata.*
2 *An omnibus pauperibus æqualiter sit elargienda eleemosyna? & quis ordo seruandus sit in ea distribuenda.*
3 *Optimũ esset erigere domos in ciuitatib⁹ vbi pauperes alerentur, omniaq; illis necessaria submini strarentur, & hoc quãplurimorũ testimonio cõprobatur, in num. 4.*
4 *Sũmus Pontifex Sixtus V. hospitale quoddam Romæ erexit ad pauperes alendos.*
5 *Quibus pœnis puniendi sint qui paupertatẽ vel infirmitatem simulant, vt eleemosynas extorqueant.*

1 CONCORDAT cum hoc textu illud D. Augustin. dicentis, Discite christiani fine distinctione exhibere hospitalitatẽ, ne fortè cui domum clauseris, cui humanitatem denegaueris, ipse sit Christus. Cui consonat Bernard. dicens, Ne scruteris, ne forte illum prætereas quem Deus elegit. Et facit illud Tobiæ cap. 4. Ex substantia tua fac eleemosynam, & noli auertere faciem ab vllo paupere. Pronus etenim ad misericordiam benedicitur à Domino, Prouerb. cap. 14. Vnde eleemosyna est vtilis & multum prodest hominibus ad redimenda peccata, & saluandas animas, vt satis probant Chassen. catal. glor. mund. 11. par. consid. 46. optimè Paul. Fusc. de visitan. eccles. lib. 1. cap. 30. num. 31. & lib. 2. cap. 13. ex num. 1. & in singul. 11. liter. E. & latissimè plura ad id cumulant Didac. Perez de Mesa in lib. de los marauillosos effectos de la limosna per totum. Abb. in cap. cum ex eo, num. 2. vers. tertio, de pœnit. & remiss. & quos allegat Bañes 2. 2. quæst. 82. artic. 1. verf. de laudibus eleemosynæ col. 1585. Io. Pined. in 2. par. de la agricultura christia. dialog. 29. §. 14. & §. 15. latissimè Benedict. Pererius in Danielẽ lib. 5. cap. 4. super illa verba, Peccata tua eleemosynis redime, ex pag. 173.

2 EX quibus & per hunc textum, eleemosynam omnibus pauperibus esse elargiendam indifferenter; scilicet, bonis & malis, nec illos in eleemosyna præferendos esse, quos magis ex charitate debemus diligere, quamplurimi affirmarunt. Quod planè hoc pacto intelligendum censeo: aut enim eleemosyna adeo copiosa est, quæ vniuersis sufficiat, & tunc omnibus subuenire equum erit: aut tanta est multitudo egentium, vt superet eleemosynæ quantitatem, & tunc ordo charitatis in distributione erit seruandus: ita vt illos in eleemosyna conferenda præferamus, quos magis ex charitate debemus diligere, vt tradit Io. Medin. C. de eleemosyna in cap. de his quibus est danda eleemosyna & quo ordin. fol. 157. col. 4. versic. inde oritur Barthol. Humad. in l. 4. titul. 20. par. 2. in glos. 6. n. 1. fol. 166. Quo fit vt cæteris paribus, meli⁹ sit eã dare infirmis, quã validis: & virtute præditis, quã illa destitutis.

3 VNDE hodie apud nos, quia multitudo egentium & pauperum superat quantitatem eleemosynę, salutare profectò esset consilium domũ quandã erigere in qua omnes pauperes mendicãtes benignè excip erentur, alerentur, vestirẽtur, ac tandem omnia ad vitã humanã peragendam necessaria illis charitatiuè submini strarentur: sic enim fieret, vt per vias & plateas dispersi ac vagãtes magnis clamoribus illa queritare minime cogerẽtur, nec claudi, infirmi, ac debiles, fame oppressi miserè morerẽtur, & veris dumtaxat pauperibus eleemosynæ largirentur. Quam domum incredibili desiderio summisq; precibus ac lachrymis annis proximè elapsis desiderabat, ac vt fieret in hac & in aliis ciuitatib⁹ totis viribus conabatur, vir ille religiõe ac pietate insignis Michael Xiginta in lib. qui inscribitur tratado del remedio de pobres, & in lib. atalaya de charidad, & in lib. exortacion a la compasion y misericordia de los pobres mendigos.

4 ET quidem huiusmodi hospitalitatem vtilem esse Reipublicæ Christianæ, nemo est qui dubitet, post Bullam fœlic. record. Sixti V. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum anno Domini 1587. quinto Idus Maij anno tertio sui Pontificatus. Vbi similem hospitalem erigi iussit in vrbe, cum plurimorum annuorum reddituum assignatione, priuilegiorumq; & gratiarum concessione,

sione. Quæ hospitalitas vti refert Ludouic. Mesia in pragm. tax. pan. concluf. 5. num. 106. multo anteà fuit decreta in canon. 5. fol. 54. Turonensis concil. sub Pelag. 1. & postea fuit etiam stabilita & approbata à quamplurimis doctis viris & principibus ecclesiasticis & secularibus, vt latè prosequitur Micha. Xiginta in dicto lib. atalaya de charidad ex cap. 3. vers. los que me acuerda: & latissimè ex cap. 29. Et fortè huiusmodi hospitalitas tempore Apostolorum habuit originem: quo tempore, Apostoli pauperibus ministrabant alimenta vitę necessaria, forsan propter rationes prædictas, vt satis colligitur ex Actib. Apostol. cap. 2. in fine, & expræssè tradunt Gabr. de Toro in lib. thesoro de misericordia cap. 13. in fin. & in cap. 14. Micha. Xiginta in lib. atalaya de charidad cap. 26. ex fol. 77. & optimè in libro exortacion a la compasion cap. 7. & quidem vt ipse ibi enumerat in cap. 6. quinquaginta commoda ex huiusmodi erectione hospitalium sequuntur, & inter alia non minimum est quòd eo modo tolluntur abusus quibus quãplurimi pauperes validi mẽdicando, se infirmos fingũt vt eleemosynas
5 extorqueant. Quod nõ semel accidisse pluribus exemplis cõprobat Iodoc. Damhouder. in prax. crim. cap. 110. de furto ex num. 55. qui certè grauiter peccant & tenentur ad restitutionem, & pœna falsi puniri possunt, vt tradit Petr. Auendan. in dictionar. in liter. M. versic. mendicantes fol. 195. est tamen pro hoc omnino cõsulendus Angel. in sum. verb. restitutio. versic. sed quid de hypocrita pag. 345. Medin. C. de restitutio. quæst. 24. vers. ad quintum, fol. 77. Nauar. in manual. lat. cap. 17. num. 107. Emanuel Rodriguez in explication. bullæ compositionis ex num. 47. Petr. à Nauar. lib. 3. de restitut. cap. 1. ex num. 302. Paul. Fusc. de visitat. eccles. lib. 1. cap. 30. num. 9. Anchar. in clemẽt. abusionibus, num. 3. de pœniten. & remiss. Barthol. Humad. in l. 4. tit. 20. par. 2. in glos. 6. num. 1. fol. 66. & in num. 2. ait, istos mendicantes validos dici vagamundos, pro quo vide bis etiam glos. in rubr. de mendicant. validis lib. 11. C. & huiusmodi sunt expellendi à ciuitate, ex Auendan. lib. 2. de exequend. mand. cap. 6. num. 2. Abiles in cap. 26. Prętorum in glos. aparamiento num. 4. vers. & mendicantes.

AD TEX. IN CAP. Principes 23. q. 5.

COLLECTAN. 37.

SVMMARIVM.

1 *Clerici quo iure sunt exempti à iurisdictione principis secularis.*
2 *Clerici negotiis secularibus se immiscentes, cõueniuntur coram iudice seculari.*
3 *Ecclesiastici exempti ab ordinario, si non habent iudicem in regno qui eos delinquentes puniat, conueniuntur coram iudice seculari.*
4 *Clerici quãdo tenẽtur soluere aliquid pro reparatione pontiũ, itinerũ, vel aliarũ rerũ respicientiũ bonũ cõmune, An possint vocari in ius coram iudice laico.*
5 *Clerici ratione feudi, conueniuntur corã iudice seculari.*
6 *Clericus an reconueniri possit coram iudice seculari in causis ciuilibus.*
7 *Clericus hæres laici, quando conueniatur coram seculari.*
8 *Clericus ob euictionem rei à se venditæ, An teneatur cõparere corã iudice laico?*
9 *Clericus perturbans secularem iurisdictionem, punitur à seculari.*
10 *Clericus recusans testimonium ferre in causa ciuili coram iudice seculari, an puniatur ab eo? & quid si falsum deposuerit coram eodem?*
11 *Clericus assassinus punitur à iudice seculari.*
12 *Clericus incorrigibilis cõmittens crimen reipublicæ damnosum, An puniatur à iudice seculari?*
13 *Laicus qui post delictum ab eo cõmissum assumpsit ordinem clericalem, An sit de foro iudicis secularis?*
14 *Clerici in actionibus realibus, An conueniantur coram seculari?*
15 *Clericus appellans iniustè, quando condemnetur in expensis à iudice laico.*

16 *Clericus admissus ad aliquod officium seculare, delinquens in eo, punitur à iudice seculari.*

17 *Clericus deferens arma prohibita à iudice seculari, quo pacto puniatur ab eodē.*

18 *Clericus falsis ponderibus & mensuris aliquid vendens, qualiter puniatur à potestate seculari.*

19 *Clericus exercens prohibitam venationē aut piscationem, An cōueniatur coram iudice seculari?*

20 *Clerici Ioculatores, Goliardi seu Buffones, & Macellariorum, aut Tabernariorum officium exercentes, an & quādo sint de foro iudicis secularis?*

21 *Clericus depositarius iudicis secularis, ab ipso seculari cogitur reddere depositum.*

22 *Clericus exercens officium aduocationis coràm seculari, si in ipso aduocationis officio delinquat coram eo, an ab ipso puniatur?*

1 QVAMVIS communis Doctorum sit sentētia clericos à iurisdictione principum laicorum iure diuino exemptos esse, vt tradunt Nauar. in cap. nouit, de iudic. notab. 6. num. 6. Abb. in cap. ecclesia sanctæ Mariæ, num. 6. de constitutio. vbi etiam Felin. num. 6. Rolan. consil. 4. vol. 1. ex num. 7. latissimè Camil. Borrel. in additionib. ad Bellugam in specul. princip. rubr. 11. §. videndum in liter. G. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæst. 3. num. 2. Nicol. Miles in repertor. verb. clericus fol. 32. Ant. Scap. de iure non script. lib. 1. cap. 1. num. 1. & cap. 2. num. 1. & habes infra in 2. par. in collectan. ad cap. nullus iudicum, de foro compet. Barthol. Humada in §. 65. titul. 5. par. 1. glos. 8. num. 6. latissimè & pulchrè Alphon. Azeued. lib. 1. nouæ recopil. titul. 3. l. 5. n. 6. & quos allegat Didac. Perez lib. 3. tit. 1. l. 2. verf. quæro vtrū Papa, pag. 466. iuxta finem. Multi tamen ab hac opinione discedunt tenentes priuilegium fori haberi iure positiuo, & sic Couarru. in pract. c. 31. ex n. 2. distinguit vt supradicta cōmunis opinio procedat in his quę verè ac propriè spiritualia & ecclesiastica sunt, vt si quæstio sit de ordinibus de gradibus sacramentis & aliis similibus: quo ad cætera vero, priuilegia fori habeant clerici iure canonico, & idem tradit Humada in l. 54. tit. 6. par. 1. glos. 2. num. 13. Quæ opinio ex eo mihi verior & sequenda videtur, quia plures extant in iure casus in quibus clericus etiā in sacris constitutus aliquando ciuiliter, aliquando criminaliter, conuenitur coram iudice seculari, vt tradit glos. mag. hic. Vltra quam glossam, quia plures reperiuntur ex his casibus, scitu dignissimi ac in praxi valdè necessarij ideò principaliores hic referam breuiter.

2 PRIMO, clerici negotiis secularibus se immiscentes, & qui prohibitum aliquod commertium vel munus exercuerint, sunt pro ipsis negotiis regi subiecti, & si circa ea deliquerint iudicari & puniri possunt ab eodem iudice seculari, vt adnotauit Anton. de Rosellis in tract. de potest. Imper. & Papę in §. plus videtur n. 3. fol. 312. in vol. 14. tract. Rebuf. tract. quādo secul. cognos. pos. de eccl. n. 78. & in tom. 2. cōstit. reg. tract. de mercat. minu. venden. artic. 1. glos. 13. pag. 224. Marsil. singul. 694. num. 2. Ludo. Messia in pragmat. tax. pan. conclus. 5. ex num. 21. Menchac. de succes. creat. 3. par. §. 26. ex num. 78. Humad. l. 49. tit. 6. par. 1. in glos. 3. num. 2. fol. 69. dicens ob hanc rationem quod quando clerici mercatores se immiscent profanis, tunc eos ligari quo ad bona quibus se immiscent legibus profanis ad vectigalia reddenda, & etiam quo ad forum si quæstio emergat super solutione dictarū rerum, vt etiā tradit Ludo. Messia in pragmat. tax. pan. conclus. 5. ex num. 23. Azeue. lib. 3. nou. recop. tit. 13. in prin. num. 8. iuxta med. Quod planè verissimū esse, quando trina præcessit monitio iuxta tex. in c. fin. de vita & hon. cler. fatetur Salz. ad Diaz. c. 55. pag. mag. 174. verfic. notabilis etiam. Tunc autem dicitur clericus negotiari quando nō mutata forma eius quod emit, vendidit, ex Dueñ. reg. 100. & latiùs per Bertachin. tract. de gabel. 7. par. ex n. 10. in vol. 11. tract. Roland. consil. 71. volum. 4. num. 12. Salzed. ad Diaz in dict. cap. 55. pag. mag. 166. in fine verfic. dicitur etiam is. Clericus autem non dicitur negotiator per vnius rei emptionē vel venditionem, vt pulchrè probat Salz. in dict. pag. 166. verfic. & vt huius capitis: nec etiā qui vendidit vinum, granum, aut oleum ex propriis fundis, nec similiter qui vendit id quod ei supersest de eo quod ad suam, vel suorum sustentationem emit, iusto pretio tunc currenti licet carius vendat quā emit, ex Salz. supra pag. 167. Candel. ecclef. 2. p. tit. de explan. Bullæ Cœnæ cas. 5. num. 40.

3 VLTERIVS clerici immò & omnes ecclesiasticæ personæ exemptæ ab ordinariis locorum, quamuis sint immediatè subiectæ Pontifici maximo, si tamen nō habeant superiorem in regno, qui eos puniat, si delinquant, possunt conueniri coram iudicibus laicis, eo pacto quo tradit Thom. Mieres in constit. Cathalon. collat. 2. cap. 11. in princip. Michael. del Molino in repertor. in verb. Iustitia Aragonum in versic. Die prima Decemb. fol. 204. Bellug. in specul. principū. rubr. 11. §. videndum ex num. 10. & quamuis eius additionator Camil. Borrell. in dicto §. videndum in litera G. existimet hoc esse iniquum nec seruari debere, equissimum tamen id esse probat Nauar. in cap. cum cōtingat in 1. remed. verfic. vndecimo facit, pag. mag. 152. de rescript.

4 CLERICI etiam eo casu quo tenentur ad contributionem cum cæteris ciuibus in pontium instructione, & in itinerū viequ; ante domum refectionē, pro censibus similiter siue vectigalibus, quę pendunt ratione rerum suarum, pro expensis similiter soluēdis, factis pro conseruatione & custodia bonorum communium, tam clericorum quam laicorum, in ius vocari possunt coram iudice seculari, compelliq; poterunt dicti clerici, ad dictas præstationes & solutiones per iudices seculares: videbis tamen pro hoc Ioan. Martinez de Olano in antinom. in litera C. num. 38. Barthol. Humad. in l. 54. titul. 6. par. 1. glos. 2. ex num. 18. Auend. de exequend. mandat. lib. 2. cap. 14. num. 13. Salzed. in addition. ad Bern. Diaz in prax. crimin. cap. 55. pag. mag. 173. & pag. 175. Rebuf. tract. quand. secular. cognos. poss. de eccles. nu. 79. optima additio. ad Mathesil. singul. 110. ex num. 34. Ludo. Messia concl. 5. num. 70. Viuald. in candel. eccles. 2. par. in explanat. Bullæ Cœnæ cas. 5. num. 45. Azeued. lib. 1. nouæ recopil. titul. 3. l. 11. ex num. 4. & in l. 12. num. 2. Hierony. Portoles in §. alfarda, num. 4. & in §. clericus num. 49. Baeça de inop. debit. cap. 17. num. 15. Tiraq. retract. linag. §. 32. glos. vnic. ex num. 80.

5 QVAESTIO etiam si fuerit mota de feudo, respondere tenetur vassallus coram domino feudi, quamuis reus sit clericus, ex Abb. num. 6. Felin. num. 1. in cap. cæterum de iudic. Abb. in cap. verum num. 13. de for. compet. Ioan. Gratian. regul. 481. Humad. l. 57. titul. 6. par. 1. glos. 2. num. 1. fol. 76. Azeued. lib. 4. recopil. tit. 1. l. 6. fol. 9. Ant. Scap. de iure non script. lib. 1. cap. 6. Paris. de Puteo de syndic. verb. clericus nu. 1. fol. 158. Robert. Marant. de ordine iudic. 4. par. distin. 11. num. 75. pag. 291.

6 CLERICVS etiam in causis ciuilibus reconueniri potest coram iudice laico, ex Felin. num. 8. & Deci. ex num. 148. in cap. at si clerici de iudic. Dueñas regul. 102. Abb. in cap. qualiter & quando num. 4. de iudic. Auendan. de exeq. mand. 1. par. cap. 1. num. 32. in fin. Hiero. Portoles in §. clericus num. 42. Volum. 1. com. opin. pag. 27. vers. fallit secundo.

7 CONVENIRI etiam potest clericus coram iudice laico, quando hæres fuit laici cum quo lis cępta fuit, vt latissimè per Couar. in pract. cap. 8. ex num. 2. Maran. 4. par. dist. 11. num. 79. latissimè Didac. Spino specul. testam. in glos. 33. prin. num. 72. optimè Ioan. Martinez de Olan. in antinom. in liter. C. ex num. 26. Auendan. in dict. cap. 1. num. 33. Ias. in authē. quas actiones num. 39. C. de sacr. sanct. eccles. Burg. de Paz in l. 3. Tau. n. 786. & à n. 792. Didac. Perez lib. 5. tit. 2. l. 4. verf. quid esset si clericus pag. 143. latè Barthol. Humada in l. 57. tit. 6. par. 1. in glos. 5. fol. 76. Camil. Borrel. in addition. ad Bellug. in spec. princip. rubr. 11. §. videndū in liter. B. in fi. Portol. in §. clericus nu. 54.

8 CLERICVS similiter tenetur comparere coram iudice laico ad defendendum laicum, cui rem vendidit ratione euictionis, ex Barth. Humad. l. 57. tit. 6. par. 1. glos. 6. fol. 76. Volum. 1. com. opin. pag. 27. versic. concordat cum hac communi. Marant. dicta dist. 11. num. 78. Boer. decis. 69. ex num. 27. Grāmat. decis. 21. num. 4. Capiz. decis. 197. num. 7. Portol. in §. clericus num. 53. Didac. Perez lib. 5. tit. 2. l. 4. pag. 143. versic. hinc est quod clericus.

9 CLERICVS etiam iurisdictionem regiam perturbans, punitur ab eodem rege ex Humada in l. 13. titul. 13. p. 2. glos. 4. n. 7. fol. 140. Guilier. Bened. in rep. cap. Raynū-

tius,verb.& vxorẽ nomine Adel.decis.2.n. 168.Est tamẽ in hoc videndus Io. Azeued. lib.4.recopil.tit.1.l.3.n.3. & in l.4.n.12. Et similiter clericus,si turbet rempublicam & eius pacem,poterit rex & supremum eius consiliũ eum punire in bonis suis patrimonialibus,& à regno eum eiicere,ex Paul.de Castr.n.6. in l. addictos C.de episcop. audien.Humad.lib.65.tit.5. par.1. glos.8.n.7. fol.57.Guilier.Bened.in dict.decis.2.n.161. Iul.Clar. §.fin.q.36.n.24.latissimè Salz. in addition.ad Bernar. Diaz c.102. in liter.A. pag.mag.353.

10 CLERICVS etiam si producatur coram iudice seculari,vt testimonium ferat in causa ciuili si recusat deponere,cogi potest per eundem iudicem secularem,per quandam leuem cohertionẽ, iuxta ea quæ tradit Guid.Pap.decis.65.n.2. vers.aut producuntur.Rebuf.in tract.quãdo secul.cognos.pos. de eccles.n.28. quanuis hoc reprobet Salz. in addit. ad Bern. Diaz in prax.c.98.num. 24.pag.mag.346. Immò multæ prouintiæ hoc iure vtuntur, quòd si clericus coram iudice seculari falsum deposuerit,ab eodẽ iudice punitur:pro quo tamẽ est omnino cõsulẽdus Iul.Clar.in dict §.fin.q.38.n.14. Ludo. Messia in pragm. tax. pan. concl.5.nu.34. optimè Didac.Perez lib.8.titul.6.l.1.pag. 189.vers.sed dubitari potest.Matien.lib.5. recollect.tit.7.l.9.glos.2 n.12. Aflict.decis. 230.Couar.in pract.c.18.n.8. Bern.Diaz in prax.c.87.n.2.Anton.Padilla in l.trãsigere n.102.C.de transaction.Io.Gutier.in pract. lib.1.q.24.ex n.1.& habes latissimè in c.1. falsidicus,de crimin.fals.num.2,

11 CLERICVS etiam assassinus absq; degradatione aliqua,punitur criminaliter à iudice seculari,vt habes in c.1.pro humani. de homicid.lib.6.& prosequitur latè Iul. Clar.in §.fin.q.36.ex n.29.Couar.in pract. c.32.n.2. Bern.Diaz in prax.c.97.n.4.vbi Salz.in addi.in liter.B.pag.mag.338.Vol.1. com,opin.pag.108.vers. idem laicus potest punire. Marant.de ord.iudic.4.p.dist. 11.n. 76.Ant.Scap. de iur. nõ scri.lib.5,c.140.n. 10. Ant.Gabriel lib.7.com.opin,tit.de criminalib.conclus.1,n.24,

12 CLERICVS etiam incorrigibilis, quando aliquod crimen committit in rempublicã valdè enorme & grauissimum,punitur à iudice seculari:ex Humad.l.65.tit. 5.p.2.glos.8.n.7.vers.tertio fallit, Couar.in pract.c.32.n.2.vers.secũdo est notandũ, Iul. Clar.§.fi.q.36.ex n. 33. & facit ad hoc tex. & ibi not.in c.cũ nõ ab homine de iudic.

13 QVANDO etiam quis ratione fraudis,vt liberetur à ditione iudicis secularis, post delictum cõmissum ordinem assumpsit clericalem,saltim quo ad bona,adhuc iudex secularis qui de delicto cognoscere ante clericatum poterat, idem cognoscet post clericatum:vt per Couar.in pract.c.32. n. 4. Iul. Clar.dict.q.36.n.43. Plaç.de delict.c.35.ex prin. Humada.l.23.tit.6.par.1.in glos.5. ex n.1.Volum.1.com.opin.pag.26.verb.ordo ecclesiasticus post delictum. Paul.de Castr. in l.addictos num. 7.C.de episcop. audien. Hieron. Portoles in dict.§. Clericus. n. 52. Ant.Gomez,tom.3.de delict.c.1.n.72.adfin. & c.10.n.5. Tiraq.de pœn.temp.caus.25.n. 8. & habes latissimè in 2. p. in collectan.ad tex.in c.19.proposuisti de for.compet.

14 EX consuetudine etiam generali regni Gallorum & Nauarræ clerici in actionibus realibus, cõueniuntur coram iudicibus secularibus, pro quo sunt consulendi Ioan.Fab. in §.vltim.nu.7.in fin.inst.de satisdat.Abb. in c.qualiter &quãdo nu.8.de iudic.Couar. in pract.c.31.n.5.vers.qua ratione,Boer.decis.69.n.20. Tiraq.retract.linag.§.32. glos. vnic. ex n. 81. Azeued.lib.4.tit.1.l.10.n.30. fol.13.& in l.11.n.13. fol.21. latè Portoles in dicto §.clericus ex n.14. Ioan.Martinez de Olan.in antinom.in liter.C.num.22.

15 IN eisdem etiam casibus in quibus iudices seculares possunt tollere violentiã,quę, per censuras à iudicibus ecclesiasticis, clericis appellantibus, fieri solet: condemnare poterit clericum vim facientem in expensis : pro quo est videndus Couar. in practic. cap.35.num.3. versic.cæterum,Barthol.Hu mada in l. 13. titul.13. par. 2. glos.4. num.6. fol.140.

16 CLERICVS similiter,si per regem fuerit admissus ad aliquod officium seculare & regium,si in ipso officio deliquerit, potest puniri ab ipso rege; vt satis probant Doctores quos allegat Salzed. ad Diaz in prax.cap.61.in litera B. pagin.magn.184. & tradunt Hierony.Portoles in dict.§.clericus num.5.Iul.Clar. dict. §.fin. quæst.36. num.25.Chassen.in consuetud.Burgund.rubric.1.§.5.in glos. filnagrace n.71. Plaça de delict.

delict.cap.19.num.23. Guilierm. Benedict. cap.Raynuntius verb. & vxorem nomine, Adel.decis.2. num.155. Redin de maiestate princip. §.sed etiã per legit.tramites num. 183.& habes in cap.5. clericis in sacris, ne cler. vel monach.num.6.

17 CLERICVS arma prohibita portans,potest per secularem iudicẽ armis spoliari,& forsan pecuniaria pœna puniri,pro quo est videndus Couar.in pract.cap.33.numer.7.Chassen.consuet.Burgund.rubr.1.§. 5.verb.filnagrace num.52. & 79. latè Ioan. Redin de maiest. princip. in verb.non solũ armis decoratam.2. par. ex num. 163. Iul. Clar.dict.§.fin.quæst.36.num.26. & habes in cap.2.clerici arma,de vita & honest.cler. Alphon. Azeued.lib.1. nouæ recopil. tit.3. l.9.num.3.

18 CLERICVS etiam qui falsa mensura, triticum,vinum,vel oleum vẽdidit; punitur à iudice seculari, vt in facti contingentia interrogatus consuluit Chassen.consuetud.Burgun.rubric.1.§.5.versic. filnagrace num.90. col.205. quem sequitur Ludouic. Messia in pragm.tax.pan.concl.5.num.29.

19 CLERICVS exercens prohibitam venationem vel piscationẽ,si repertus fuerit à iudice seculari vel à ministris laicæ iurisdictionis,priuari potest auibus, canibus, aliisq; instrumentis prohibitis,iuxta ea quę trad. Salzed.in addit. ad Bernar. Diaz cap. 67.ex pag.mag.213.in fin.

20 CLERICI ioculatores, Goliardi,seu Buffones,qui per annum illam artem exercuerint, vel minori tempore, si ter moniti fuerint,& qui sine habitu & tonsura immiscent se enormitatibus, cum huiusmodi omni priuilegio clericali exuti sint, vt dicitur in cap.vnic.de vita & honest.cler.in 6.efficiuntur de foro iudicis secularis ex Bernar. Diaz in prax.c.68.pag.mag.215. Tabiens. in sum.§.clericus,el.3.num.5.& §.excõmunicatio,el.5.num.26. Borrel.in addit.ad Bellug.in spec.prin.rubr.11. §.videndum,in litera H. Abb. in cap. perpendimus num. 7. de sent.excom. Anto.Scappus de iure non scrip.lib.1.c.14.Iul.Clar.dict.§.fin.§.36.n. 23. Et idẽ etiam videtur dicendũ circa clericos carnificum seu macellariorum & tauernariorum officium publicè exercentes, post trinam monitionẽ, iuxta formam Clemen.1.de vita & honest.cler.& tradit Borrel.in dict.§.videndum,in liter.I.

21 CLERICVS etiam depositarius iudicis secularis, ab ipso iudice seculari cogi potest,ad reddendum depositũ, ex Menoc. de recup.poss.remed.15.num.214. Tiraq.retract.conuent. §.4.glos.7. num.9. Marant. de ord.iudic.4.par.distin.11.num.62. Ioan. Martinez de Olan.in antinom.in liter.C. ex num.23.Hierony.Portol.in dict.§.clericus num.51.

22 CLERICVS etiam exercens officium aduocationis coram iudice seculari,si in ipso aduocationis officio delinquat, An ab ipso iudice seculari puniatur, & officio aduocationis priuari possit,vide quæ habes notata in cap.1.de postulan.num.4.

AD TEX. IN CAP. Ita diligere. 30. q. 3.

COLLECTAN. 38.

SVMMARIVM.

1 *Non minor reuerentia debetur patri spirituali,quã carnali,& An pari pœna puniatur occidens patrem spiritualem ac carnalem.Et pater spiritualis An possit esse testis pro filio spirituali,& è contra?*

2 *Filius spiritualis An possit vindicare mortem patris spiritualis?*

3 *Cognatio spiritualis,quæ oritur ex baptismo cõfirmatione & catechismo,inter quas personas contrahatur.*

4 *An cognatio spiritualis contrahatur per procuratorem?*

5 *Cognatio legalis qualiter contrahatur,& An impediat matrimonium?*

1 IBI, *sicut patrem,* Patri igitur spirituali non minor reuerentia & dilectio debetur quàm carnali, vt satis apparet ex hoc textu & tradunt Alexan. cõsil.143.vol.2.num.6. Salzed.in additio.ad Bern.Diaz in prax.c. 76.in liter.B. Pet.Bertran.in 1.resp̃os.prælat. ad articulos laicorum numer.11. Tiraquel.in l. si vnquã, verb.susceperit liberos num.27.& de pœn.temper.causa 21.num.2.

ſic qui interimit patrem ſpiritualem non minus puniendus eſt, quam qui carnalem ex Plaça de delict. cap. 40. num. 11. verſic. tertio ſuffragatur, Carrer. in prax. titul. de homicid. §. nono quæro num. 10. Rojas de ſucceſſ. cap. 28. num. 9. An autem pater ſpiritualis teſtimonium pro filio ſpirituali ferre poſsit, vel è contra, filius pro patre ſpirituali, eſt videndus Menoch. de arbitrar. caſ. 100. Tiraquel. dict. verb. ſuſceperit liberos num. 3. & latè ex num. 38. Plaça dicto cap. 40. num. 11. verſic. ſecundo impetit, Franc. Viuius lib. 2. commun. opin. 298. Tiraquel. de pœn. cauſ. 21. ex num. 6. vbi in num. 9. tenet quòd ſi filius ſpiritualis eget, tenetur eum alere pater ſpiritualis, pro quo eſt etiã videndus Rojas de ſucceſſ. cap. 21. num. 32. & in cap. 28. num. 6. Ant. Cordoua de Lara in l. ſi quis à liberis in principio num. 19. ff. de liber. agnoſc. Tiraquel. in dicto verb. ſuſceperit liberos num. 31. Vidi tamen in praxi non vulgare dubium in hac materia. An ſcilicet filius ſpiritualis poſsit necem defuncti patris ſpiritualis vindicare? pro quo eſt recurrendum ad Plaça de delict. cap. 40 num. 11. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. q. 14. num. 25.

3 *I B I, ſpiritualis proximitas.* Hæc autem cognatio ſpiritualis, quæ tantum oritur ex baptiſmo, confirmatione, & catechiſmo, impedit matrimonium contrahendũ. & inter quas perſonas contrahatur: & plura alia de huiuſmodi cognatione ſpirituali congerit Couar. in 4. 2. par. cap. 6. §. 4. per totum, Guilierm. Epiſcopus Pariſienſ. de ſacram. matrimonij cap. 32. optimè Sylueſt. in ſum. verb. matrimonium, el. 8. num. 7. Nauar. in manual. latin. cap. 22. ex num. 36. latiſsimè Soto in 4. diſtin. 42. quæſt. 1. per totam, latiſsimè & pulchrè Alphonſ. de Veracruz ſpecul. coniug. 1. par. ex artic. 55. Victoria in ſum. titul. de matrimon. num. 300. optimè Petr. Mozius de contract. tit. de matrimon. §. pro declaratione huius ex num 19. folio 196. latè Viuald. in candel. eccleſ. titul. de cognat. ſpirit. ex num. 148. Rebuf. in prax. titul. de diſpenſ. in gradib. prohib. ex num. 20. Anto. Bernad in ſum. cap. 23. ex num. 72. Epiſcopus de Elna in direct. curat. cap. 9. §. 2. verſic. la cognacion, o parenteſco: & circa hoc impedimentum, eſt aduertendum iuſtis de cauſis prohibuiſſe ſanctam Trident. Synod. in Seſſ. 24. de reformat. cap. 2. cognationem ſpiritualem tantum contrahi inter ſuſcipientem & ſuſceptum ipſum, & illius patrem & matrem, nec non inter baptizantem & baptizatum ipſiuſq; baptizati patrem & matrẽ, atq; idem ſeruandum eſſe in ea cognatione quę ex ſacramento confirmationis oritur, apertiſsimis etiam verbis ſtatuit eadem Synodus, vbi ſupra.

4 AN autem cognatio ſpiritualis contrahatur per procuratorem, eſt legendus Abb. in cap. veniens num. 4. de cognat. ſpiritual. Viuald. candel. eccleſ. titul. de cognat. ſpiritua. num. 160. Couar. in dicto cap. 6. §. 4. num. 6. Sot. in 4. diſtin. 42. quæſt. 1. artic. 2. verſic. conſueuit autem, optimè Sylueſt. in ſum. verb. matrimonium, el. 8. num. 7. verſic. quartumdecimum, latè Capel. Toloſan. deciſ. 157. vbi Aufred. Paul. Fuſc. ſingul. 148. liter. C. Intellige tamen cognationem ſpiritualem, non oriri ex illicito coitu, nam fœmina à patre ſpirituali fornicariè cognita, non contrahit cognationem ſpiritualem, & nullum ſubeſt impedimentum inter eam & patrem ſpiritualem: vt optimè tradit Petr. Mozius ſupra num. 22. Couarru. in 4. 2. par. cap. 6. §. 4. num. 3. Viuald. in candel. eccleſ. titul. de cognatione ſpirituali num. 161.

5 *I B I, item inter eos.* Plura de cognatione legali quę ex adoptione prouenit & qualiter contrahatur, & vtrum impediat matrimonium eſt videndus Epiſcop. de Elna in director. curator. in dicto §. 2. verſic. la cognacion legal. latiſsimè Domin. Sot. in 4. diſtinct. 42. quæſt. 2. per totam. Anto. Bernad in ſum. cap. 23. ex num. 81 Nauar. in manua. latin. cap. 22. ex num. 44. latiſsimè Alphon. de Veracruz in ſpecul. coniug. 1. par. artic. 59. & artic. 60. Couar. in 4. 2. par. cap. 6. §. 5. per totum. Guilierm. Epiſcopus Pariſien. de ſacramen. matrim. cap. 33. Victor. de matrimon. num. 301. Petr. Mozius de contract. titul. de matrimon. §. incipient. pro declaratione huius, ex num. 23. fol. 196. Viuald. in candelabr. eccleſ. titul. de cognat. legal. ex num. 175.

AD TEX. IN CAP. Prophetauit Saul 1. q. 1.

COLLECTAN. 39.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Saûl fuit Rex malus, & prophetauit.*
2 *Samuel quo pacto fuit ſuſcitatus per Phitoniſſam, vt cum Saûle loqueretur.*
3 *Sacerdos malus & improbus, An conficiat Sacramentum Euchariſtiæ?*
4 *Ratio ob quam, ignobiles non ita facilè eligi debeãt ad officia & dignitates, quemadmodum nobiles.*

1 *I B I, prophetauit Saûl.* Idem dicitur in capit. multæ autem. 1. quæſt. 1. & 1. Regum cap. 10. vbi loquens de Saûle Rege ait, inſiluit ſuper eum ſpiritus Domini, & prophetauit in medio eorũ, & in 1. Regum cap. 19. dicitur de eodem, factus eſt ſuper eum ſpiritus Domini, & prophetauit cum cæteris coram Samuel. Et quòd fuerit Saûl Rex malus, ſatis apparet ex dicto 1. Regum cap. 22. Vbi habetur, quòd occidit ſeptuaginta & quinque Sacerdotes, ſine cauſa & vniuerſam ciuitatem: & 1. Regum capit. 17 Reprehenditur à Samuele, quòd Sacerdotis officio functus eſſet, & in capit. 31. conſtat arripuiſſe Saûlem gladium ſuum, & irruiſſe ſuper eum, & ſic mortuum fuiſſe: & quidem contra omnem legem diuinam & humanã peccat, qui ſe ipſum morte afficit: quia vt dixit Plato in Apologia Socratis: Homo in corpore poſitus eſt, veluti in quadam cuſtodia vnde aufugere non licet, & quemadmodũ leges vetãt, eũ, qui in vinculis detinetur, rumpere carceris vincula, ita vetat Deus ſine eius iuſſu atque imperio, hinc commigrare: & plura habes ad hoc in cap. non eſt noſtrum. 23. quæſt. 5. num. 4.

2 HVIC autem Regi Saûli apparuit Samuel, ſuſcitatus per Phitoniſſam, & interrogatus reſponſum ei præbuit, vt, 1. Regum capit. 28. narrat hiſtoria: & ibi ſcribentes anxiè torquentur, An anima Samuelis tunc apparuerit, vt cũ Saûle loqueretur? An verò fuerit quoddã phantaſma, & illuſio imaginaria diaboli machinationibus facta? pro cuius dubij ſolutione, vide omnino textum in capit. illud. 26. quæſt. 2. & latiſsimè textũ in capit. nec mirùm. 26. quæſt. 5. D. Auguſtin. lib. 2. de Doctr. Chriſt. capit. 23. & lib. 2. de mirabilibus ſacræ Scripturę cap. 11. Dionyſ. Carthuſ. ſup. 1. Reg. capit. 28. articul. 47. D. Iſidor. lib. 8. Etymolog. cap. 9. S. Thom. 1. par. quæſt. 98. art. 8. ad 2. & 2. 2. quæſt. 174. artic. 5. ad 4. Gaſpar. Catalium lib. 4. axiomatum diſputat. 1. cap. 3. Pegn. direct. Inquiſit. 2. par. comment. 68. litera H. Alphon. Caſtro de iuſta hæret. pun. lib. 1. cap. 14. ex colum. 1131. Alphon. Mendoça, in quodlib. theolog. quæſt. 5. ſcholaſt. §. 8. Mich. Bettendorpium de apparit. Spirit. capit. 11. ex concl. 202. Petr. Canilium de Maria Virgine lib. 5. cap. 21.

3 *I N gloſ. prophetauit.* Hic probatur exemplo Saûlis quod Sacerdos malus & improbus conficit Sacramentum Euchariſtię, pro vt & bonus. Pro cuius intellectu recurrendum eſt ad Rebuf. in rep. cap. extirpandæ. §. qui verò, de præben. verſic. quarta eſt concluſio, pag. 365. Soto in 4. diſt. 13. queſt. 1. art. 5. Petr. Sanchez 1. par. hiſt. mor. tit. de la vida de Ariſtot. §. 8 fol. 14. col. 4. circa med. Abbas in cap. veſtra num. 2. de cohabit. cler. & mulier. optimus text. in cap. multi. §. ſiuè ergo. 1. quæſt. 1. Alphon. Caſtr. lib. 13. aduerſ. hæreſ. verbo ſacerdotium, in verſic. tertia hæreſis col. 923. & lib. 12. verb. poteſtas in fin. col. 847. Anton. Bernad in ſum. capit. 27. num. 22. verſic. y porque pueſto. Nauar man. latin. capit. 25 num 79. Sylueſt. verb. Miſſa, el. 1. num. 1. & ibidem Armil. num. 34 & Concil. Trident. Seſ. 7. de ſacram. in genere can. 12. Ait, ſi quis dixerit miniſtrum in peccato mortali exiſtentẽ, modo omnia eſſentialia, quæ ad Sacramentum conficiendum aut conferendum pertinent, ſeruauerit, non conficere aut conferre Sacramentum, anathema ſit. Facit etiam illud quòd canit Eccleſia, in feſto Corporis Chriſti, ſumunt boni, ſumunt mali, ſorte tamen in æquali vitæ vel interitus: & illud D. Pauli 1. ad Corinth. capit. 11. Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, &c.

4 *I N gloſ. non nouit.* Refert dictum huius gloſſæ Felin. in capit. quoniam Abbas, num. 4. in fin. de offic. de leg. eſt tamẽ degeneris animi facere, quod hic dicitur iuxta illud, degeneres animo, cũ qui prouehũtur in altum, hos nouiſſe negant, quos habuere pares: nam fortuna & dignitas non mutant ſtatum & conditionem ex §. quibus inſtit. de capit. dimin. & ibi Faber. num. 1. & Ioan

Matienz. dial. relat.3.par.cap.59.n.7.optimam assignat rationem: & hinc quidē plebei & ignobiles, vt dicunt Doctores; non ita facile eligi debent ad dignitates & officia, quemadmodum nobiles generis, vt pulchrè tradit Matienz. dial. relat.3.par. cap.2. & in lib.5 recol.titul.10.l.15. glos.6.num.3. Othalora de nobilit.5.par. princip.cap. vlt. num.8.fol.338. Alphon.de Heredia in lib. dechado de Iuezes, ex fol.23. Ioan. Segur. Dabal.in director.iud.eccles.for.1.par.cap. 2.ex num.1.Alphon.Azeued.ad cur. pisan. lib.1. cap.12. num. 21. Mexia in nobiliario, capit.100. Ioan. Leciriel. de iure primog. lib.2.quæst.4 art.2.col.5. Tiraquel.de nobilit.cap.20.ex principio: regulariter namq; quando ignobiles dominantur, semper conātur nobiliores opprimere, vt vterque status æqualis fiat, & nimis arrogantes & superbi sunt, vt ait Matienz. dict.cap.2. Ioan. Segur. & alij supra & verè ipsos ignobiles scientia inflat, ex Felin.cap.super eo.el.2 de testib.num.5. & in ipsis, ferè semper verificatur dictum istius glossæ.

AD TEX. IN CAP. Tempora 26.q.7.

COLLECTAN. 40.

SVMMARIVM.

1. *An Episcopus posit ex causa minuere, aut mutare, pœnitentiam alicui iniunctam, à Romano Pontif. & An parochus similiter, ex causa posit minuere pœnitentiam iniunctam ab Episcopo?*
2. *An pœnitens teneatur acceptare pœnitentiam iustam, sibi iniunctam in confessione?*
3. *An pœnitentia, iniuncta à confessore, si adimpleatur in peccato mortali, sit satisfactoria?*
4. *An qui non adimpleuit pœnitentiam præcedentis confessionis, teneatur reiterare confessionem?*

1 NOTABILIS est iste textus cum sua glosla pro quæstione illa: Numquid Episcopus posit ex causa immutare pœnitentiā iniunctā alicui à Papa? pro qua videbis Roman.singul.460. vbi Gabr.Sar. & in addition. ad eundem.Roman. singul.492 .num. 7.Hypol.singul.182.num.3. Ias. in.l. omnes populi in 1.lect.num.33.& in.2.numer.13.ff. de iust.& iur.Nauar.man.lat.capit.26.num. 22. vbi etiam differit, quòd ex causa parochus potest mutare pœnitentiam impositā ab Episcopo, pro quibus omnibus videbis etiam Tiraquel.in præfat.de pœn.temp.ex num.26. Loazes pro oppido de Mula. pag. 329.num.44.Dec.in cap. at si clerici. §. de adulteriis num.30.& Felin.num.21.in fin.de iudic. Anton.Bernad.in sum.capit.28.num. 24.Cardin.in clem.2.§.ad hæc numer.22.de pœnit. & remis.Mencha.contr.illust.lib.1. cap.25.num.25.Menoch.de arbitr. cas. 391. num.7.& in consil.90.vol.1.num.34.Felin. capit. accusasti n.5.in fin. de accus. Salzed. ad Diaz regul.371.versic.sexto amplia.Me
2 din.C.de confessione fol.100.ex col.3.Vbi ait, decisionem dictæ quæstionis pendere ab illa, An pœnitens teneatur de necessitate acceptare pœnitentiam iustam à confessore iniunctam? pro qua etiam recurrito ad Nauar.dict.cap.26. num. 20. versic.15. quòd ex his, & in cap.contrarium, ex num.17. de pœniten.dist.5.Paludan.in 4.dist.20.quæst. 2. Armil.in sum.verb.confessio sacramentalis num.29. & in verb.pœnitentia num.1. optimè Victor.in sum.titul.de satisfact.numer.209.Vibald.in candel.eccles.titul. de satisfact.num.6.in fin.& latè ex num.23. latissimè Soto in 4.dist.20.quæst.2.art.2.Tabien.in sum.verb.confessio.el.2.numer.19. Barthol. Humada in.l.25.tit.4. part.1. glos. 14.fol.38.latissimè Medin. C. de confes. ex fol. 99.Antonius Bernad, in sum. cap. 22. numer.39.

3 CIRCA illud tamen dubium, quòd mouit Sylvest. in sum.verb. satisfactio.nu. 7. An pœnitentia imposita à confessore, si impleatur in peccato mortali sit satisfactoria? videbis Nauar. man.lat.cap.3. n. 5. Domin.Sot. in 4.dist.19.q.1.art.5. Viuald. supra tit.de satisfactione num.13. Medin. 2.p. instr. de confes.cap.7.versic. tambien ha de entender.fol.195. Anton. Bernad dict. c. 3. num.4.

num.4. Victor. in sum.tit. de satisfactione num.201.Caietan. in sum. verb. satisfactio. §.caueat autē, latissimè & pulchrè Medin. C. de confessione, tit.de pœnitentia iniuncta, extra gratiam adimpleta, ex fol.101. Armil. in sum. in verb. satisfactio num.5.

4 AN verò qui non adimpleuit pœnitentiam præcedentis confessionis teneatur cōfessionem illam reiterare, vide Viuald. supra titul.de confessione numer.76. Anton. Bernad, in sum.capit.9. num. 16. Medin. 2. par.instr.de confes.capit.7. versic. pero aduierta.fol.195. Armil.in verb.cōfessio sacramentalis numer. 10. & in verb. pœnitentia. num.3.& in verbo satisfactio.num.4 in fin. Tabiens. verbo confessio, el.2. num. 18. & in verbo satisfactio.num.9. Nauar.man.lat. cap.9.num.14.& optimè in cap. contrariū de pœniten.dist.5.ex num.19.

AD TEX. IN CAP. Donare res 86. dist.

COLLECTAN. 41.

SVMMARIVM.

1. *Histriones qui dicantur, & An peccent ipsi & qui eorum spectaculis & Comœdiis assistunt?*
2. *Laruarum vsus, An sit peccatum, & alia circa hanc materiam?*

1 DVO (quæ præsertim à viris timoratæ conscientiæ frequēter dubitari solent) hoc in loco se offerunt discutienda. Primum erit de histrionibus seu de comœdiis, aliud verò de laruarum vsu. Histriones qui dicantur? & An peccēt ipsi & qui eorū spectaculis vel comœdiis assistunt? & An rectè pecunia eis assignetur pro eisdem spectaculis? & tandem plura aduersus hos histriones, cumulāt Sebastian. Medic. in sum. peccat.2.par.tit.7.quæst.29. Petrus Sanchez in 8 par. histor. moral. titul. de la vida de Romulo y Remo. §.3. versic. y començando. fol. 260. Tiraquel. de nobilit. cap. 34. ex num. 6.& latè ex num.13. latissimè Petrus de Ribadeneyra lib.1. de la tribulacion. c.11. optimè Caietan. Angel. & Tabiens. in summ. verb. chorea, & in verb. histrio. Sylvest. in sum. verb. ars num.6. versic. septimo vtrum, & in verb. ludus nu.8. latissimè & pulchrè Ioan. Pineda 1. par. de la agricultura. christiana, dialog.15. ex §.25. vsque ad §.29. Polidor. Virgilius de inuent. rerum lib. 3. cap. 13. latè Petrus Gregorius in syntag. iuris. lib. 39. cap.5. ex principio, & in pag.819. multum pulchrè & doctissimè, eruditissimus magnaq; commendatione dignissimus Alphon. Mendoça in quodlib. theolog. in quæstion. 9. schol. ast. per totam, vbi etiam vide, An comœdiæ licitè gerantur per fœminas?

2 CIRCA aliud verò dubium nempè, An laruarum vsus sit peccatum? est consulendus Benedict. Canophilus in tract. de foro poli, & foro fori. 4. par. fol. 9. Sebast. Medices in sum. peccat. 2. par. tit. 7. quæst. 32. optimè Petrus Gregorius in syntag. iur. lib. 39. cap. 11. ex principio, ex pag. 839. Caietan. in sum. verbo, laruarum vsus, ex pag. 460. Ioan. de Anan. in cap. lator. num. 2. versic. & sic potest. de homicid. Nauar. in additionibus ad cap. 23. ex num. 21. Neuizan. in sylu. nupt. lib. 4. num. 70. vbi An huiusmodi laruæ possint impunè portare vestes mulierum, monachorum vel monialium, de quo est videndus Caietan. in sum. verb. habitus, & Mantua singul. 11. & tandem prosequitur latissimo sermone hanc laruarum materiam vir ille religione pietate, ac literis insignis Doctor Pereza in libello, quem de hac re conscripsit, qui vocatur contra las mascaras.

ET carnis priuij festa vnde originem habuerint, tradit Federic. Scotus respon. 25. in principio, lib. 3. tom. 2.

AD TEX. IN CAP. Isqui in infirmitate. 26. quæst. 6.

COLLECTAN. 42.

SVMMARIVM.

1. *Ostentionis tantum, signa contritionis, An posit sacramentaliter absolui, aut sa-*

cratiss-

cratissimum Eucharistiæ sacramentũ, vel extremæ vnctionis recipere?

2 *Absolutio ab excommunicatione, An sit impetranda pro eo qui excommunicatus obiit?*

3 *Laicus an possit absoluere à peccatis vel censuris, constitutum in mortis articulo?*

1 HIC est elegans textus, pro quæstione illa difficili, vtrum qui in articulo mortis constitutus, tantum exprimit signa contritionis percutiendo pectus, vel eleuando oculos manusq; ad cœlum: non tamen mani festare potest peccatum vllum, in particulari vel generali, ore vel signo aliquo, possit sacramentaliter absolui: & pro decisione istius quæstionis, vltra textum in capit. multiplex misericordia, in fin. de pœniten. distin. 1. est consulendus Nauar. in manual. lat. capit. 26. numer. 28. Antonius Bernad. in sum. capit. 29. numer. 2. Alcocer in sum. capit. 11. Syluestr. in sum. verbo confessor. el 3. numer. 16. versic. & si ista. Viuald. in candel. eccles. titul. de absolutione, ex numer. 70. & in numer. 73. versic. si autem, resoluit quod si infirmus amisit loquellam, non verò iudicium & ostenderit signa contritionis, poterit ei sanctissimum Eucharistiæ sacramentum concedi, & extrema vnctio, & similiter absolutio à censuris: quod fieri debet eo pacto, de quo per Syluest. supra, & in verbo absolutio, el. 1. num. 8. Anton. Bernad. in dicto capit. 29. numer. 2. Victor. in sum. titul. de sacrament. Eucharist. numer. 84. Nauar. in dicto cap. 26. num. 27. vers. decimonono. Soto in 4. dist. 12. quæst. 1. articul. 9. Pro quibus & pro resolutione multorum dubiorum, quæ circa sumptionẽ Eucharistiæ, declarantur à Doctoribus consideranda sunt formalia verba, quæ tradunt Caiet. in sum. verb. communionis minister in fin. & Armil. in verbo communio num. 10. quæ sic se habent. Aduerte tamen, quòd quandocunque, & vbicunque, & quibuscunq; potest dari sacramẽtum pœnitentiæ potest etiã dari, si in articulo mortis sit, viaticum, quia pro eodem computati decernit ius, in capit. quod in te. de pœnitent. & remission. quod planè intellige, cessante scandalo. Quando tamen infirmus amisit vsum rationis, nec præbet vllum contritionis signum, non est à peccatis absoluendus, vt resoluit Viuald. in dicto titul. de absolutione, num. 72. Nauar. man. lat. capit. 26. num. 28. & in cap. 27. numer. 269. verlic. secundo quod firmiter est tenendum.

2 OBSERVANDVM tamen est necessario impetrandam esse absolutionem ab excommunicatione, pro eo qui mortem obierit excommunicatione ligatus, etiam cum pœnitentiæ & contritionis signis, nam licet is apud Deum absolutus esse credatur, apud ecclesiam verò adhuc ligatus cẽsetur: atque ideò ab eo debet impetrari absolutio, qui eum viuum absoluere iure potuisset, vt probat textus in cap. à nobis, el. 2. de sentẽn. excommunicat. Couar. in cap. alma mater. 1. par. §. 11. num. 8. Nauar. in man. lat. cap. 26. num. 32. Felician. de censuris titul. de excommunic. cap. 44. Anton. Bernad. in dict. cap. 29. num. 8. Sylvest. in sum. verb. absolutio, el. 1, num. 8. versic. & si non fuerit.

3 NVMQVID autem à laico possit quis absolui in eo mortis articulo, à peccatis & censuris? & ad quid prosit talis absolutio, vel confessio laico facta? vltra glos. verbo non potuerit in dicto cap. à nobis, vbi DD. & glos. verb. præterquam, in cap. pastoralis §. præterea, vbi etiam Felin. num. 13. versic. licitum est, de offic. ordin. est consulendus Couar. in cap. alma mater. 1. par. §. 11. num. 9. optime Viuald. in candel. eccles. tit. de absolutione num. 74. & in titul. de confessione, ex numer. 30. Sot. in 4. dist. 18. quæst. 4. articul. 4. versic. vtrum verò ab huiusmodi, Sylvest. in dicto verb. absolutio, el. 1. num. 8. versic. immò verò in dicto casu. Angel. in verbo confessio, el. 3. numer. 1. optime Felician. de censur. titul. de excommunicatione capit. 42. Barthol. Humada in l. 29. titul. 4. part. 1. glos. 1. fol. 38. optimè Nauar. in capit. 1. in principio de pœnitent. dist. 6. ex num. 81. Victor. in sum. titul. de confes. num. 143.

AD TEXT. IN CAP. Beatus 22. q. 2.

COLLECTAN. 43.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *An beatus Paulus, venerit ad Hispaniam?*
2 *An Sanctus Iacobus Apostolus venerit in Hispaniam?*
3 *De miraculosa fundatione Ecclesiæ Beatæ Mariæ de Pilari, & quòd ab eo tempore, vsque in hodiernum diem, nunquam in ea defuerint fideles: quos etiã Childebertus & Clotharius, Cæsaraugustam obsidentes inuenerunt.*
4 *Post sanctum Iacobum, primùm eius discipuli, Euangelium prædicarunt in Hispania.*
5 *Plateæ Cæsaraugustæ, Sanctorum Martyrum sanguine sunt consecratæ.*
6 *De laudibus Cæsaraugustæ, multa congeruntur Auctorum testimonia, & veterum, & recentiorum.*
7 *Beata Engratia, & alij innumerabiles Martyres Cæsaraugustæ, passi sunt.*
8 *De origine, & miraculosa fundatione Ecclesiæ de Pilari, multa congeruntur, Auctorum testimonia, & veterum, & recentiorum.*
9 *Primum exemplar Moralium sancti Gregorij, Roma in Hispaniam delatum, asseruatur in Ecclesia de Pilari.*
10 *Mendacium, An semper sit peccatum mortale, & quid quando in eo intervenit iuramentum?*
11 *An liceat veritatem celare in iudicio, aut mentiri, ob euitandam mortem?*
12 *An mendacium sit sufficiens indicium ad torturam?*

1 IB I, *implere non potuit quod promisit*. De veritate istius dubij, An beatus Paulus Apostolus, venerit ad Hispanos, est consulendus Vaseus chronic. Hispan. tom. 1. fol. 17. anno Christi. 67. Tarapha de Regibus Hispan. anno 43. Anton. Beuter. 1. par. histor. capit. 13. Illescas. 1. par. histor. pontific. fol. 22. col. 3. Philip. Bergo. supl. histor. in vita Claudij lib. 8. fol. 126. Villuard. in Martyrolog. die 12. Decembris, Ambros. Morales lib. 9. chronic. Hispan. cap. 11. Hieron. Roman. en las republic. del mundo, in titul. de la republica christiana lib. 1. cap. 3. fol. 79. la tè Ludou. Ponz de Icart, in lib. de las grandezas de Tarragona capit. 37. latissimè Martinus Martini lib. 1. hipotyposi. capit. 13. ex col. 65. latissimè Ioan. Pineda in 2. par. de la monarch. eccles. lib. 1. cap. 33. §. 2. fol. 76. Nauar. in capit. nouit. de iudic. notab. 2. num. 3. Ferdinand. del Castillo. 1. par. de la histor. de santo Domingo lib. 1. capit. 1. versic. pues tambien estuuo en ella, Petrus Galesin. in notationib. ad martyrolog. 12. calen. Februarij fol. 43. Vbi etiam disserit, An beati Apostoli Petrus & Iacobus venerint ad Hispanos, pro quo etiam est consulendus Hieron. Roman. in dicto capit. 3. Ioan. Pineda in dicto lib. 10. capit. 28. §. 4. in fine fol. 68.

2 NOS verò Canonici huius Sanctæ Ecclesiæ Beatissimæ Virginis Mariæ de Pilari, irrefragabile testimonium habemus, de aduentu beati Iacobi ad Hispanos, nam vltra ea quę referunt in huius rei confirmationem Gaubert. in 3. prolog. chron. Aragon. Hartmanus Schedel in lib. histor. ætatum mundi, in vita Apostoli Iacobi fol. 104. Martin. Garsia Episcop. Barchinonen. serm. 91. in die Sanctarum Iustæ & Rufinæ, fol. 297. col. 2. & in serm. 4. de Assumptione Beatæ Mariæ, qui est sermo. 102. fol. 330. col. 4. Anton. Beuter. 1. par. histor. cap. 23. Breuiar. Romanum ex decreto Sancti Concil. Trident. restitutum, & Pij V. iussu editum, in festo Sancti Iacobi, Sanctus Vincent. in serm. de Sancto Iacobo, Ekius tom. 3. homil. in Euãgel. in festo Sancti Iacobi, Vaseus in dicto fol. 17. Ioan. Garsia de Oliuan Episcop. Vrgellen. in histor. Aragon. manuscripta, in capit. 14. Ioan. de Turrecrem. Cardinalis sup. capit. 20. Matth. Ferdinand. del Castillo, in dicto capit. 1. col. 2. Magist. Iscla in lib. de la Orden y caualleria del señor Santiago. cap. 3. fol. 71. latissimè Ambros. de Morales in dicto lib. 9. capit. 7. Gulielm. Durand. in rationali diuinor. officior. lib. 7. capit. 17. Rodericus Sanctius Episcop. Palentin. in histor. Hispan. 1. par. capit. 4. Ioan. Nauclerus in chronograph. vol. 2. anno Domini 44. fol. 431. Hieron. Roman. in dicto lib. 1. capit. 3.

ex

ex principio, Ioan. Pineda in dict. 2. par. lib. 10. capit. 25. §. 3. in fin. & in §. 4. Ioan. Beletus in ration. diuin. offic. cap. 140. Villegas in flore sanctor. 1. par. in festo sancti Iacobi.

3 Scimus euidenter, quòd ob ipsius beatissimi Iacobi aduentum, hæc Cæsaraugustana ciuitas toto terrarum orbe, inter omnes totius mundi vrbes, fœliciſsima à catholicis prædicatur: eo quòd ibidē Sanctiſsima Virgo Dei genitrix Maria, adhuc viuens in humanis, ſuper Columna Iaſpidis ſancto Iacobo Apoſtolo Dei verbum, ac Ieſu Chriſti redemptoris noſtri fidem Cæsaraugustanis prædicanti, apparuerit: Eundemque ſuauiſſimis verbis rore cœli diuinaq; conſolatione plenis, meſtum conſolata fuerit: Et quòd hîc fuerit primum in Hiſpania fidei catholicæ ſeminarium, ac ſanctuarium, Diui Apoſtoli & eius diſcipulorū manibus, iuſſu Beatiſsimę Dei genitricis Mariæ, ac in eiuſdem honorem conſtructum, ſuper illam firmam columnam, contra quàm portæ inferi nunquam præualuerunt. Ab eo namque tempore (ob Sacratiſsimæ Virginis merita) continuo in hac Ciuitate, & Eccleſia eius glorioſiſsimo nomini à Diuo Iacobo dicata, vſque in hodiernum diem, vera Domini noſtri Ieſu Chriſti, fides & doctrina permanſit: vt optimè proſequitur Doctiſsimus Petrus Naya, Prior huius almæ Eccleſiæ (qui ad Concil. Tridentin. ob ſummam eius eruditionem à Philippo Rege Catholico miſſus, ibi ſuum diem obiit) in lib. manuſcripto pro Eccleſia de Pilari, cap. 3. Gaubert. in 3. prolog. chronicæ Aragon. & habetur in hiſtoria fundationis templi Beatiſsimę Virginis Mariæ del Portillo, Ciuitatis Cæsaraugustæ. Et tradunt etiam multi ex Doctoribus infra citatis in miraculoſa fundatione præfatę baſilicę de Pilari num. 8. & Pineda in dicta 2. par. lib. 2. cap. 25. §. 4. fol. 61. verſic. y nunca faltaron, pulchrè Hieron. Blancas in Aragonen. rerum comment. ex pag. 3. Et ſic referunt Gregor. Turonenſ. in hiſtor. Francor. lib. 3. num. 29. & Ioan. Vaſeus in chronic. Hiſpan. anno Domini 542. pag. 550. de duobus illis filiis regis Franciæ Childeberto, inquam & Clothario, qui circa annos Chriſti 525. vt refert Hieron. Blancas vbi ſupra, tępore quo tota Hiſpania Arrianorū hęreticorū ſecta opprimebatur, obſederunt, hanc Cęſaraugustanam ciuitatē, ac ibi inuenerūt catholicos, qui ieiuniis, lachrymis, & orationibus, cū tunicella beati Vincentij, miſericordiam Dei exorabant conti-

4 nuis proceſsionibus & ſacrificiis. Ex hac inquam beatę Marię eccleſia & ſanctitatis ſchola, beatiſsimo Iocobo Chriſti Apoſtolo magiſtro, illa noua candentia ſydera prodierunt, quæ ſua doctrina, vel potius diuino ſplendore, non ſolum hanc ciuitatem ſed etiam totam Hiſpaniam illuſtrarunt, infidelitatiſq; tenebras procul ab ea profligarunt: vt colligitur ex martyrologijs Viſuardi & Bedæ in menſe Maij, & tradunt Franciſc. Maurolicus Abbas Meſſanen. in martyrolog. fol. 35. Sanct. Vincent. in ſerm. de ſancto Iacobo. Tarapha de regib. Hiſpan. anno. 57. Ferdinand. del Caſtillo in dict. cap. 1. Ambroſ. Morales in dicto cap. 7. Ioan. Pineda in dicto fol. 61. Petr. de Natalibus Epiſcop. Equilin. in catal. ſanctorum fol. 64. Quorū nomina ſunt, Torquatus, Indalecius, Heſychius, Cteſiphon, Secundus, Cecilius, & Euphraſius, Theodorus & Athanaſius: atq; inter alia multa hic vnus eſt locus, quo pium Dei matris, & ſanctarum imaginum vſum, ſanctamq; adorationem earundem, contra impiiſsimos hæreticos à tempore Apoſtolorum, in eccleſia Dei deriuatum, comprobare poſſumus. Et addi potest ad congeſta per Martin. de Ayala, de traditionibus eccleſ. 3. par. in cap. de antiquitate imaginum fol. 154. & per Simon. de Maiol. in tract. de ſacris imaginibus: vt pulchrè aduertit Hierony. Roman lib. 4. de la republica chriſtia-

5 cap. 7. fol. 201. col. 3. Prætereo tot ſanctorum Epiſcoporum nomina, ſignis ac miraculis clariſsima, admirabilēq; fortiſsimorū martyrum conſtantiā, qui alacri animo pro Chriſti fide, & confeſsione, non ſolum ſanguinē, ſed ipſam (qua nihil carius poteſt eſſe) vitam libenter effuderunt: quorum ſacratiſsimo ſanguine, vicos ferè omnes, cunctaſq; vias ac Cæsaraugustæ plateas conſecratas legimus. Cæterum malo hęc, hoc in loco ſilētio prætерire, quàm tot ac tanta laudum monimēta indignè commemorare. Ne inſignes tantæ glorię laudes ſapientiſsimorum virorū ſcriptis, ac literis celebratę, rudi ac inculta mea oratione potius obſcurari, quàm illuſtrari videantur; & ne quamplurima quæ in commendationem inſignis & antiquiſsimæ eccleſiæ beatiſsimæ virginis Ma-

riæ de Pilari, ac celebratiſsimæ vrbis Cæsaraugustanæ, à me verè referri poſſent (eo quòd particulari religionis voto eiuſdē Dei genitricis miniſterio adſtrictus ſim, ibi demque ſub inſtituto regularium Canonicorum Sancti patris Auguſtini militem, ac patrem eiuſdem Ciuitatis ciuem habuerim) aliqua ex parte à detractorum morſibus & latratibus comprimantur, & nè cum & multa & maxima in earum laudem, & commendationem à me dicta eſſe exiſtimem, plura tamen & maiora à me prætерita eſſe videantur.

6 CONGERVNT tamen multa, de excellentia & laude Ciuitatis Cæsaraugustæ, & meritò quidem (cum ſit vrbs præclariſsima, decus & ſplendor totius Hiſpaniæ & caput inuictiſsimi Regni Aragonum) Luc. Marin. Siculus de reb. Hiſpan. lib. 3. in capit. de prouincia Tarraconenſi, pagin. 765. Vaſſeus Hiſpan. chron. capit. 20. pag. 492. verſ. Cæsaraugustanus. Diſertiſsimus legum Doctor inſigni præditus eruditione, ac mihi omnibus amicitiæ legibus coniunctiſsimus Auguſtin. Morlanes in reſponſo pro Villa de Caſtellon, numer. 78. Pompon. Mela de ſitu orbis lib. 2. capit. 6. pagin. 72 in fine, Martin. Garſia in ſermon. 91. fol. 297. & ſerm. 102. verſic. & ſic nulla eſt Ciuitas pag. 330. pulchrè Illuſtriſsimus Dominus Antonius Auguſtin. in Epiſtola quę habetur in fine Commentariorum Hieronymi de Blancas, ex pag. 1. verſic. quod verò de laudibus, idem Hieronym. de Blanc. in quamplurimis locis quos iunctim allegat, & refert in indice ſuorum comment. verbo Cæsaraugusta: Et meus colendiſsimus conſanguineus, cauſarumque Criminalium in Regno Aragonum meritiſsimus Auditor, ac Iudex integerrimus D. Ioan. Gaſpar Hortigas in patrocin. pro Cæsaraugustano gymnaſ. 2. par. numer. 122. & in 3. par. numer. 100. vbi refert ſanctum Iſidor. lib. 15. Ethymolog. capit. 1. colum. 6. his verbis, in hac re vſum fuiſſe: Cæsaraugusta Tarraconēſis Hiſpaniæ oppidum, à Cæsare Auguſto & ſitum, & nominatum, loci amœnitate & delitiis præſtantius Ciuitatibus Hiſpaniæ cunctis, atque illuſtrius florens Sanctorum Martyrum ſepulturis. Qui ſanè Martyrij in-

7 numerabiles ſunt, quorum Martyrij & Diuæ Engratiæ meminit, Martin. Garſia in ſerm. 150. incip. Hæc eſt victoria, quæ vincit mundum, qui omnes Martyres, vt recentior tenet opinio ſcriptorum, circa annos Domini. 309. pro Ieſu Chriſti gloria, & amore, in hac fœliciſsima Ciuitate paſsi ſunt varia tormenta, ſub præſide Daciano, vt etiam refert Ferdinan. del Caſtillo in dicta 1. par. lib. 1. capit. 1. Petrus Naya, in dicto lib. pro Eccleſia de Pilari, capit. 4. in principio, & eſt etiam videndus Luc. Marin. Siculus de reb. Hiſpan. lib. 5. in capit. de magna Cæsaraugustanorū Martyrum multitudine, pagin. 796. & catalogus Imperat. qui dominatum & Imperium Hiſpaniæ tenuerunt, in verſic. horum temporibus, qui catalogus continetur in tom. poſter. rerum Hiſpanicarum ſcriptorum, pag. 1253. Ioan. Vaſſeus. Hiſpan. chron. anno Domini 306. pag. 520.

8 ET tandem de origine, antiquitate, & miraculoſa fundatione, præfatæ Eccleſiæ Sanctiſsimæ Virginis Mariæ de Pilari, multa dixerunt Martin. Garſia in ſerm. 90. in fine verſic. ſed prima Eccleſia, fol. 296. & in ſerm. 91. verſic. hæc autem eccleſia, fol. 297. & in ſerm. 144. verſic. tertio ad hoc, fol. 449. & in ſerm. 150. verſic. etiam apparuit fol. 464. Gaubert. in dicto 3. prolog. chron. Aragon. Petrus Naya ſupra in cap. 1. Anton. Beuter in dicta 1. par. cap. 23. Ioan. Vaſſeus chron. Hiſpan. ſub anno Domini 37. pag. 506. Genealog. & catalog. Regum Hiſpan. pag. 1253. verſ. benedictiſsima Virgo, Luc. Marin. Siculus de rebus Hiſpan. lib. 5. capit. de ſacris ædibus & locis in Hiſpania religioſis, verſic. Cæsaraugusta fœliciſsima Ciuitas, pag. mihi. 805. Ambroſ. Morales in dicto lib. 9. capit. 7. verſic. la memoria aſsi miſmo fol. 228. Gariuay lib. 7. hiſtor. capit. 2. Hieronym. Roman. en las republ. del mundo, titul. de la republica Chriſtiana lib. 1. capit. 3. fol. 77. Villegas in flore Sanct. 1. par. in vita ſancti Iacobi maioris, & in 2. par. capit. 23. fol. 79. Alphonſ. Mendoça in quæſtion. quodlib. quæſt. 5. ſcholaſtica §. 13. pag. 429. Hieronym. de Blancas, in commentar. Aragonen. rerum pag. 139. Dominus Doctor Ioan. Hortigas in dict. 3. par. numer. 100. Ioan. Pineda in Monarch. eccleſiaſt. 2. par. lib. 10. capit. 25. §. 4. fol. 61. Michael Andr. Bettendorpius de apparit. ſpirituum capit. 11. §. 207. Petrus Caniſius

de

de sacrosancta Virgine Maria, lib.5.capit. 21.pag.557.& capit.23. pag.569. Insignis Aduocatus ac dominus meus obseruandissimus magnaq; commendatione dignissimus Doctor Didacus Morlanes,in suis eruditissimis iuris Allegationibus, in causa Vicere gis extranei,in principio, ex numer. 10. & extant reconditæ in Archiuio huius sanctæ Ecclesiæ Beatæ Mariæ de Pilari, quamplu rimæ Bullæ originales Summorum Pontifi cum, ac Priuilegia Catholicorum Regum, vbi latissimè & pulchrè continetur historia dictæ miraculosę fundationis nostræ Eccle siæ de Pilari, & maximè illa in libris Moralium sancti Gregorij, qui in Bibliotheca dictæ Ecclesiæ asseruantur,ad finem eorum
9 antiquis literis manuscripta habetur: Est autem hoc exemplar Moralium miræ quidem magnitudinis, in duo volumina distinctum, & valdè vetustum, atq; vt refertur à Petro Naya,supra in capit.2. Martin. Garsia in serm.91.fol.297.& ab Anton. Beuter lib.1.capit.27. illud ipsum quòd ab Episcopo Tajo, circa annos Domini.647. ex decreto Concil. Toletan.vij. Roma in Hispaniam allatum fuit, ibiq; miraculosè repertum,vt in principio dictorum Moralium cir cumfertur. Et de his omnibus, qui plenissimam cognitionem habere voluerit, perlegat Indicē quem eruditissimus Sacrę Theo logiæ Doctor,ac dominus meus colendissimus Bartholomæus Laurentius, Canonicus & Prior huius almæ Ecclesiæ de Pilari (cu ius ingenium mihi semper visum est,rerum difficultate excitari,non retardari) nouissimè elaborauit auctorum omnium,qui de aduentu Diui Iacobi in Hispaniam,eius prædicatione, discipulis, fundationeq; Ecclesiæ Beatæ Mariæ de Pilari, aliquid literis commendarunt; quorum testimonia elegan ter admodum contexuit, & iuxta temporū seriem diligentissimè dispositi. Quæ cum ita sint nemo, vt opinor, eorum qui ab hæroicis,& priscis illis ad hæc vsque nostra du ctam temporibus, antiquitatis memoriam 12
euoluerint, dubitare poterit Diuum Iacobum in Hispaniam peruenisse,hocq; Sacratissimum Virginis Mariæ de Pilari,domicilium erexisse.

10 *IBI, ille ergo.* Pro hac quæstione, An & quando mendacium sit peccatum mortale, & quid quando in eo interuenit iuramentum?& deniq; circa materiā istius versi culi, est videndus Nauar.in man.lat.cap.12. ex num.5.& in capit.18. ex num.2. Medin. 1.par. instruc. de confes. capit.14. §.4.fol. 59.versic.todo aquel que jura,&in §.35.fol. 131.versic.la quinta. Anton.Bernad,in sum. capit.18.num.5.Sebast.Medic. in sum. pec cat.1.par.titul.6.quæst.26.& quæst.29. Ludou.Messia in pragmat.taxæ pan. conclus. 3.numer. 13. Cardinal. in Clement. ad nostram, de hæretic. versic. septimo, in numer. 2. Couarruuias lib. 1. variar. capit. 1. num.2.

11 ELEGANS tamen dubium est, in hac materia, An veritatem in iudicio celare propter salutem, aut mentiri,ob euitandam mortem liceat reo interrogato a Iudice etiā cum iuramento? pro quo erit consulendus Paul.Granucius in theoremat. 3. commun. conclus.num.4.Petrus Marti in capit.affer te de præsumption.in verb.afferte.2.par.ex numer.19.Cauallin. in ægidian. constit.lib. 4.capit.1.in glos.G.num.11.AEgid.Bosius in praxi crimin. tit. de periuriis, ex num.3. Abb.in capit.1.ex num.2. de testib. cogen. vbi additio in liter. C.Beroi. in quæst.134. ex num.3.Pedraz.in sum.in 2.præcept. decalog.versic.cometiose,fol.20.Domin.Sot. lib.5.de iust.& iur.quæst.6.artic.1. latè Petrus à Nauarra tom.1.de restit. lib.2. cap. 4. ex num 136.Nauar.in man.lat.capit.18.numer.57.& in capit.25.num.35. pulchrè Salzed. in additionib. ad Bern. Diaz in prax. crimin.capit.126.in litera A. Anton. Cordou.tract.cas.de conscien.quęst.64. Anto. Gomez, tom.3.capit.12.num.5.optimè Ludou.Beja in responsion.cas.conscien.cas.32. latè Ioan. Segura Dabalos in director. iud. eccles.for.2.par.capit.14. ex num.29. Couar.lib.1.variar.capit.2.num.2.Barthol.Humada in l.22.titul.21.par.2. glos.3.ex principio fol. 171. Petrus Sanchez.1. par. histor. moral.titul.de la vida de Platon.§.9.versic. y lo que tambien.fol.41.

12 AN autem mendacium sit sufficiens indiciū ad torturam?tradunt Anton. Scap. de iure non script.lib.5.cap.100. Iul.Clar. lib. 5.§.fin.q.21.num.39.Burfat.consil.166. nu. 25. Iodoc. Damhouder in prax. criminal. cap.36.ex num.26. AEgid. Bosi. in prax. titul.de indiciis num.36.Simanc. de cathol. instit.cap.65.ex num.31.

AD

AD TEX. IN CAP. Si Papa 40.distin.

COLLECTAN. 44.

SVMMARIVM.

1 *An Summus Pontifex possit esse hæreticus, aut errare in definiendis rebus fidei?*
2 *An de iure diuino, Episcopus vel Papa factus hæreticus,sit priuatus dignitate aut iurisdictione?*
3 *An contra Summum Pontificem sufficiant duo testes?*

1 COMMVNITER per hūc textum quæri solet, An Summus Pontifex possit esse hereticus, aut errare in definiēdis rebus fidei?Et An,& quando Summus Ponti fex possit deponi,& iudicari à concilio?pro quibus videbis quæ latissimè congerunt Alban.de potestat. Papæ & concil.1. part. ex numer. 4. & ex numer. 107. & ex numer. 146.& in.2.par. ex numer.96. & ex num. 103.Dominic.Bañes 2.2.quæst.1.articul. 10. ex colum.127.versic.dubitatur secundo, latissimè Petrus de Aragon.2.2.quæst.1.articul.10.ex pag.90.versic.hoc supposito, Ioseph. Angl.flor.Theol. in quæstion.de excommun.pag.48.in fin.latè Anton.Cordo. in quæstion.Theolog.lib.4.quæst.1. propo sition.10.& latissimè in quæst.3. & in quæstion. 4. & plura & pulchrè in quæst. 5. & in quæstion.6. & latissimè in quæst.11. Iul. Clar.lib.5.§.fin. quæstion.35. ex numer. 3. Didacus Couar.lib.1.variar. capit.10. num. 12.Abb.in capit.significasti,ex numer.3. de elect.vbi additio marginalis,verb.concilia, Abb.in capit.cum venissent numer.7. de iudic. & in capit. proposuisti numer. 17. de concession. præbend. Alphonsus Hojeda in tractat. de clericis & eorum exemptio. 1. part.capit.14. numer.8.latissimè Hieronym. de la Rua, in controuers. Theolog. in controuer.3. scholast.ex pagin. 103. Iacob. Bennius de priuileg. Iurisconsult. 2. par. priuileg.39. numer.11. Beroi in capit. at si clerici,ex numer.9. de iudic.Rodulph.Cupers. in capit.oportebat. 79. distinct. in. §. Papa etiam,numer.8. Ioan.Driedon. de libertat.christian. lib.1.capit.14. Cardin.Iacobac. de concil.lib.6. ex capit. 1. Albert. Pighius lib.4.de ecclesiast.hierarch. capit. 8. Carrer.in tit.de hæreti.§.visso qui inquirere, ex numer. 4. fol. 267. Rosellus in sua monarchia tractat. 2. de forma eligendi Papam charta.9. Franciscus Viuius lib. 2. commun. opinion. 212. Sylvester in summa verb. fides numer.4. Michael. de Anisson,de vnitat.ouil.capit.23.numer.8. Abb. in tractat. de Concil. Basilien. numer.18. vbi additio in litera D. versic. concilia, & in numer. 20. Doctor Guerrero de concil. capit.3. post medium, & latè in capit.7. Diuus Antoninus in 3.par.titul.22.cap.6.§.decimo octauo,Felin,capit. super literis,num. 21.de rescript. Decius in capit. cum venissent de iudic. ex numer.37. Sebastian.Medices de legib. & statut. 1. par.quæstion.9. ex numer.5.Simanc.de cath.instit.capit.12. ex numer.12.& in capit. 45. ex numer. 20. Anton.Cuchus lib.1.institut.titul.3. versic. primùm Pontifex Roman. Turrecremat. de potestat.Papæ lib.2.capit.112. Ioan.Rojas singul. 146.Francisc.Pegn.3.par.direct. schol.91. Albar. Pelag.lib.1.de planctu eccles. capit.4. cap.6. & capit. 34. post medium, Didac.Couar.lib.4.variar. capit. 13. versic.cæterum, Cosm. in pragm. sanct. titul.de authorit. general. concil.§.cui quilibet, in glos.verb. obedire, Paul.Castr.consil. 418. cum duob. sequentibus, in volum. 1. Alphonsus Castr. de iusta hæret. punit. lib.1.cap.6.ex col.1076.& in lib.2.capit.23. post principium.

DICVNT tamen Doctores, quòd quanuis deficiat & peccet Summus Pontifex, non debemus ei obedientiam denegare. Pro quo est videdus Albar.Pelag.lib.1. de planct. eccles. capit. 8. in fin. Illescas in histor. pontif. par.1. lib.4.capit.57. in principio, Michael. Anisson de vnit.ouil.capit. 3. ex numer. 7. cum in his quæ pertinent ad fidem, & ad gubernationem Christianorum, errare non possit, ex Anisson, supra capit. 13. num. 18. & in capit.20.num.20.& in cap.21.num.7.& num.10. & in cap. 27.in num.fin.& plures alij ex Doctorib.supra allegatis,& Alphō.Castr.de iusta hæret.pun.

lib.1.capit.6.versic.hoc estpriuilegium, Didac.Couar.lib.1.variar.cap.10.numer.12. in principio,latè Melch.Cano de locis Theolog.lib.6.cap.7.

2 VTRVM autē ex iure diuino, Episcopus vel Papa factus hæreticus, sit priuatus sua dignitate atq; iurisdictione ? est videndus Petr.de Aragon.2.2.quæstion.1.art. 10. in tractat.de ecclesia.pag.64.versic. sed dubium est, latissimè Hieronym. de la Rua in controu.Theolog. in controuers.3.schol. ex pag.105. in fine Alphon. Castr. de iust.hæret.pun.lib.2. capit.22. & optimè in capit.23.coll.1372.versic. An Papa vel quius alius Episcopus, Ioan. Driedon.lib.1.de libert.christian.cap.14. Turrecrem. lib. 4. suæ summę,titul. de ecclesia.2.par.capit.20. latè Didacus Perez,lib.8.titul.4.l.3. ex pagin.126. versic. quæritur.15. Anisson supra cap.15.num.14.

3 AN autem contra Papam sufficiant duo testes? est videndum Vol.1. com. pag. 337.versic. testes duo, Iul.Clar.lib.5.§. fin. quæstion.66.numer.6. Corset. singul. 214. incip. Papa potest, Rojas.2.par. de hæret. assert.4.numer.87.& in singul.146.numer. 8. Bernard. Diaz in prax. capit. 120. in final.verbis, & habes in capit.præsul.2.quæstion.6.

AD TEX. IN CAPIT. Rogationes,de Consecr. distin.3.

COLLECTAN. 45.

SVMMARIVM.

1 *De origine dierum rogationum, & litaniarum.*
2 *An sit ieiunandum,in tribus diebus rogationum?*
3 *Omnes clerici & religiosi, An teneantur venire ad generales processiones, quæ fiunt in litaniis? Et monachi qualiter inter se præcedant.*

1 ROGATIONIBVS ET litaniis, hactenus vsa est catholica & Apostolica ecclesia, per vniuersum orbem, non solum statutis his rogationum diebus, sed quibuscunq; aliis temporibus ad rogandum Deū, vt intercessione Sanctorum, non solum à peccatorum nexu, sed etiam à tribulationibus, afflictionibus, & calamitatibus, tàm præsentibus quàm futuris, idest, à fame, & annonæ caritate,à bellis,seditionibus,& tumultibus, hæresibus & schismaticis, à pestilentiis & ægritudinibus, à subitanea & improuisa morte, & perpetua ira Dei, aliisq; id genus malis nos liberet:vt ex origine & institutione harum rogationum satis apparet, iuxta tradita per Couar. lib.4. variar.capit.20. numer.16. Conrrad. Brun. de cerem.eccles.lib.5.capit.1.versic.ad eandem etiam rationem,ex pagin.127.Guilielmus Duran. in ration. diuinor. offic. lib.6. capit.102.Alphon.Castr.lib.13. aduers. hæres. verb. sancti.col. 948. Hieronym. Roman.lib.5.de la republica christiana, capit. 12.fol.247. Petr. Sanchez in.3. par. histor. moral.titul.de la vida de Romulo.§.11. versicul. y boluiendo,fol.285. Andr. Alciat.lib. 9.parerg.capit. 11. Polydor. Virgil. lib. 6. de inuent.rerum capit.2. Lap. alleg.90. vbi etiamvide. An isti tres dies rogationum precedentes Ascensionem Domini, sint feriati in honorem Dei, ita quòd à seruili opere & strepitu iudiciorum sit cessandum?& etiā Ferdinan. Paez in repetit. capit. Missas,de consecr.distinct.1. ex numer.36. vbi etiam vide, An talibus diebus obligemur præcepto de audienda Missa?

2 ADVERTIT tamen Sylvester in sum.verb.ieiunium,numer.5.in fin.quòd ex consilio & non de præcepto ecclesiæ, ieiunium indicitur in his tribus diebus rogationum,idem tenet Guiliel. Duran. in ration. lib.6. capit.105.numer.7.ad fin. Couar. autem in dict. num.16. ad finem ait, ieiunium horum dierum rogationum, moribus sublatum esse, quamuis his diebus ab æsu carnium abstineamus, saltim feria secunda & quarta,iuxta cuiuslibet Prouinciæ consuetudinem.

3 QVAERIT etiam Felin.in cap.dilectus num.7. de offi. ordin. An omnes clerici & religiosi (etiam exempti) teneantur venire

venire ad Ecclesiam maiorem, ad generales litanias & processiones,quæ fiunt in hisce diebus:de quo etiam vide Abbatē in cap. nimis praua, ex numer. 3. & Socin. ex numer.8. de excess. prælat.Monachi autem & religiosi in processionibus, qualiter inter se præcedere debeant, tradit Felin. in rubr. de maior. & obedien. numer. 6. Lancellot. Conrrad. in templ. omnium iudic. lib.2. capit. 9. latissimè Chassen.in catal.glor. mundi. 4. par.ex consil.54. Paul.Fusc. de visit. lib.2. cap.15.num.66.

AD TEX. IN CAP. Vbicunque sepeliamur.13. quæst.2.

COLLECTAN.46.

SVMMARIVM.

1 *Antiquitus corpora defunctorum, non sepeliebantur in Ecclesiis.*
2 *Quare hodie defuncti sepeliantur in Ecclesiis? & plura de origine & ritibus sepulturarum.*
3 *An mortui sint plangendi?*
4 *An valeat statutum quo cauetur, quòd pro exequiis & funeralibus non expendatur,nisi certa quantitas?*
5 *De pompa funerali, & conuiuiis quæ in funeralibus fieri solent.*

1 ADVERTE ideò antiquitus maiores nostros censuisse, in ecclesiis non fore humanda corpora defunctorum,quòd in eo loco vbi diuina celebrantur officia, Deusq; assiduè colitur, humari cadauera turpe & indignum videbatur: sed in cœmeteriis locisq; designatis sepelire consueuerunt:at deinde dignitatis causa, in atrio porticu vè ecclesiæ rum humari cœperunt cadauera, vt docet textus in capit.præcipiendum. 13. quæst.2. in ecclesiis autem sepeliri cadauera minimè permittebatur de iure, vt in.l. nemo Apostolorum. C. de sacrosanct. eccles. & tradit Laurentius Beli. in repet. capit. nullus mortuus.13.quæstion.2.in principio.Cæterum paulopost, dignissimis ac præstantissimis viris dumtaxat id fuit concessum, vt explicat latissimè Ioannes Asinius, in l.2.§. in locum.ff. de religios. & sumpt. funer. ex numer. 19. & 72. vbi etiam ipse asserit, id quod antiquis temporibus dignitate, & sanctitate fulgentibus concedebatur, successu temporis omnibus nulla habita personarum distinctione permissum extitisse: atq; ita omnes possunt hodie in ecclesiis sepeliri. Quod non temerè & sine causa consuetudine receptum fuisse credendum est: ait enim Gregorius in capit. cum grauia.13. quæstion. 2. cum grauia peccata non deprimunt, tunc prodest mortuis si in ecclesia sepeliantur, ob id quòd qui ad ecclesias sacrificij causa accedunt cum maiorum suorum sepulchra intuentur, facilè accidit vt pro eis preces effundant: iuxta ea quæ tradit Iacobus Simancas de cathol. institut.capit.18.numer.9.ad medium. Præterquam quòd illorum sanctorum quibus ecclesia dicata est patrocinio, & intercessione releuantur, vt dicitur in capit. non æstimemus. 13. quæst. 2. Quibus adde quòd minus eo in loco à spiritibus vexantur immundis, & ideò in cœmeteriis dicitur esse requies sanctorum, capit. aurum. 12. quæstion. 2. pro quibus omnibus est videndus Lap.allegatio.83. Sebastian. Medices tractat. de sepultur. 1.par. quæstion.5.Selua de benefic.1.par. quæstion.5. numer. 87. Dominicus Sot. in.4. distinctio. 45. articul.3. versicul.secunda conclusio, Didacus Spino in specul.testament. 2. par. princip. ex numer. 31. Antonius Scappus, de iure non script.lib.1. capit. 45. ex numer. 14. Guilierm. Durand.in ration. diuinor. officior. lib.1. capit. 5. ex numer. 12. Michael. Timoth. de visitand.eccles. lib.2. tractat.1. capit. 57. in princip. Ioannes Asinius vbi supra. Et plura de origine, vtilitate, laudibus, & ritibus sepulturarum, tradit Textor Inuernens. in sua officin. in titul.de vario inhumandi ritu,Conrrad. Brunus de ceremo.eccles.lib.4.c.2. vsq; ad c.6. Florent. 3.par. sum.titul.10. capit.1.§.3. latissimè & eleganter doctissimus Onuphrius Panuinius in tract. de ritu sepelien. mortuos per totum,& maximè in cap.11. Chassen.catal.

glor.mund.2.par.consid.5.Guilierm.Benedict.cap.Raynuntius, verb. mortuo itaque testatore,el.1.ex numer.51.Alphon.Caltro lib.13. aduers. hæres. verb. sepultura, Paul. Fusc.de visitation.lib.1.capit.25.& quos allegat.Iacob.Simanc.de cathol. institit.capit. 18.num.10.

3 *IBI, lugere autem*. Pro hac quæstione, An mortui sint plangendi? est videndus Didacus Perez lib.1. titul.1.l.7. pagin. 29. in glos.1.Ioan..Matienço lib.5.recollectio.titul.5.l.2. in glos.13. Mandos. in prax. titul.de ingratitud. capit. 127. versicul. non nego, latissimè Hieronym. de la Rua, in 7. controuers. posit. ex pagin.190. optimè & latissimè Alphonsus Azeuedo, in lib.1. nouæ recopilat.titul.1.l.fin. per totam, Petrus Sanchez. 2. par. histor. moral titul. de la vida de Caton.§.9. ex principio, Abb. in rubr.de sepultur.num.4.Conrrad. Brun. in dicto lib.4.capit.3.

4 AN autem valeat statutum, quo cauetur vt pro funeralibus & exequiis, non possit nisi certa dumtaxat quantitas expendi? est videndus Camillus Borrel. in regia Aragon.§.1. glos.3. ex numer. 258. vbi Nicol. Pig. in additionibus. Sebast. Medices in tractat.de sepultur.1.par.quæstion.30. Bartholom. Humada in.l.12. titul.13. par. 1. glos.8.numer.1.fol.99.& ait Matienço lib. 5.recollectio.titul.5.l.2.in glos. 10. validam esse legem secularem modificantem funeralia, quoad pompam vanam, & fascium multitudinem,quæ magis ad hęredum honorem,quàm animam defuncti pertinent.

5 VNDE autem, habuerit originem mortuos sepelire, cùm pompa & apparatu magno, est videndus Petrus Villalo de Tortoles,in dialog. de la doctrina de las mugeres lib. 3. ex fol. 191. versicul. y porque despues de las lagrimas. Et plura de huiusmodi pompa funerali, cumulat Chassen. in catalag. glor. mund.2. par. considerat.6. Et funeris impensæ, an vt possint repeti à marito, vel coniunctis,requiratur protestatio, tradit latissimè Iosephus Ludouic. decis. Perus. 78. vbi multa de materia funeris & sepulturæ, de quo etiam videndus est Ioan. Garsia de expens. & meliorat. capit. 8.vbi ex numer.12. tractat, An conuiuia in funeribus fuerint,& sint hodie permissa?& in numer.9. agit de origine huius nominis, tumba, quæ apponi solet in sepulturis. An autem expensæ funeris, sufficienter probentur per iuramentum hæredis? vide Mascard.volumin.2.de probation. conclus.719. Et An vestitum lugubrium delatio sit licita? est videndus Didacus Perez lib.1.titul. 1.l.2.col. 48.& Ioan.Matien.in dicto lib.5. titul.5.l.2.in glos.1. Quòd autem vestes lugubres,propter defuncti memoriam, & ad ostendendum intrinsecum dolorem per filios consanguineos, affines, amicos,& familiares defuncti,gestari possint per annũ, tradit Quintil.Mandos.in glos.facultatum. §.volentes in verb. mutatur. & optimè in tractat. de annal.casib. numer.41. post medium. Dicit tamen Dominicus Bañes 2.2. quæstion. 32. articul. 2. quòd sepelire mortuos,est opus bonum, & cum debito honore & moderata pompa,pium est, & oppositum,esse erroremin fide,pro quo etiam est videndus Dominic. Sot. in. 4. distinction. 45.quæst.2. articul.3. versicul. qua propter sepultura.

AD TEX. IN CAPIT. Fidelior. 50. distin.

COLLECTAN. 47.

SVMMARIVM.

1 *An ad dignitatem potius eligendus sit, qui fuit criminosus, & iam pœnituit, quàm qui semper fuit bonus?*
2 *Plura de suprema potestate Pontificis.*
3 *Summus Pontifex est Vicarius Iesu Christi, & Papæ & Christi, est idem tribunal.*

1 SOLET hoc in loco disputari, An ad aliquam dignitatem, potiùs eligendus sit, qui criminosus fuit & pœnituit, quàm ille qui semper fuit bonus? pro qua quæstione vltra glossam hic verbo,gratiam, est consulendus Roman.singul. 732. incip. sunt electi vbi etiam additio, Felinus, in capite eam te, de rescriptis, numer. 12. versicul. limita tertio, Abbas in capit. at si clerici.§.

ci.§.de adulteriis numer.21. in fin. de iudic. vbi Dec.numer.174. Selua de benef.3.par. quæstion.2.numer.14. & quæstion.7.num. 8.Felin. consil.3.ex numer.4. Ioan. Segur. Dabal. in direct.iudic.eccles.1.par.capit.8. ex numer.7.versic.postremo, Didacus Perez lib.8.titul.19.l.49.pag.398. ex colum. 1.in fin. latè Lambertin. de iure patr. lib.2. 3.par.5.quæstionis prin.in.14.artic.fol.195. Roch.de Curt. de iure patron.verb.onerosum,numer.6.versic.quid autem, Abbas in capit.dudum el.2.numer.24.iuxta fin.de election.Ias.in rubr.ff.de iustit.&iur.numer.7. Cordou.in quæstion.Theol.lib.1.quæst.54. ex pag.446.versic. sed pro complemento huius materiæ, Paul. Granut. theorem.23. ex numer.20.

2 *IBI, tu es Petrus*. Ex his verbis,suprema Pontificis potestas colligitur:de qua latissimè Alban.de potest. Papæ, & Concil. 1.par. ex numer.31. Albar. Pelag.lib. 1.de plan.eccles.capit.45.& capit.58.Ferdinan. Loazes in tract. de matrimon. Regis,dubit. 2.Mich. Aniñon de vnit. ouil.& past.capit. 27.ex numer.12.Simanc.cathol.institit.capit. 45. ex numer.3. latè Alphon.Mendoça, in quodlibet.quæst.4. scholast.§.9. versic.secundo quid,ex pag.333.Ioan.Pineda.1.par. in agricul.christian.dialog.1.§.14.post medium,Tiraquel.de iure constit.limit.7.num. 47. Cosm.in pragm.sanct.titul.de autor.general. concilij.§. & primò,in glos.habet,& in §.item declarat, in glos. verb. pertinentibus,& glos.verb.pro infectis, in Clem.1. 3 de immunit.eccles.Est enim in terris Vicarius Iesu Christi, Mantua singul.9.numer. 2. Sebast. Medicis de legib. & stat. 1. par. quæst.8.numer.3. Rodoan. de spol. Eccles. quæstion. 7. in.§. his præsuppositis, num. 56. Paul. Fusc. de visit. lib.1. capit.2. num. 2. Lelius de Zanch. de priuil.eccles.23. priuileg.numer.7. Alphon. Hojeda, de benef. 1.par. in præfat. numer. 5. versic. quæ conclusio, Cordou. in quæstion. Theolog. lib. 4. quæstion.1. proposit. 8. & latissimè in dicto lib.4.quæstion.3.& in question.4. Palat. Rubeus de reten. Regni Nauarræ.2. par.§.4. textus in capit. 1. versic. porrò, vt eccles.benef. Paul. de Citadinis,de iure patron.3. par. causa.6. numer. 4. Seraph. de Seraphin.de priuileg. iurament. priuileg. 122.numer.1. Natta consil. 637. numer. 10. Lambertin. de iure patronat. 1.par.1.lib. in 2.articul.10.quæstionis princ.numer.15.fol. 81.Iacob. Bennus de priuileg. Iurisçon.priuileg.11.numer.1.Anton. Scap. de iure non scrip. lib.2.capit.2. numer.14. Et quòd Papæ & Christi, sit idem tribunal, affirmat Barbacius de præstan.Cardinal.1.par.quæstion.2.numer.3.& quæstion.8.numer.5.Albar. Pelag. lib.1. de plan.eccles. capit. 29. Alban.in dicta 1.par. numer.84. Nauar. in repetitio. capit. nouit. notab. 3. numer. 12. de iudic.Mandos.in repet. rubricæ de constitution. numer. 28. Conrrad. templ. omnium iudic. lib. 2.capit.1. in verb. consistorium attributum Pont.& Imper. numer.3. fol. 112. Palat. Rube. supra pag. 540. vbi ait quòd totus mundus, datus est ei pro Diœcesi.

AD TEX. IN CAP. Nemo qui rapit.14.q.5.

COLLECTAN. 48.

SVMMARIVM.

1 *Palea quis fuerit, & An eius dicta inserta in volumine decreti sint authenticata?*
2 *Restitutio non debet differri ad tempus mortis.*
3 *An restitutio fieri debeat, cum iactura honoris, status, vel rei familiaris?*
4 *Quid consulendum sit pauperi obligato ad restituendum, vt satisfaciat?*
5 *Deueniens ad pinguiorem fortunam, An teneatur ad restitutionem?*
6 *Cuius expensis restitutio vsurarum fieri debeat?*
7 *An vt valeat remissio rei restituendæ, requiratur quod actualis traditio eiusdem rei fiat, ab ipso debitore?*

Qui tenetur ad restitutionem, An liberetur per Bullam compositionis Cruciatæ?

Qui tenetur ad restitutionem, An satisfacere possit per manus confessoris? & quid teneatur facere confessor.

1 HIC textus inscribitur sub nomine cuiusdam Paleæ, qui, vt dicitur, fuit discipulus Graciani, & sua auctoritate inseruit non nulla capitula in volumine Decreti, quæ adhuc non sunt authenticata: circa veritatem tamen huius rei, videbis Corset. in report. Abb. verb. liber decretorum, Alciat. lib. 12. parerg. capit. 3. Carol. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. in princip. num. 77. Sebast. Medic. tract. de legib. & stat. 1. par. quæst. 3. num. 13. & habes supra in collectan. 16. num. 8. vbi etiam ex num. 5. latè agitur de compilatione libri Decreti, & an sit approbatus ab aliquo Summo Pontifice.

2 *IBI, nemo qui rapit.* Restitutio igitur quàm citò fieri debet, nec ad tempus mortis differri, per ea quæ tradunt Florentin. 2. par. titul. 2. cap. 8. Gabr. in 4. dist. 15. quæst. 2. concl. 2. Palat. Rube. in repet. rubr. §. 65. ex num. 35. Couar. regul. peccatum. 1. par. in init. num. 1. Sot. lib. 4. de iust. & iur. quæst. 7. articul. 4. versic. ex his ergo facilè colligas, latè Ludouic. Mesia in pragm. taxæ pan. concl. 6. ex num. 45. Ludouic. Lopez instruct. consc. 1. par. cap. 113. col. 680. versi. concurrit etiam, Pedraz. in sum. in. 7. præcep. decal. fol. 95. versic. a cerca de la restitucion, Cordou. q. 68. versic. lo segundo se sigue, Petr. Sanchez 1. par. histor. moral. tit. de la vida de Aristot. §. 7. versic. ay algunos, ex fol. 11. Anton. Bernad, in sum. capit. 18. numer. 26. optimè Ioan. Gutierrez lib. 2. canon. quæstion. capit. 40. ex num. 14. Ioseph. Angl. flor. Theol. in quæst. de restitut. pag. 144. in princip. & latè ex pag. 145. Sanct. Thom. 2. 2. quæst. 62. articul. 8. Francis. Blanco. 1. par. del memorial ad fin. fol. 15. versic. aqui se ha mucho de notar, Medin. 1. par. instruc. de confes. capit. 14. §. 33. versic. la sexta cabeça es, fol. 120. Nauar. manual. latin. capit. 17. num. 54. & in num. 55. vide quando quis ob retentionẽ rei alienæ, non peccet, de quo etiam videndus est Ludouicus Mesia, in dicta concluſ. 6. numer. 47. Ludouic. Lopez. 1. par. instruc. consc. capit. 113. Immò illi, qui semper pro craſtinant solutionem, singuliſq; annis confeſſoribus ſe facturos reſtitutionem promittunt, non ſunt abſoluendi, niſi prius reſtituant, vel ſaltim efficaciter negotium diſponant, vt id quàm citò mãdetur executioni, de quo eſt videndus Cordou. tract. caſ. de conſc. in dicta quæſtion. 68. Nauar. manual. latin. cap. 27. numer. 59. verſic. quarto, Gutierrez lib. 1. canonic. quæſtion. capit. 40. ex numer. 8. Et aduerſus hæreſim dicentium, non eſſe neceſſariam, rei furto ſublatæ reſtitutionem, vt quis vitam poſsit aſſequi æternam, eſt videndus Sebaſtian. Medicis, in ſum. omnium hæreſum. 1. par. verbo reſtitutio, Alphon. Caſtr. lib. 13. aduerſ. hæreſ. verb. reſtitutio.

3 AN autem cum iactura decentiæ, ſtatus, honoris vel rei familiaris ſit reſtituendum? vide Cordou. dicta quæſtion. 68. latiſſimè Ludou. Lopez ſupra. 1. par. cap. 118. & ex capit. 129. optimè tradit cauſas quæ non reſtituentem à peccato excuſſent, de quo etiam videndus eſt Dominic. Sot. lib. 4. de iuſtit. & iur. quæſt. 7. articul. 4. verſic. poſt hæc, Anton. Bernad, in ſumm. capit. 18. ex num. 46. Sylueſt. in ſum. verb. reſtitutio, el. 5. ex numer. 2. Petr. à Nauar. tom. 2. de reſtitut. lib. 4. capit. 4. ex num. 29 Ioan. Gutierrez lib. 1. canonic. quæſtion. capit. 38 ex numer. 10. & latiſsimè in capit. 40. ex num. 6. Cordou. in dicta quæſt. 68.

4 QVANDO autem qui tenetur ad reſtitutionem eſt pauper, quid ei ſit conſulendum, vt ſatisfaciat? vide Nauar. in dicto 2. tom. de reſtit. lib. 4. capit. 2. ex numer. 50. verſic. tertio colligitur Pedraz. in 7. præcep. decal. fol. 95. verſic. la tercera es que, Palat. Rubeos in dict. §. 65. ex num. 40. in fin. latè Meſsia in dicta concluſ. 6. num. 49. & notatur in capit. ſi quis de furt. Gutierrez in dicto capit. 40. ex numer. 3. Medin. in dicto. §. 33. verſic. la quarta cabeça. fol. 118. verſic. pero que ſe dira, Nauar. in dicto capit. 17. numer. 60. verſic. quinto, & latè ex num.

5 61. tractat; An qui in vltima neceſsitate cõſtitutus, aliena rapuit, vel cũ non poſſet ſoluere ceſsit bonis, ſi poſtea deueniat ad pinguiorem fortunam, teneatur ad reſtitutionem? de quo etiam vide Couar. in dict. regul.

regul. peccatum. 2. par. §. 1. num. 4. Ioseph. Angl. ſupr. in queſt. quis à reſtitut. ſit liber. pag. 169. verſ. duæ ſunt, Domin. Sot. lib. 4. de iuſtit. & iur. quæſt. 7. artic. fin. Iul. Clar. §. furtum num. 25. Ioan. Gutierrez ſupra cap. 38. numer. 12. Medin. C. de reſtit. quæſt. 3. in princip. Ant. Bernad, in ſum. capit. 18. num. 80. Couar. lib. 2. var. cap. 1. numer. 6. Lel. de Zanch. de priuileg. eccl. 147. priuil. ex num. 8. latiſsimè Petr. à Nauar. tom. 2. de reſtitut. lib. 3. cap. 1. ex num. 342. optimè Petrus de Aragon. 2. 2. quæſt. 32. art. 5. pag. 749. verſic. vltimum dubium, Sarmient. in 2. par. defen. de reddit. eccleſ. monito. 4. num. 6. & latè dicetur in cap. ſi quis propter, de furt.

6 ET cuius expenſis reſtitutio vſurarum fieri debeat? tradit Couar. in dicta reg. peccatum. 1. par. in init. num. 7. Ioseph. Angl. in queſt. de reſtit. in pag. 141. per totã, & pag. 142. ad fin. Ioan. Garcia de expen. & melio. cap. 21. ex num. 1. Abb. in cap. cum tu, num. 9. de vſur. Meſſ. in dicta concl. 6. ex numer.

7 54. ſecundum quem in num. 59. curandum nõ eſt de quibuſdam Theologis dicentibus, quòd ad hoc vt remiſsio valeat, oportere rem reſtituendam. non ſolum paratam, & à debitore oblatã eſſe, ſed etiam tradi debere, de quo eſt etiã videndus Nauar. in dict. cap. 17. num. 45. & num. 76. verſic. 2. infertur optimè Anton. Bernad, in ſum. cap. 18. ex nu. 42. Medin. C. de reſtit. quæſt. 3. verſic. ſecunda cauſa eſſet, fol. 12. Ioſeph. Angl. in queſt. quis à reſtit. ſit liber, pag. 170. verſic. neceſsarium non eſt.

8 ET an & quãdo liberetur quis, per Bullam compoſitionis Cruciatæ à reſtitutione? pulchrè tradit Cordou. in quæſtion. Theolog. lib. 5. quæſt. 44. Ioan. Angl. in quæſt. quis à reſtit. ſit liber. pag. 185. ex principio, optimè Sot. lib. 4. de iuſt. & iur. quæſt. 6. art. 1. verſic. de illo verò quæ, pag. 335. Ludouic. Lopez inſtr. conſc. 1. par. ex capit. 138. latè Sot. in 4. diſt. 21. quæſt. 2. art. 4. Nauar. manual. cap. 17. num. 93. Garniça in explic. Bullæ compoſition. verſic. primeramente, fol. 55. & ibidem latè Eman. Rodriguez. §. vnico ex num. 2. ex fol. 230.

9 EST tamen aduertendum, quòd confeſſores videntur perſonæ aptiores, vt per eorum manus fiat reſtitutio, quando abſque manifeſtatione perſonæ eſt aliquid reſtituendum. Cauendum tamen pœnitenti eſt ne rem reſtituendam, committat confeſſori non fideli, quoniam ſi confeſſor ille non tradit huiuſmodi rem, illi cui reſtituenda eſt, non liberatur pœnitens, qui ad illam reſtituendam tenebatur: vt tradit Antonin. 2. par. titul. 2. §. 1. verſic. caueat, Anton. Bernad, in ſum. capit. 18. numer. 25. Nauar. manual. lat. capit. 17. numer. 67. Pedraz. in ſum. in. 7. præcept. decal. ad fin. ſecundum quos reſtituere habens non debet multum fidere prædicatoribus & confeſſariis, quando ita pauperes ſunt, vt non habeant ad vitæ ſuſtentationem neceſsaria, quoniam aliquando tales ea ſibi retinent, nec curant domino tradere, vnde conſulunt ferè omnes ſupradicti doctores, quòd confeſſarius quando reſtituit aliquam rem pro alio, accipiat chyrographum, ſeu literam, ab ipſo domino, in qua confiteatur, ſe recepiſſe à tali ſacerdote tantam ſummam ab incerto homine ſibi debitam, & iſtam cedulam confeſſor pœnitenti tradat, vt per eam reſtitutionis factæ certior fiat pœnitens: videbis tamen circa omnia iſta, quæ latiſsimè congeſsit Petr. à Nauar. tom. 2. de reſtit. lib. 4. cap. 5. ex num. 3.

AD TEX. IN CAP. Non liceat 19. q. 3.

COLLECTAN. 49.

SVMMARIVM.

1 *An filius monachus, poſsit à patre exhæredari, ex cauſa ingratitudinis cõmiſſæ ante profeſsionem?*

2 *Qui aliquem retrahit à religione, vel cogit ad religionis ingreſſum, ad quid teneatur?*

1 IB DECISIONEM iſtius textus, in monachorum cauſa, dicitur Gracianus ſuſpectus ab Alciato lib. 4. parerg. capit. 23. quia ipſe cum eſſet monachus, vt notatur in capit. Anaſtaſius. 19. diſtinction. atteſtatur hic, vitium ingratitudi-

nis professione religionis omnino excludi, nec posse filium monachum à patre exhęredari, ex causa ingratitudinis commissæ ante professionem. Circa cuius decisionis veritatem & intellectum, est videndus Felin. in cap. Rodulphus numer. 6. versic. si tamen filius, de rescript. Iaſ. numer. 4. & Alexand. numer. 8. in authen. non licet C. de liber. prę terit. Abb. consil. 27. volum. 2. ex principio, additio ad Abb. in litera D. in fine in capit. quia nos, de testamen. Eman. Costa in l. Gallus. §. & quid si tantum. 3. par. ex num. 195. Tiraquel. de priuileg. piæ causæ priuil. 30. Hypol. Marsil. singul. 413. num. 6. & in rubrica de fideiussor. num. 116. Roman sing. 485. vbi additio Ioan. Gracian. reg. 199. numer. 25. Corraſ. in paraphraſ. ſacerd. 3. par. capit. 2. num. 4. Palat. Rube. in l. 49. Taur. num. 12. Didac. Spin. ſpec. teſtam. gloſ. 20. princ. ex num. 64. Couar. in cap. Raynun. num. 20. de teſtam. Guilier. Benedict. in rep. cap. Raynun. verb. in eodem teſtamento relinquens, el. 2. num. 37.

2 *IN verſiculo abſtrahere de monaſterio.* De eo qui quemquam retraxit à religione, vel aliquem inuitum cogit ad Religionem, & ad quid teneatur, & an peccet? eſt videndum Concil. Trident. Seſ. 25. cap. 18. verſic. ſimile quoque, pulchrè Domin. Sot. lib. 4. de iuſt. & iur. quæſt. 6. art. 3. verſic. in ſecundo argumento, Sylueſt. in ſum. verb. reſtitutio, el. 3. num. 1. verſic. ſecundum retrahens. D. Antonin. in ſum. 2. par. titul. 2. capit. 2. §. 1. Ludouic. Lopez in inſtructor. conſcien. 1. par. capit. 44. ex col. 335. verſic. qui impediuit, Lelius Zecchus de caſib. reſeru. caſ. 20. Siman. de primogen. lib. 3. cap. 8. Didac. Lopez de Stunica, de voto queſt. 4. numer. 24. Nauar. in man. lat. cap. 12. ex num. 44. latè Petr. Nauar. de reſtit. lib. 2. cap. 2. poſt prin.

AD TEX. IN CAP. Quia ingrediẽtibus, 19. q. 3.

1 COLLECTAN. 50.

SVMMARIVM.

1 *An monachus profeſſus poſsit condere teſtamentum?*
2 *Monachus profeſſus An poſsit reuocare teſtamentũ, quod ante ingreſſum fecit?*
3 *An hodie vt poſsit condere teſtamentum is qui ingreditur religionem, teneatur ſeruare deciſionem Concil. Triden. in Seſs. 25. cap. 16.*
4 *In laudem menochij plura.*
5 *Intellectus ad Concil. Trident. Seſs. 25. capit. 16.*

1 DVBIVM occurrit, circa hũc textum, An monachus profeſſus, qui non poteſt condere teſtamentum, vt inſinuat iſte text. & in authen. ingreſsi. C. de ſacr. ſanct. eccleſ. vbi Iaſ. num. 7. & 23. Alphan. in collectan. num. 40. Sylueſt. verb. religio. el. 3. num. 24. & in verb. teſtamentum, el. 1. num. 3. verſic. vndecimo, Spino. ſpec. teſtam. in gloſ. rubric. 6. par. num. 1. Nauar. in cap. non dicatis 12. quæſt. 1. num. 76. & in man. latin. cap. 27. num. 270. Iul. Clar. §. teſtamentum, queſt. 28. num. 7. Ioan. Dilect. de arte teſtan. titul. 1. caut. 4. poſsit ſaltim reuocare teſtamentum, quod ante ingreſſum fecit: de quo eſt videndus Ioan. Gracian reg. 456. ex numer. 5. Humada. l. 7. tit. 7. par. 1. gloſ. 3. num. 3. fol. 81. Sylueſt. verb. religio, el. 6. num. 4. Spino ſupra num. 4. Nauar. in dicto cap. nõ dicatis num. 85. Couar. in cap. 2. de teſtam. num. 9. Beroi. cap. in præſentia, num. 537. de probation.

3 MAIVS tamen dubium eſt, An ſtante Concil. Trident. in Seſ. 25. capit. 16. prohibente renunciationem aut obligationem fieri, niſi cum licentia Epiſcopi vel eius vicarij, intra duos menſes proximos ante profeſsionem, poſsit nè teſtamentum condere, is qui vult religionem ingredi, ante vel poſt ingreſſum ſine ſolemnitate dicti Concilij? de quo eſt videndus Ioan. Gutierrez in rep. cap. quamuis pactum, verb. dum nuptui tradebatur, num. 4. Ioan. Gracian regul. 456. num. 7. latè Humada. l. 7. titul. 7. par. 1. gloſ. 3. ex num. 4. fol. 81. & quamuis Menoch. (vir doctiſsimus, & acutiſsimi ingenij, vt ait Lãcel. Gallia in conſuet. Alexan. in præfat. 8. numer. 17. in principio, & in gloſ. legare q. 7. num. 101. Alexan. Stiatic. in prax. iud. capit. 23. num. 8. in fi. Simoncel. de decret. in contract. minor. lib. 1. titul. 1. num. 91.) de arbitr. caſ. 436. num. 8. ſentiat locum non eſſe dictæ conſtitutioni conciliari, quando ingreſſus religionem eſſet ætatis decem & ſeptẽ annorũ vel maioris, nam is quandocunque voluerit intra annũ probationis liberè poteſt ſe obligare, & bonis ſuis renuntiare, ſine licentia Epiſcopi vel eius Vicarij. Ego

5 tamen dubius ſum in huiuſmodi opinione, quia dictum Concilium generaliter loquitur, & ſic tam de maioribus quam de minoribus decem & ſeptem annis, intelligendum videtur: & etiam quia, qui eſt ętatis decem & ſeptem annorum & minor 25, non poteſt liberè & abſolutè ſe obligare, & bonis ſuis renuntiare, vt probatur in titul. ff. de minoribus. 25. ann. & in titul. ff. de rebus eorum qui ſub tutel. & in titul. C. de prædiis minorum, & tradit Menoch. de arbitrar. caſ. 171. dictum igitur concilium non eſt reſtringendum, vt procedat tantum in minoribus decem & ſeptem annis, ſed quòd indiſtinctè loquatur in minoribus & maioribus, & ſic dictio, ante, de qua in dicto cõcilio, refertur ad verbum profeſsionem, vt clarè patet in tex. Deciſio autẽ dicti Concilij non procedit, quando quis condidit teſtamentum, ſed tantum in aliis contractibus ex Humad. ſupra num. 6. quẽ omnino vide.

1 IBI, *Hiſpani*, Ex his verbis cõtrouerſum eſt apud ſcribentes, An vnquam Carolus Magnus (qui inter ſanctos connumeratur, vt refert Carol. Graſſ. regal. Franc. lib. 1. iure 3. pag. 33.) dominatus fuerit Hiſpaniæ, vide Carol. Molin. in conſuet. Pariſ. titul. 1. in principio num. 28. Carol. de Graſſ. regal. Franc. lib. 2. iure 3. iuxta fin. latiſsimè Ioan. Garſia de expenſ. & melio. cap. 12. ex num.

2 9. (vbi etiam à num. 12. refert genealogiam à Carolo Magno vſq; ad dominum noſtrũ Philippum II. Hiſpaniarum Regem Inuictiſsimum) Couar. reg. poſſeſſor. 2. par. §.

3 10. num. 6. vbi etiam reprehendit Io. Igneũ dicentẽ, ob hãc cauſam & rationẽ, & ex participatione iuris Caroli Magni, regibus Hiſpaniarum competere ius præſentandi, & eligendi prælatos in eccleſiis ſitis in eorum regnis: de quibus & de modo & pacto quo dictum ius præſentandi competat præfatis regibus, eſt videndus Carol. Graſſ. dict. lib. 2. iure 3. in fin. Ioan. Ferraurt iur. 9. Lancell. Conrrad. temp. omnium iudic. lib. 2. cap. 1. §. 4. verbo dignitates & ordines, ex num. 9. fol. 132. pulchrè Didac. Perez lib. 1. titul. 3. l. 3. ex gloſ. 1. & in titul. 6. l. 2. ex pag. 149. Couar. in reg. poſſeſſor. 2. par. §. 10. ex num. 5. text. & gloſ. in cap. cum longè 63. diſt. & ibi ſcribentes, Guilierm. Benedict. in cap. Raynuntius, verb. & vxorẽ nomine Adel. deciſ. 2. ex num. 78. in fin. optimè Gregor. Lopez in l. 18. verb. antigua coſtumbre, tit. 5. part. 1. Palat. Rubeus in præfat. de donatio. inter, num. 24. Alexand. conſil. 74, vol. 4. num. 10. Spino in ſpecul. teſtamen. in gloſ. 4. princip. num. 13. optimè Humada. l. 18. tit. 5. par. 1. in gloſ. 1. fol. 49. Azeued. lib. 1. nouæ recopil. titul. 6. l. 1. ex princi. optimè Lancel. Conrrad. templ. omnium iudic. lib.

4 1. cap. 2. §. 3. num. 15. fol. 103. Vbi etiam numerat regna quæ poſsidet, & etiam Epiſcopatus & Archiepiſcopatus, in quibus Rex noſter Philippus habet tale ius præſentandi, cui addi poſſunt alia regna, quæ ei indies acquiruntur, & alij ſimiliter Epiſcopatus, in quibus tale ius præſentandi habet.

SCIENDVM tamen eſt Chriſtianiſsimum Regem noſtrum, ad huiuſmodi prælaturas nominare poſſe, non quidem quoſcunq; pro captu ſuo (vt inquit Corraſ. in paraph. ſacerd. 4. par. cap. 4. ex num. 3.)

AD TEX. IN CAP. Volumus. 11. quæſt. 1,

COLLECTAN. 51.

SVMMARIVM.

1 *Carolus Magnus An aliquo tempore dominatus fuerit Hiſpanis?*
2 *Genealogia Caroli Magni vſq; ad Philippum II. Regem Hiſpaniarum.*
3 *Ob quam rationem competit regibus Hiſpaniæ, ius præſentandi prælatos, in eccleſiis ſitis in eorum regnis.*
4 *Regna quæ poſsidet inuictiſsimus Rex Philippus II. & Epiſcopatus in quibus habet ius præſentandi.*
5 *An Theologi præferantur Canoniſtis in Epiſcopatibus?*

sed tãto munere dignos, ætate videlicet, doctrina, gradu & moribus idoneos, iuxta Cõcil. Trid. Sess. 22. de refor. c. 2. & licet in quã tum dictum cap. 2. statuit, quòd talis promouendus sit Doctor, id iam esset decretum de iure antiquo, secundum Rebuf. tract. de
5 nominationib. quęst. 1. num. 29. satisfactum tamen est per decisionem dicti cap. 2. quæstioni frequenter agitatæ inter DD. an scilicet Theologi præferantur Canonistis in promotione ad Episcopatus? de qua quæstione agit Abb. in c. 1. n. 9. de consanguin. & affin. Alciat. in rubr. C. de summ. Trin. ex num. 1. Deci. in cap. ne imitaris, in 1. lect. num. 12. de constit. & in cap. clerici, num. 39. in fin. de iudic. Sarmien. de redditib. eccles. 4. par. cap. 6. num. fin. Paul. Fusc. singul. 4. in fin. liter. C. Iacob. Bennius de priuil. Iurisconsul. 2. par. priuil. 25. Rebuf. in concord. in titul. de regia ad prælat. nominat. facien. §. 1. in glos. seu licentiatum, in vers. quero an rex pag 140. latissimè Simanc. de catholic. institut. cap. 25. ex num. 23. Menoch. de arbitrar. cas. 425. num. 25. Euerard. loco ab auctorit. num. 8. Rojas de hæretic. 1. par. num. 389. Sot. de iustit. & iur. lib. 3. quæst. 6. artic. 2. vers. his ergo absolutis, & in lib. 10. quæst. 2. artic. 3. vers. quæ autem scientia. Alphons. Azeued. lib. 2. nouę recopil. titul. 1. l. 4. num. 4. Palat. Rube. in repet. cap. per vestras, notab. 3. §. 26. num. 16. Petr. à Nauarra tom. 1. de restit. lib. 2. cap. 2. num. 165. versic. 10. infero, latissimè Mandos. in regul. cancellar. 16. quæst. 16. Trident. enim Synodus in dict. cap. 2. has ambitiosas altercationes determinat, & non solum ad beneficia curam animarum habẽtia, sed ad Episcopatus regendos, æqualiter Iuris Põtificij peritos, atq; Theologos ipsos, eligi posse decreuit.

AD TEX. IN CAP. Ordinationes. 75. dist.

COLLECTAN. 52.

SVMMARIVM.

1 Sacris ordinibus initiatus extra tempora à iure statuta, aut ante legitimam ætatem, aut ab alieno Episcopo, absq; literis dimissoriis, ipso iure est suspensus, & si ministrauerit in illo ordine efficitur irregularis: cum quo solus Papa dispensat.

2 An taliter ordinatus, si celebrauerit possit absolui ab irregularitate quam contraxit, virtute Bullæ Cruciatæ, vel alterius priuilegij, seu Iubilei.

1 PRO intellectu istius textus & totius tituli de temporib. ordinatio. sciendum est, quod is qui ordinatur ordine sacro extra tẽpora à iure statuta, aut ante legitimam ætatem, aut ab alieno Episcopo, absq; literis dimissoriis, suspensus est ab ordinibus, & si in illo ordine ministrauerit irregularitatẽ contrahit in qua solus Romanus Põtifex dispensat, vt constat ex Extrauagan. Pij II. hodie renouatam à quamplurimis Pontificibus, vt tradit Bernar. Diaz in prax. crimin. cap. 22. Ant. Cordou. in casib. conscien. quæst. 144. versic. mas porque el Papa, Viuald. in candelab. eccles. titul. de sacramen. ordin. num. 37. Paul. Fusc. de visitat. lib. 2. cap. 28. num. 36. Simon. Maiol. de irregular. lib. 1. cap. 30. num. 9. prope finem, & lib. 3. cap. 24. num. 10. versic. tamen hodie. Et supra dictam resolutionem pulchrè referũt & interpretantur Nauar. in manual. latin. cap. 25. num. 70. Ioan. Gutierrez lib. 1. canonic. quæstionum cap. 26. ex num. 18. Gregor. Lopez. in l. 28. tit. 6. partit. 1. in verb. el beneficio. Et plura habes in eius ornatum in 3. par. in collectan. ad clemen. 3. generalem de ætat. & qualitat. & latissimè prosequitur Salzed. in additionibus ad Diaz in prax. crimin. cap. 26. in fol. magn. ex liter. A. vbi etiam ipse refert ex Concil. Trident. Sess. 6. cap. 5. de reformat. Non licere Episcopo, extra suam diœcesim cuiusuis priuilegij prætextu, pontificalia exercere sine ordinarij loci expræssa licentia, & in personas eidem ordinario sub iectas tantùm. Iuxta cuius textus Concilij dilucidationem pulchrè examinat doctissimus Io. Gutierrez, in dict. cap. 26. num. 26. an scilicet licentia & facultas ordinandi à quocunque catholico Antistite in propria diœcesi residenti, ad alium de licentia proprij, ibi pontificalia exercentem extendatur? Elegans tamen extat dubitatio ex Cordoua in dicta quæstione 144. versic. al segundo punto. An confessor electus virtute Bullæ

Bullæ Cruciatæ vel alicuius Iubilei vel priuilegij possit absoluere à supradicta irregularitate, & quidem Sot. in 4. dist. 22. quæst. 3. artic. 1. fatetur virtute facultatis absoluendi à censuris, concessę in dicta Bulla Cruciatę posse irregularem absolui ab irregularitate contracta ex peccato, cum ea irregularitas sit censura, quam sententiam amplectitur etiam Medin. in 1. par. instruct. de confess. cap. 11. §. 9. versic. para mas claro, aduersus quos nimis pugnat textus in cap. quærenti, de verb. signific. vbi appellatione censuræ non continetur irregularitas. Pro veritate tamen istius dubij est consulendus Nauar. in manual. latin. cap. 27. num. 194. vers. quarto quòd, & optimè in num. 250. Ludo. de Beja in respons. cas. conscien. cas. 17. iuxta finem. Lelius Zechus de casib. reser. cas. 1. num. 40. versic. nullus autem, Sot. lib. 5. de iustit. & iur. quæst. 1. artic. 4. versic. quapropter, Pedraz. in sum. lib. 2. cap. 4. in princip. Emanuel. Rodrig. in explicat. Bullæ Cruciatæ §. 9. ex num. 60. & 64. pulchrè Ioan. Gutierrez lib. 1. canonic. quæst. cap. 3. Ant. Bernad in sum. cap. 35. num. 100. Ludouic. Lopez in instruct. conscien. 2. par. cap. 92. versic. at vt ab irregularitate. Viuald. in candelab. eccles. 2. par. titul. de dispensat. quoad fratres num. 342.

AD TEX. IN CAP. Quadragesima, de consecr. distin. 5.

COLLECTAN. 53.

SVMMARIVM.

1 De essentia ieiunij est prãdere semel in die.

2 Collatio serotina fieri potest in diebus ieiunij, etiam citrà sitim, dummodo moderatè fiat, & non in quantitate excessiua.

3 De ieiunio Quadragesimæ & eius institutione.

1 IBI, *præter dies Dominicos.* Colligitur ẽx his verbis de essentia ieiunij esse semel tantum prandere in die: vt referunt Abb. in rubr. de obseruat. ieiun. num. 3. Caietan. in sum. verb. ieiunium, in versic. vnica demum comestio, Couar. lib. 4. variar. cap. 20. num. 11. Tabiens. in sum. verb. ieiunium num. 3.

2 & ibidem Angel. etiam in num. 3. Et quamuis hoc sit verum nihilominus licitum est ieiunantibus iuxta cuiusq; prouinciæ consuetudinem, etiam citra sitim, ientaculum siue potum serotinum sumere, vt tradit Abb. in dict. num. 3. Nauar. in manual. latin. cap. 21. num. 14. Medina. 1. par. instruct. de confess. cap. 14. §. 10. versic. sigue se mas, fol. 70. Caietan. supra in versic. sumere verò, & optimè in 2. 2. quæst. 147. artic. 6. Armil. in sum. verb. ieiunium num. 1. ad finẽ, Syluest. verb. ieiunium num. 10. Anton. Bernad in sum. cap. 22. num. 7. vers. lo mesmo, latè Ludouic. Beja in respons. cas. conscien. cas. 3. ex principio. Anton. Scapp. de iure non script. lib. 1. cap. 62. ex num. 25. & 36. Medina C. de ieiunio, in cap. de his, per quæ ecclesiasticum ieiunium soluitur, in vers. similiter si vigeat fol. 144. Honcala in tractat. de ieiuniorum obseruatione, col. 3. vers. sy mpoſium autem, Couar. lib. 4. variar. cap. 20. num. 11. versic. de illo verò. Qui intelligunt hoc procedere, modo dictum ientaculum fiat moderatè, neq; fraus legibus ieiunij irrogetur: ex quibus mihi satis dubia videtur opinio Bartholom. Medinæ in dict. §. 10. vers. de donde se sigue, vbi asserit quòd quis potest in vigilia Natiuitatis Domini collationem sumere cũ variis fructibus, etiã immoderatè & in quantitate excessiua: pro veritate tamen erit consulendus Pedraz. in sum. in 3. præcepto Decalog. vers. notando bien estas palabras, fol. 32. Ant. Bernad in dict. cap. 22. n. 23. Lud. Beja in dicto cas. 3. pag. 7. Nauar. in manual. latin. cap. 21. num. 15. Tabiens. verb. ieiuniũ, num. 12. Huiusmodi autem ientaculum vel collationem manè sumere, & prandium differre in vesperinum tempus, non licet, nisi causa medicinæ, debilitatis, complexionis, vel necessitatis fiat: vt colligitur ex Armil. in dict. verb. ieiunium num. 1. in fine. Nauar. dict. cap. 21. num. 14. vers. non licet differre, Caietan. in dicto verb. ieiunium, versic. verum serotinum: & hoc modo sunt intelligẽda quæ tradit Ludouic. Beja in dicto casu 3. vers. ad id autem.

3 *IBI, quem Saluator noster.* Ex his verbis plures maximę auctoritatis viri, quadragesimę ieiunium à Christo fuisse institutum

con-

constanter asseuerarũt, vt obligatio ad illud non tantum ex humano præcepto pendeat, sed ex diuino: pro vera tamen resolutione est consulendus Couarru. lib. 4. variar. capit. 20. numer. 4. Polydor. Virgil. de rerum inuentor. lib. 6. cap. 3. Medin. C. de ieiunio, in cap. de institutione ieiunij fol. 134. Honcala in tract. de ieiuniorum obseruatione, ex col. 4. versic. iam verò. Ioan. Pined. in 2. par. de la agricultura christiana dialog. 29. §. 23. versic. vna cosa dize, Francis. Ortiz in lib. jardin de amores sanctos, tract. 1. cap. 15. vers. y tambien porque, fol. 29. Alphons. Castr. lib. 8. aduers. hæres. verb. ieiunium, in 2. hæresi, versic. nam de quadragesima, col. 568. Angel. & Tabiens. in sum. verb. quadragesima, Petr. Gregor. syntagm. iur. 1. par. lib. 2. cap. 18. num. 9. pag. 86. Petr. Canisius in doctrina christia. titul. de ieiunio, ex num. 20.

AD TEX. IN CAP. Laico. 2. quæst. 7.

COLLECTAN. 54.

SVMMARIVM.

1 *An & quando laicus accuset clericum criminaliter, vel sit testis idoneus contra eum?*

2 *Corpore vitiati, & qui clerici esse non possunt, An sint testes idonei contra clericum?*

1 AN & quando laicus accuset clericum criminaliter, vel testis sit idoneus contra eum: tradit Foller. in prax. canonic. in 2. par. prefat. cap. 4. num. 43. & in cap. 30. ex num. 9. Bonacos. commun. opin. crimin. verb. laicus non potest accusare clericum, pag. 457. Bernard. Diaz in prax. cap. 120. vbi Salzed. in addition. in litera A. Dueñas regul. 315. Michael. Grass. lib. 2. com. cap. 17. quæst. 31. Azeued. lib. 3. nou. recopil. titul. 9. l. 6. num. 3. Paul. Fusc. singul. 2. literæ L. Ioan. Rojas singul. 118. & in singul. 120. Decius in cap. at si clerici num. 67. de iudic. latè Mascard. vol. 2. de probationib. conclus. 962. Ioan. Segura Daualos in direct. iudic. eccleiast. for. 2. par. cap. 2. num. 25. Didac. Perez lib. 1. titul. 3. l. 1. pag. 60. versic. laicus præterea cõtra clericum, Felician. de censur. titul. de depositi. & degrad. cap. 21. versic. similiter quoque, pag. 373. Sebast. Medices tract. de diffinitionib. 1. par. quæst. 8. num. 3. Hyppolit. singul. 98. laicus. Couar. in prax. cap. 18. num. 2. Nepos de Monte Albano, tract. de testib. num. 153. Stephan. Aufred. in tract. de testib. num. 61. Paul. Fusc. singul. 31. literę C. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæst. 14. num. 21. & in quęst. 24. num. 10. Lambertin. de iure patro. lib. 3. in 3. artic. 2. quęstionis principal. num. 2. fol. 2. Campeg. de testib. reg. 98. Marant. de ordin. iudi. 4. par. ex num. 45. in fin. pag. 76. Menchac. de succes. creat. lib. 3. §. 22. num. 73. Iacob. Nouel. in prax. crimin. §. de testibus in materia criminali, num. 23. pag. 539. Lib. 10. reg. iur. ciuil. & põtif. pag. 598. verb. laicus non admittitur. latè Ioan. Crot. tractat. de testib. 3. par. ex num. 54. vbi Pet. Moncada in additio. in litera S. Bolsius in prax. titul. de oppos. contra testes num. 91. Rebuf. de reprob. test. ex num. 321. Alphõs. Vilaguta in prax. crimin. lib. 1. tit. de accus. c. 2. cõclus. 13. & lib. 8. tit. de testib. c. 1. conclus. 1. & concl. 20. & facit ad hoc tex. & ibi not. in cap. de cętero, de testib. Ant. Scap. de iure non script. lib. 1. cap. 9. ex num. 14. vbi
2 in num. 4. dicit, quòd nec corpore vitiati & qui clerici esse non possunt, non sunt idonei testes contra clericum; de quo etiam est videndus Hyppolit. de singul. 379. Anton. Scappus in dict. lib. 1. cap. 11. num. 7. Francis. Viuius lib. 2. comm. opin. 290. id tamen quo modo procedat, declarat Couar. in prax. c. 18. num. 2. & Didac. Perez lib. 1. titul. 3. l. 1. pag. 60. col. 2. versic. irregulares, bigami, vel corpore vitiati.

AD TEX. IN CAP. Pro obeuntibus. 13. q. 2.

COLLECTAN. 55.

SVMMARIVM.

1 *Suffragia per viuos exhibita, prosunt existentibus in purgatorio.*

2 *An Bulla Cruciatæ suscepta pro defuncto, ab*

ab existente in peccato mortali, prosit defuncto?

1 COLLIGE, fidelium suffragia si fiant pro defunctis existentibus in purgatorio, eis quidem prodesse: ita vt ex lege iustitiæ satisfaciant pro temporali pœna, quam in eo loco animę pati debẽt in satisfactionem, quæ non fuerat plenè in hoc seculo corporis labore consummata: vt pulchrè probat Couar. in cap. alma mater. 1. par. §. 5. num. 11. latissimè Dominic. Soto in 4. distin. 45. quęst. 2. ex artic. 1. Emanuel Rodriguez in explicat. Bullæ defunct. in procem. vbi etiã Ioan. Garnica ex fol. 49. pulchrè Petr. Canisius in Doctrin. christian. titul. de satisfactione. §. 9. ex pag. 281. optimè Honcal. tractat. de exequiis pro defunct. celebran. fol. 63. latè Nauar. in §. in Leuitico, notab. 22. ex num. 16. latissimè Alphons. Castr. lib. 14. aduersus hæres. verb. suffragia defunctorum. Gulierm. Durand. in rational. diuinor. officiorum lib. 7. cap. 35. num. 19. Sebast. Medic. in sum. omnium hæres. 1. par. verb. purgatorium, & in verb. suffragia defunctorum. Viuald. in candelabr. eccles. titul. de purgator. ex num. 10. Quod quidem verum esse satis probatur ex 2. Machabæor. cap. 12. vbi oblatum fuit sacrificium pro mortuis: Sancta, inquit, & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluãtur, à peccatis inquam, id est, à pœna temporali, quã pro peccatis animæ patiuntur in purgatorio, secundum D. Augustin. lib. de cura pro mortuis agenda cap. 1. & pulchrè de ciuit. Dei lib. 21. cap. 13. & facit cap. animæ defunctorum 13. quęst. 2. & est verè catholica conclusio, quę aduersus hęreticos probatur multis auctoritatibus, quas de suffragiis & purgatorio tradiderũt Doctores supra allegati, & Michael. Medin. Anton. Cordoua, & alij catholici qui nostra ætate contra pestilentissima Lutheri dogmata de indulgentiis scripserunt.

2 QVAERIT tamen Guilierm. Durand. in rational. diuinorum officior. lib. 7. cap. 35. ex num. 21. & Viual. in dict. num. 10. versic. immo nota. An suffragia facta ab existente in peccato mortali prosint mortuis; cuius dubij occasione disputari solet à nostris, An Bulla Cruciatę susceptа pro defuncto, ab existente in peccato mortali, prosit defuncto, pro quo est consulendus Ioseph. Angles flor. theologicar. in quæst. de indulgent. ex pag. 23. Soto in 4. distin. 45. quæst. 2. artic. 3. ad fin. versic. sed vnum est hic. Felin. in sermo. de indulgen. num. 4. col. 8. Nauar. in §. in Leuitico, notab. 22. ex num. 30. Emanuel Rodriguez in explicat. Bullę Cruciatæ §. 8. dub. 8. versic. lo tercero fol. 62. & in Bull. defunct. §. vnic. dub. 6. vers. aduierto fol. 162. vbi etiam Io. Garnica fol. 53. versic. han tambien de aduertir.

AD TEX. IN CAP. Esau. 86. distin.

COLLECTAN. 56.

SVMMARIVM.

1 *Venatio aut est oppressiua, arenaria, saltuosa, aut adulatoria.*

2 *Princeps regulariter venationem prohibere, aut interdicere non potest.*

3 *Princeps ex iustissimis causis venationem prohibere potest, & quæ iste causæ sint.*

4 *Domini terrarum acquirunt quasi possessionem prohibendi venationem per proclamata pœnalia subditis venantibus imposita, vbi subditi tali prohibitioni acquieuerint.*

5 *Domini terrarum prohibentes venationes tenentur ad restitutionem damni illati particularibus, ex multitudine animalium quæ poterant venatione perire.*

6 *Venatio capta in loco prohibita, an in foro conscientiæ debeat restitui?*

7 *Esau sanctus fuit, quando non erat venator.*

8 *Clericis & monachis, venatio prohibita & interdicta est.*

9 *Clerici vel Episcopi venatores qua pœna puniantur?*

10 *Clerici, licet contra prohibitionem, venationi operam dederint, capta tamen in foro conscientiæ restituere non teneantur.*

11 *Laicis tempore ieiunij & Quadrageſimæ venatio prohibita eſt, licet capta eo tempore reſtituere non teneantur.*

12 *Clericis quare venatio & nõ piſcatio prohibita ſit, traditur remiſſiue.*

13 *Cuſtodes montium, quibus ſub iuramento eorum cuſtodia commiſſa eſt, An poſſint cum aliquibus diſſimulare, vel ſi accepta pecunia id fecerint teneantur ad ipſius reſtitutionem?*

14 *Cuſtodes montium An peccent abſcondendo ſe à venatoribus, vt facilius loca prohibita ingrediantur, vt eos puniri faciant?*

1 VENATIONVM quatuor à Doctoribus, & ab aliquibus tres conſtituuntur ſpecies, ſcilicet, oppreſsiua, adulatoria, arenaria, & ſaltuoſa: vt tradunt gloſ. 1. in cap. qui venatoribus 86. diſtin. & gloſ. verb. voluptate in cap. 1. de clerico venat. Didac. Perez lib. 2. tit. 22. l. 1. pag. 422. col. 2. ad finem. Chaſſen. in conſuetud. Burgund. rubr. 13. §. 7. num. 8. & in cathalog. glor. mund. 11. par. conſiderat. 50. in princip. Sebaſtian. Medic. ſumm. peccat. 2. par. titul. 7. quæſt. 31. verſic. & nota quòd eſt triplex. Petr. à Nauar. tom. 2. de reſtitutione lib. 3. cap. 1. ex num. 288. Franciſ. Marcus deciſ. 529. 1. par. ex num. 1. quas optimè declarat Menoch. de arbitrar. caſ. 413. ex num. 3. Sebaſt. Medices in tract. de venatio. piſcatio. & aucupio. 1. par. queſt. 1. Abb. in cap. 1. nu. 1. de cleric. venat. Pet. Gregor. in ſyntagm. iuris lib. 39. cap. 10. ex num. 1. Summiſtæ omnes in verb. venatio, in principio.

2 AN autem venatio ipſa poſsit prohiberi? regulariter tenendum eſt negatiuè, libertas ſiquidem venandi eſt de iure naturali ſeu gentium. l. 1. in fin. cum duabus ſequentibus, de acquirend. rerum domin. §. feræ. inſtit. de rerum diuiſ. & ideò prohiberi venatio non poterit. l. iniuriarum. §. finali. ff. de iniuriis, Deus enim homini dedit dominari piſcibus maris, volatilibus cœli, atque vniuerſis animantibus quæ mouentur ſuper terram, Geneſis cap. 1. Leuitic. cap. 11. & tradunt Tiraquel. de nobilit. cap 37. num. 150. Chaſſen. in conſuetud. Burgund. rubric. 13. §. 7. numer. 2. Franciſ. Marc. dicta deciſ. 529. num. 14. optimè Natta conſil. 375. ex num. 1. & cõſil. 522. num. 5. & conſil. 604. num. 1. Roland. conſil. 9. volum. 2. ex num. 1. Couar. reg. peccatum. 2. par. §. 8. num. 1. Quintil. Mandoſ. de inhibitionib. ex quæſt. 62. Ant. Cordou. tractat. caſ. de conſcien. q. 119. verſic. el tercero pũto. Aymon. conſil. 314. n. 3. verſic. itaq; non obſtat, Didac. Perez lib. 2. titul. 22. l. 1. pag. 423. verſic. poſſet etiam. Medin. C. de reſtit. queſt. 12. in princi. verſic. & dicendum. Ant. Sçappus de iure non ſcript. lib. 2. cap. 33. ex princip. Volum. 1. opin. pag. 339. verb. venatio inter ea ponitur.

3 EST tamen verum, principes iuſtis de cauſis poſſe venationem prohibere, inferioreſq; teneri ad parendum huic mandato, & quæ ſint iuſtæ cauſæ, conſtat ex Natta conſil. 604. ex num. 2. Cordoua dicta quæſt. 119. ex princip. Guilherm. Benedict. in repetit. cap. Raynuntius, verb. & vxorem nomine. Adel. ex num. 338. Medin. C. de reſtitution. quæſt. 12. verſ. eſt inſuper, Couar. regul. peccatum 2. par. §. 8. num. 1. verſic. nihilominus. optimè Didac. Perez ſupra pag. 423. verſ. at his non obſtantibus, Nauar. in manual. latin. cap. 17. num. 120. verſic. & non poteſt iuſtè. & in num 124. verſic. notandum tamen eſt. Domin. Sot. lib. 4. de iuſtit. & iur. queſt. 6. artic. 4. verſic. nihilominus verò. optimè Petr. à Nauarra tom. 2. de reſtitut. lib. 3. cap. 1. ex num. 278. Franciſ. Marc. in dicta quæſt. 529. num. 15. Natta cõſil. 375. num. 10. & Forus 2. regni Aragon. in titul. de la prohibicion de las caças, & for. 1. de venatio. leporum. Ludo. Lopez 1. par. inſtruct. conſcien. cap. 147. ex principio. Sebaſtia. Medices de venation. 1. par. quæſt. 5. & quæſt. 11.

4 IMMO etiã domini terrarũ ſiue magnates & optimates regni, ſi ſubditis venationẽ per proclamata pœnalia prohibeãt, & ſubditi non cõtradixerint, ſed acquieuerint prohibitioni per longa tẽpora, ipſi domini in futurum quaſi in poſſeſsione prohibendi venationem ex præſcriptione conſtituuntur: ex Chaſſen. conſuetud. Burgund. rubr. 13. §. 7. num. 4. Franciſ. Marcus ſupra num. 15. Grammat. deciſ. 67. ex num. 12. Didac. Perez dicta pag. 423. verſic. negandum tamen non eſt. Balb. de præſcript. 5. quæſt. 5. par. princi. n. 4. Mandoſ. de inhibition. quæſt. 62. ex num. 6. Ludouic. Lopez in dicto cap. 147. ex verſic. de magnatibus. Ant. Scapp. de iure non ſcript. lib. 2. cap. 33. ex num. 7. Aymon. conſil. 658. ex num. 1. Roland. conſil. 9. ex num. 13. volum. 2. latè Natta conſil. 522. ex num. 1.

5 DAMNVM verò quod ſequitur per prohibitionem venationis ex multiplicatione animalium, dominus prohibens, vaſſallis damnificatis in ſuis poſſeſsionibus reſtituere tenebitur: vt tradit Cordou. in dicta quæſtione 119. verſic. el quarto punto, Nauar. in manual. latin. cap. 17. ex num. 120. verſic. 25. qui venatum. Ludouic. Lopez ſupra, verſic. quinto dicitur, & in capit. 148. ex princip. Sebaſtianus Medices de venationib. 1. par. queſtion. 19. num. 2. Didac. Couar. in regula peccatum 2. par. §. 8. num. 11. vbi etiam tradit in num. 12. hoc damnum qualiter eſtimari debeat: pro quo etiam eſt videndus Cordoua dicta quæſtione 119. verſic. el ſeptimo punto es, Ludouic. Lopez in dict. cap. 148. ex colum. 915. verſic. reliqua verò.

6 AN autem capta per venationem in loco prohibito, reſtitui in foro conſcientię debeant, dicendum eſt quod ſic, quãdo animalia ipſa in certo loco eſſent incluſa, neq; ſuã naturalem libertatem haberent eundi quò vellent, cõtra domini voluntatem, vt exemplum cõſtitui poteſt in apibus, quæ in alueo continentur, & in columbis quæ in columbario concluduntur, & in animalibus incluſis in viuariis, leporariis, piſcinis, aut ſtagnis, huiuſmodi enim, qui acceperit contra domini voluntatem furtum committit, & tenebitur reſtituere: pro veritate tamen eſt videndus Medin. C. de reſtitutio. quæſt. 12. verſic. quibus præmiſsis, & in verſic. eſt itaque reſolutio. Couar. dicto §. 8. num. 14. verſicul. ſecundo hinc colligitur, Cordoua dict. quæſtione 119. punto ſexto, verſic. y lo ſegundo, Dominic. Sot. de iuſtit. & iur. lib. 4. quæſt. 6. artic. 4. verſic. quando verò, Petr. à Nauar. de reſtit. tom. 2. lib. 3. cap. 1. num. 277. optimè Sebaſt. Medices, de venation. 1. par. ex queſt. 7. Franciſ. Marc. in dict. queſt. 529. num. 17. optimè Rolan. conſil. 9. volum. 2. ex num. 19. Natta conſil. 375. num. 8. in fin. Didac. Perez lib. 2. titul. 22. l. 1. pag. 424. ex principio, Couar. in dict. §. 8. num. 5. & optimè in num. 14. latè Ludouic. Lopez, 1. par. inſtructor. conſcien. cap. 148. verſic. prima concluſio, ex colum. 910.

7 CAETERVM quia textus noſter ait, quòd Eſau venator erat, quoniã peccator erat: addit gloſ. 1. id intelligi dũ venator per mãſit, ne obiiciatur illud de B. Euſtachio, qui licet venator fuerit, ſanctus tamẽ fuit, quod intelligendũ venit peracta iam pœnitẽtia, vt declarat Franciſ. Marc. in dicta deciſ. 529. ex num. 7. Pet. Gregor. in ſyntagm. iur. lib. 39. cap. 10. num. 13. poſt peractam enim pœnitentiam, eccleſia peccatores non deſpicit, vt in cap. ferrum. diſtin. 50. relato à gloſ. 1. hîc, ſic enim eccl. ſia, à meretricibus aliiſq; peccatoribus pœnitẽtibus, decimas & oblationes recipit, vt in gloſ. verb. dona, in cap. oblationes, 90. diſtin. & facit textus in cap. decimæ, in fin. verſic. peccatorum deſiderat indulgentiam promereri. 16. quæſt. 1. & tradit Abb. in cap. ex tranſmiſſa num. 3. de decimis, vbi Innocen. & Cardin. num. 1. verſ. quarto quæro, Lambertin. de iure patronat. lib. 1. par. 1. artic. 10. in 8. quæſt. principal. num. 13. Tindar. de decim. ex num. 51.

8 CLERICIS verò & Epiſcopis venatio interdicta & prohibita eſt, ex textu in cap. 1. de cleric. venat. cap. 1. 34. diſtin. non enim bonum eſt ſumere panem filiorum & dare canibus: quod quidem intelligendum eſt, niſi id, cauſa recreationis honeſtę, vel ex neceſsitate, vt ſuam ſanitatem defendant, fiat, quibus caſibus aliquando licita & permiſſa eſt venatio, cum retibus, & laqueis, & etiã canibus, ſi cum modeſtia & ſilentio fiat: vt ex Abb. in cap. 1. de cleri. venatio. & ex Summiſtis in verb. venatio, optimè declarat Menoch. de arbitrar. caſ. 413. num. 13. & 16. Angel. in ſumm. verb. venatio. verſic. clericis verò, & ibidem, Tabienſ. in verſic. clericis, & Sylueſt. in verſ. clericis autem. Bernard. Diaz in prax. crimin. cap. 61. num. 6. Didac. Perez lib. 2. titul. 22. l. 1. pag. 423. in principio, Petr. à Nauarra, dict. cap. 1. num. 289. Medin. C. de reſtitut. queſt. 12. colum. 1. verſic. quamquam, Tiraquel. de nobilit. cap. 37. num. 148. Franciſ. Marc. ſupra num. 9. Sebaſtia. Medices de venat. 1. par. quæſt. 8. ex num. 17. & idem in monachis eſſe, tradit Medin. ſupra. Natta conſil. 604. ex num. 2. Franciſ. Marc. ſupra num. 11. Mandoſ. de inhibition. quæſt. 62. n. 4. Iaſ. conſil. 119. vol. 4. num. 7. Medices in ſum. peccat. par. 2. tit. 7. quæſt. 31.

9 QVA autem pœna clerici & Epiſcopi venato-

venatores puniãtur: concludendum est Episcopum tribus mensibus à cõmunione, presbyterum verò duobus, & diaconũ ab omni officio suspendi debere, vt in cap. 1. & cap. 2. de cleric. venat. vbi Abb. in fin. Menoch. dicto cas. 413. num. 17. Francis. Marc. supra num. 9. Sebastia. Medices de venationib. 1. par. quæst. 8. num. 1. & quæst. 9. num. 5. Medin. dicta quęst. 12. colum. 1. Bernard. Diaz in dict. cap. 61. num. 1. Petr. Gregor. in syntag. iur. lib. 39. cap. 10. num. 14. Caietan. in sum. verb. venatio. in versic. secundo ex conditione.

10 CLERICI verò, licet contra prohibi- 14
tionem venationi operã dederint, capta tamen in foro conscientiæ restituere non tenebuntur, vt optimè tradit Couar. in dicta regul. peccatum. 2. par. §. 8. num. 3. Medices de venatio. 1. par. quæst. 3 num. 14. & quæst. 7. num. 12. Petr. à Nauar. dict. cap. 1. ex num. 290. Menoch. dict. cas. 413. num. 19.

11 LAICIS etiam tempore ieiunij & quadragesimę venatio prohibita est, cap. anputatis. 86. distin. eo enim tempore in ecclesia homines conueniri debent argumento textus in can. non oportet. 33. q. 4. & facit illud, aduenerunt dies pœnitentiæ, ad redimenda peccata, & saluandas animas, immutemur habitu in cinere, & cilitio, ieiunemus & ploremus ante Dominum, emendemus in melius quod ignoranter peccauimus. Licet laici eo tẽpore, venationi operã dãtes, capta restituere nõ teneantur, vt tradit Couar. vbi supra num. 3. Sebast. Medices de venatio. 1. par. quæst. 3. num. 12. & quæst. 7. num. 13. & quęst. 11. ex num. 2. Petr. à Nauarra de restit. tom. 2. lib. 3. cap. 1. num. 289. & Summistę in verb. venatio.

12 QVARE autem clericis venatio non autem piscatio interdicta sit, vt sentit glos. 2. hîc, tradit Menoch. dict. cas. 413. num. 20. Francis. Marc. dict. decis. 529. num. 10. Natta consil. 604. num. 3. & vndecim notandæ rationes assignantur per Sebastia. Medic. de venat. 1. par. quæst. 8. cum sequentib.

13 DE custodibus verò montium quibus eorum custodia sub iuramento cõmissa fuit, An teneantur semper & in omni casu ad id quod iurarunt, an verò possint cum aliquibus dissimulare, dissimulante sq; teneantur vero domino montis aliquid restituere, vel si pecunia corrupti id fecerint, ad ipsius pecuniæ restitutionẽ, & cui teneantur? videndus est omnino Medin. C. de restitut. quæst. 12. versic. alia hinc, qui optimè distinguit Anton. Cordou. quæst. 66. Ludouic. Lopez 1. par. instruct. de conscien. cap. 48. col. 913. versic. secundo quòd. Nauar. manual. latin. cap. 17. num. 122. & cap. 25. num. 34. Sot. de iustit. & iur. lib. 4. q. 6. art. 4. vers. præterea, Medin. 1. par. instruc. de confess. cap. 14. §. 30. versic. de aqui se sigue fol. 112. Sylvest. verb. restitutio. el. 3. num. 5. vers. septimum custodes. Sebastia. Medic. in sum. peccat. 2. par. titul. 7. quæst. 31. versic. septimo.

AN autem custodes montium peccent, à venatoribus se abscondentes, vt ingressos intercipiant, aut puniri faciãt, tradit Medin. dicta quæst. 12. versic. si denique vbi resoluit peccare, licet aliter distinguens eam opinionem duram dicat Nauar. dict. cap. 17. num. 124. Cordoua dict. quæst. 66. vers. mas el daño, Ludou. Lopez ex dicta col. 913. vers. ex quo sequitur.

AD TEX. IN CAP. Inolita. 11. q. 1.

COLLECTAN. 57.

SVMMARIVM.

1 *Clerici sunt exempti à iurisdictione iudicis secularis, nec valet consuetudo in cõtrarium, etiam si sit longissimi temporis.*
2 *Clericus vel laicus qui clericum conuenit, & trahit coram iudice seculari, est excommunicandus, & perdit causam: & cui applicetur?*
3 *Quis sit iudex competens ad declarandum supradictæ causæ amissionem?*

QVIA clerici omni iure sunt exẽpti à iurisdictione seculari, vt tradunt Gabr. Saray, in additionibus ad Roman. singul. 414. Rolan. cõsil. 4. vol. 1. ex num. 7. Ioseph. Angles flores Theologic. in quæst. de sacramẽto ordin. pag. 370. in fin. latè Petr. Rebuf. in rubric. de protectio. concordat. ex pag. 813. in principio, Nauar. in cap. nouit, notab. 6. num.

numer. 6. de iudic. Burs at. consil. 93. numer. 26. Felin. in capit. si quis, numer. 1. de maior. & obedien. textus in capit. quamquam, de censib. in 6. Menchac. de succes. creat. §. 22. numer. 58. Ferdinan. Loazes, de matrimon. Reg. Angliæ, dub. 2. numer. 11. Ioan. Gutierrez, in repetit. l. nemo potest, numer. 109. Borgnin. decis. 28. num. 128. par. 2. pulchrè Camil. Borrel. in additionibus ad Bellug. in specul. princip. rubric. 11. §. videndum, in litera G. Volum. 1. commun. opinion. pag. 26. verb. clerici à potestate, optimè Dominicus Sot. in 4. dist. 25. quæst. 2. articul. 2. Valasc. consult. 100. numer. 1. & 8. Borgnin. in repertor. 1. par. in verb. laicus. Francis. Vivius, lib. 1. commun. opinion. 106. numer. 1. pagin. 96. Anton. Scapp. de iure non script. lib. 1. capit. 1. ex numer. 1. & in capit. 2. numer. 1. Carol. Grassal. regal. Franc. lib. 2. iur. 17. latissimè Didac. Couar. in practic. capit. 31. ex numer. 1. optimè & latissimè Michael. Salon. in 2. 2. quæst. 66. articul. 1. controuers. 1. ex column. 1361. Ideò clerici conueniri non possunt coram iudice seculari, ex Hypp. de Marsil. singul. 694. Paul. Fusc. singul. 92. literæ C. Ioan. Gracian. regul. 9. Rolan. consil. 23. volum. 2. ex numer. 7. & consil. 12. volum. 2. ex numer. 35. Alexand. consil. 8. volum. 1. numer. 1. Bernard. Diaz regul. 92. Socin. regul. 80. D. Hieron. Portol. in schol. ad Molin. in §. clericus, numer. 11. Dominic. Sot. in dicta quæst. 2. articul. 2. versicul. sed dubium est vtrum. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæst. 36. numer. 2. doctissimus ac omni laude dignissimus, Reuerendissimus Dominus Episcopus Vestanus, ac Decanus Ecclesiæ Valentin. D. Ioseph. Stephan. de potestat. coact. Romani Põtificis, capit. 11. ex numer. 10. Petrus Rebuf. in dicta rubric. de protect. concordat. pagin. 814. versicul. immò etiam clericum. Quòd in tantum est verum, quod non valet consuetudo etiam centum annorum, vel longioris temporis disponens, vt clerici coram iudicibus laicis in ciuilibus vel criminalibus conueniatur, quia cum sit contra ius diuinum nullo tempore firmari potest, vt tradit Petrus Rebuf. supra pagin. 819. versicul. tertiò infertur. Aufred. ad Capel. Tholos. decis. 126. Roland. consil. 12. volum. 2. ex numer. 43. & consil. 23. volum. 2. num. 9. Didac. Couar. in dicto capit. 31. numer. 5. Læl. de Zanch. de priuileg. eccles. 85. priuileg. Caballin. in milleloq. 844. per textum in capit. clerici de iudic. Iulius Clar. in dicto §. final. quæstion. 36. numer. 3. Rolan. consil. 4. volumin. 1. numer. 13. Roch. de Curt. in capit. final. de consuetud. fol. paru. 51. in colum. 4. versicul. propterea. Et vsque adeò verum est, quòd clerici non possunt conueniri coram iudice laico, quòd hoc procedit etiam clericis consentientibus ac etiam Episcopo consentiente, vt tradit Nicol. Boer. ad consuetudin. Bituricen. titul. de iurisdiction. omnium iudic. §. 21. per textum in capit. diligenti, vbi scribentes, & in capit. significasti, de foro competent. Socin. regul. 80. verb. clericus. Roland. consil. 4. volumin. 1. numer. 10. Capel. Tholos. decis. 126. Roland. consil. 12. volumin. 2. ex numer. 35. Albertus 3. par. statutor. quæstion. 42. Robert. Marant. de ordin. iudic. 4. par. distin. 11. numer. 2. versicul. immò etiam. Lælius de Zanch. supra, priuileg. 87.

2 ET hinc quidem est, quòd clericus vel laicus qui clericum conuenit, & trahit coram iudice seculari, excommunicandus est & causam perdere debet, vt eleganter decidit iste textus, & tradunt hic Archidiac. & Turrecremat. numer. 1. & facit optimus textus in authentic. statuimus. C. de episcop. & cleric. vbi Bald. numer. 1. & Paul. de Castr. numer. 5. Marant. vbi supra, ex numer. 2. Aufred. tractat. de potestat. secul. super eccles. person. regul. 2. numer. 24. Roland. consil. 23. volumin. 2. ex numer. 14. optimè Speculator. lib. 2. partic. 1. titul. de competentis iudicis additione, ex numer. 23. & tradit textus in capit. si diligenti, vbi glos. verbo, causam perdant, de for. competent. & ibi Ancharran. numer. 10. Antonius, numer. 20. Socin. ex numer. 24. & optimè Abbas, numer. 6. & ex numer. 18. Roman. consil. 379. numer. 39. Roland. consil. 16. volumin. 4. numer. 14. Villalob. in commun. opinion. verbo, clericus, numer. 97. Camil. Borrel. in addition. ad Bellug. in specul. Principum, rubric. 11. in §. viso, in litera I. Et ista causa, vt dicũt DD. debet applicari ipsi reo conuento, seu cedit eius lucro, vt tradunt Speculator, in dicto titul. de competentis iudicis addit. in principio. numer. 25. Archidiac.

num.1. & Turrecrem.num.1. in hoc textu, Roland.in dicto consil.23.volum.2.num.14, Turrecremat.in capit.placuit, numer.4.11, quæst.1.glos.verb.causam perdant, in dicto capit.si diligenti,& ibi Anchar.num.4.

QVOD ampliá procedere etiam si actor qui traxit clericum coram seculari sit victus,& succubuerit,quia malam fouebat causam, quia nihilominus tanti condemnandus est quantum valebat ipsa causa, ita tradit Socin. in dicto capit. si diligenti, num.25.versic. & prædicta, de for. compet. quod dicit esse notandum nec reperisse scriptum à Doctoribus, sed certè idē ante eum tenuerat Archidiac. in dicto capit. placuit, numer. 1. & clariùs Turrecremat.ibid. numer. 4.11. quæst.1. Et in tantum est verum, quòd perdere debet causam,quod hoc procedit etiam si actor velit ante sententiam ab actione intentata discedere & desistere, nam nihilominus condemnabitur & declarabitur causam amisisse; verbi gratia, comparet clericus coram seculari iudice citatus, & petit ab illo pronuntiari actorem cecidisse à iure suo propter huiusmodi vocationem clerici ad tribunal laici, replicat actor quod vult desistere,& quod non intendit eo ram eo iudice laico vltra procedere,nihilominus condemnabitur ad amissionem causæ, quia per solam vocationem ad iudicium seculare, in hanc pœnam incidit neq; potest hoc pœnitentia purgari, quia est ius parti quæsitum,ita ait Bal. in authen. statuimus, numer.1.& Paul. de Castro, numer.5. C,de episcop.& cleric.vbi Paul. dicit Doctores ita tenere, & huius opinionis videtur esse glos.1. hic,vbi etiam Archidiac.numer.2.& clarius Turrecremat. numer.2. & sentit idem subobscurè Ancharran. in dicto capit.si diligenti, numer.4. versicul. ad propositum, & quos citat ibid. Socin. numer. 23. qui dicit hunc articulum esse valdè dubium propter varietatem opinionū,quæ in ipso reperiuntur, vt liquet ex glos. verbo,causam perdant, in dicto capit.si diligenti, quæ refert varias opiniones, an hoc casu ante litis contestationem liceat pœnitere absq; amissione causæ? & easdem opiniones reassumunt,ibi Ioan. Andræas,& Anton. numer.22. Panorm. numer. 19. Socin. numer. 23. qui tamen inter se dissidere videntur nec satis in vnum conueniunt, neq; satis declarant quæ in hoc casu sit communis opinio. Ego tamen ab opinione Bald.supra relata,recedendum non existimo,quam de iuris rigore veriorem existimant Socin. & alij vbi supra, licet dicant contrariam opinionem de æquitate quadam procedere.

ILLVD tamen non est omittendum, quòd actor non perdit in hoc casu huiusmodi causam ipso iure,sed per sententiam, vt declarat glos.verb.causam perdant, in dicto capit.si diligenti, vbi Ancharran. ex num. 10. Anton.de Butr. ex numer.20. Abb. numer.18.Socin.numer.26. Villalob. in commun.opinion.verb.clericus,numer.97.Speculat.in dicto tit. de competen.iud.addit. in princip.numer.25.Rolan. in dicto consil.23. volum.2.num.14.Roman.consil.369. num. 39. Archidiac. hic,numer.2.in fin. & etiam Turrecremat.numer.2.

3 AD declarandum autem huiusmodi causæ amissionem erit competens tam ipse iudex secularis, coram quo clericus fuit conuentus, quam etiam iudex ecclesiasticus,vt tradūt Doctores statim citandi, penes quos reperies quatuor vel quinque modos deducendi ad practicam hunc casum, & ibi declarant quo modo,& coram quo iudice clericus conuentus petere debeat seu excipere possit de amissione huiusmodi causæ,vt latè deducit & declarat Speculat.supra numer.25.Roman.cons.369.ex num.39.Abb. in dicto capit.si diligenti,num.20.& ibi Anton.numer.20. ad medium, versic. sed posito,& latius ibidem Socin. ex numer. 27. de foro competent.

AD TEX. IN CAN. renouantes.22. distin.

COLLECTAN. 58.

SVMMARIVM.

1 *Plura de dignitate, excellentia, origine, & præeminentia Patriarcharum referuntur.*

2 *Plures*

2 *Plures sunt casus in quibus quis priuatur re sua,& in quibus etiam cogitur vendere res proprias.*

1 PLVRA de Illustrissimis Patriarchis ecclesiæ, & de eorum numero, prœeminentia, origine, & dignitate,congerunt Albert.Trocius.de ver.& perfect.cleric.lib.1. cap.13.num.4.Guilier.Durand. in rational. diuin.officior.lib.2.capit.1.numer.18. Philip.Decius, in cap.sua nobis, ex numer.18. de confirm. vtil. vel inutil. Felin. in repertor.verb. patriarchæ, fol. 91. optimus textus in capit. antiqua, de priuileg. can.1. & can.2.80.distin.Dominic.Sot.in 4.dist.24. quæstion. 2. articul. 4.versicul. & quidem. Chassen.in catalog.glor.mund.4.par. consider.9.Illescas in 1.par.histor.Pontific.lib. 2.capit.1.fol.56.colum.1. in fine. Nicol.Boerius,de authoritat. magn.concil. numer.50. & 52. Ioan.Selua de benefic.1.par.quæst.2. numer.28. Paul. Fuscius, de visit. lib.1.cap. 2.ex numer.9. Didac. Couar. lib.4. variar. resolut.capit.14. numer.13. versicul. secunda autem sedes. Andræas Gambar.de offic. & potestat.Legat.de latere, lib.2.in rubric. de variis ordinariorum nominibus, ex numer.11. & 25. & ex numer. 244. Rodulph. Cupers, in repetit.capit.oportebat.79.dist. §.Papam ita, ex num.48.& in §. ad quem sensum, ex numer. 16. pagin. 165. Petrus Rebuf.in concordat.titul.de collationib.§. si quis verò, in glos.verb.patriarchales. latè Rosiniac.de re pontif.lib.2.rubric.5.cap.33. & capit.34.Hyppolit.Marsil.de Columna, de ecclesiast.reddit. origine.2. par. capit.11. ex numer.15.Sebast.Medic.de legib.& statut. 1. par.quæst. 12. Albar. Pelag.lib.2. de plantu eccles.capit.17.Lancellot. Conrrad. templ.omnium iudic.lib.2. cap. 1.§.1. verb. cruce vtitur pontif.non curuo pastorali,numer.3.fol.113.& in lib.2.cap.2.§.3. verb. de excellentia & poten. Cardinal. num.2.fol. 145.& latissimè in dicto lib.2.capit.3. de patriarcha,per tot.ex fol.148. Altamiran.tractat.de visitatione, circa textum in capit. 3. Concil. Triden. Sess.24.de reform. in verb. Patriarchæ & Primates, num.2. Didac.ab Alaba, de concil.1. par. capit.6. Et de Patriarcha Grandensi,qui non est de quatuor principalibus Patriarchis loquuntur textus & Doctores,in capit. dilecti. de maiorit. & obedien. de quo & de Patriarcha Aquileiensi, & Venetiarum, est videndus Mandos. in regul. 2. de reseruat. in præfat. ante numer.1.

2 *IN glos. priusquam.* Refert hæc glossa quam plures casus, quibus iure suo quis priuatur sine culpa sua, & ad hoc est similis glossa in verb.Alexandria, in cap.antiqua, de priuilegiis vnde versus,paupertas, odiū, vitium,fauor,& scelus, ordo, personas spoliant, & loca iure suo. Sicut similiter plures sunt casus in quibus quis cōpelliturvendere suam propriā rem,quos congerunt, glos. in verb.totum, in l. Iulianus.§.idem celsus.ff. de action. empt. & glos. in verb. non continet, in l. inuitū. C. de contrahen.empt.& tradunt pulchrè Socin. regul. 425. incip. vendere, optimè Anton. Gomez,tom.2.variar.capit.2. numer.51. Grammat. decis. 75. Ias.in l.nec emere,ex numer.3.C.de iure deliberan.Felin.in capit.1.numer.2.de Iudæis. Didac.Couar.lib.2.variar.capit.3.numer.5. & latissimè lib.3.capit.14. numer.1. Andr. Tiraquel.de retract.linagier,in præfat. numer.15.versic. immò & vendere. Ioan. Igneus,in repet.l.dudum,ex numer. 78. C. de contrahen. empt. latissimè Didac. Perez, lib.2.titul.23.l.2.ex pagin. 433. ex versicul. ista tamen regula fallit.

AD TEX. IN CAPIT. Noli existimare. 23. quæst.1.

COLLECTAN. 59.

SVMMARIVM.

1 *An & quando bellum iustè inferatur,& ibi capta an sint capientium? & plura alia circa hanc materiam remissiuè referuntur.*

2 *An & quando clerici bellum exercere possint,& ibidem,absque vlla irregularitate interesse, & propria manu pugnare?*

1 BELLVM quando iustè inferri potest, & ibi capta an sint capientium, & damna ibi sequuta quo modo restituantur? & plures alias quæstiones circa hanc materiam, quas longum esset in specie recensere, examinant & latissimè prosequuntur Didac. Couarru. in regul. peccatum. 2. par. §. 9. ex princip. & in §. 10. & in §. 11. Didac. Perez, lib. 1. titul. 12. l. 3. per totam glossam, & in lib. 5. titul. 4. l. 2. ex pagin. 162. column. 2. Lancellot. Conrrad. in templ. omnium iudicum, lib. 1. §. 3. verb. bella prouocatus tantum mouere, & in §. 4. verb. infidelibus in auxilium inuocat. Ioan. Matienço, lib. 5. recollection. titul. 10. l. 3. glos. 7. ex numer. 3. Petrus à Nauarra, tom. 1. de restitut. lib. 2. capit. 3. ex numer. 258. Hieronym. Portoles, in schol. ad Molin. §. batalla, numer. 10. optimè Lælius Zecchus de casib. reseru. cas. 13. ex versicul. sexto fallit. Alphons. Azeued. lib. 3. nou. recopilat. titul. 9. l. 8. ex numer. 9. Menchac. de succes. creat, §. 17. numer. 13. & in quæstion. illustr. capit. 9. numer. 14. Ioan. Martinez de Olan. in antinom. in liter. B. ex numer. 26. & in liter. C. ex num. 1. latè Ludouic. Lopez. 1. par. instructor. conscien. capit. 61. latissimè Sebastian. Medices, in sum. peccat. 1. par. titul. 4. ex quæstion. 74. Anton. Cordoua, in quæstion. theolog. lib. 1. quæstion. 39. latissimè Dominicus Bañes. 2. 2. quæstion. 40. ex articul. 1.

ET aduersus hæresim Manichæorum dicentium nullo pacto licere gerere bellum. Et aduersus aliam hæresim Lutheri, qui asserit, non licere Christianis bellare in Turcas, est videndus Sebastian. Medic. in sum. omnium hæres. 1. par. verb. bellum. Alphons. Castro, lib. 3. aduersus hæres. verbo, bellum. Didac. Couarru. in dicta regul. peccatum. 2. par. §. 10. ex princip. Lancel. Conrrad. in dicto verb. infidelibus in auxilium inuocat.

2 CLERICI autem, an & quando bellum exercere possint, vel absque vllo irregularitatis labe bello interesse, etiam exhortando ad victoriam, aut pugnare propria manu? est consulendus Sebastian. Medic. in sum. peccat. 1. par. titul. 4. quæstion. 76. Dominic. Bañes. 2. 2. quæst. 40. articul. 2. Didac. Couar. in clement. si furiosus. 2. par. §. 3. numer. 2. Nauar. in manual. latin. capit. 27. numer. 215. Albar. Pelagius, lib. 1. de plant. eccles. capit. 48. column. 17. in fine, optimè Sylvest. in sum. verb. bellum, el 3. ex princip. Simon. Maiol. de irregularitat. lib. 5. capit. 49. Rodulph. Cuperf. in repetit. capit. oportebat. 79. distin. in §. solius Papæ, ex numer. 14. pagin. 273. Salzed. in additionib. ad Bernard. Diaz, in prax. canonic. capit. 101. in liter. A. pagin. magn. 351. Tabiens. in sum. verb. irregularitas, el 3. numer. 21.

AD TEX. IN CAP. Sacerdos, de pœniten. distin. 6.

COLLECTAN. 60.

SVMMARIVM.

1 *Quibus pœnis afficiatur confessor, qui peccata pœnitentis reuelare præsumit.*

2 *Confessor de licentia pœnitentis potest reuelare confessionem, & eo casu creditur eius dicto, non vero quando reuelat confessionem sine licentia pœnitentis.*

3 *Vocatus in testem si deponit quod in confessione acceperat, quia alio modo id intellexerat non dicitur reuelare confessionem.*

4 *Vulgaris consuetudo detegendi aliquid alicui secretò & sub sigillo confessionis, nisi fiat integra confessio peccatorum, non obligat ad sigillum confessionis, & ideò iuridicè interrogatus tenetur talia secreta reuelare.*

5 *Sacramentalis confessio de crimine committendo facta, an & quo pacto possit reuelari?*

6 *An confessio sacramentalis, matrimonij fauore possit reuelari?*

7 *An*

7 *An & quando sacerdos possit patefacere sacramentalem confessionem, illius qui fatetur se hæreticum esse?*

8 *An sigillum confessionis frangat sacerdos si dicat tale peccatum mortale audiui in confessione?*

1 LEGANS textus est iste, ad probandum cui pœnæ sit obnoxius confessor qui peccata pœnitentis publicare præsumit, pro quo est etiam consulendus textus in capit. omnis vtriusque sexus, in §. caueat, vbi scribent. de pœnitent. & remis. Bernard. Diaz, in prax. canonic. capit. 102. aliàs capit. 109. vbi Salzed. in additionib. in litera A. versicul. detrudatur, & in versicul. quod si sacerdos, pagin. mag. 369. Zilettus, consil. 44. volumin. 2. numer. 2. Sylvest. in sum. verb. confessio, el 3. numer. 4. Lancellot. Conrrad. in templ. omnium iudic. lib. 2. capit. 12. numer. 17. Francisc. Viuius, lib. 2. commun. opinion. 66. Francisc. à Victoria, de sacrament. confession. ex numer. 183. Nauar. in manual. latin. capit. 8. ex numer. 4. & in capit. 18. numer. 51. Dominic. Sot. in 4. distin. 18. quæst. 4. articul. 5. Ioan. Rojas, singul. 3. 4. & 5. ex numer. 36. Ludouic. Lopez 1. par. instruct. conscien. capit. 37. latè Iacobus Menoch. de arbitrar. cas. 414. Felin. in capit. 1. de exception. numer. 3. Gigas, de crimine lesæ maiestat. lib. 2. quæst. 18. num. 1. Felician. de censur. titul. de deposit. ac degradat. capit. 14. pagin. 316. & 317. Simon. Maiol. de irregularitat. lib. 5. capit. 19. numer. 6. & habes infra in 2. par. in collectan. 75. ad textum in capit. officij, de pœniten. & remis. numer. 1. & in collectan. 101. ad textum in capit. pernitiosam, de offic. ordinar. numer. 5. Ioan. Medina C. de confession. in capit. de confessione celanda, ex principio, fol. 106. Bartholom. Medin. 2. par. instruc. de confes. capit. 4. ex princip. fol. 184. Iosephus Mascard. volum. 1. de probation. conclus. 377. ex numer. 2. Viuald. in candelabr. eccles. titul. de sigillo confession. ex numer. 11. Anton. Bernad, in sum. capit. 8. ex num. 1. Angel. de malefic, verb. & hai tradito la tua patria, num. 18. & ibi Augustin. in additionibus.

2 ERIT tamen confessor reuelans confessionem à supradicta pœna immunis (vt multi autumant) in quamplurimis casibus, & Primus erit quando talis reuelatio fit ex proprio confitentis consensu, vt latissimè tradunt Ioan. Medin. C. de confes. in capit. de licentia confitentis ad reuelandum confessiones, fol. 114. Mascard. in dicta conclus. 377. numer. 10. Episcop. de Elna, in director. curator. capit. 6. §. 4. versicul. a lo vltimo dize, pagin. 82. Bartholom. Medina, in dicto capit. 4. versicul. saluo en vno, y es quando. Didac. Couar. in 4. 2. par. capit. 8. §. 12. numer. 11. Viuald. in candelabr. eccles. titul. de sigil. confes. numer. 13. Nauar. in manual. latin. capit. 8. numer. 15. versicul. decimo nono quod nec ille. Gigas, de crimine lesæ maiestat. lib. 2. quæst. 18. numer. 8. Victor. in sum. titul. de confes. numer. 187. Angel. in sum. verb. confessio, el 8. numer. 5. Sylvest. verb. confessio, el 3. numer. 2. Salzed. in additionib. ad Bernard. Diaz, vbi supra, pagin. magn. 367. versicul. vnus tamen casus. Et quidem vt refert Iosephus Mascard. in dicta conclus. 377. numer. 9. quotiescunque sacerdoti data fuisset à tali confitente facultas, vt confessionem manifestaret, & huiusmodi sacerdos esset fide dignus tunc crederetur dicto illius sacerdotis, & hoc casu dictum vnius testis plenè probat, quòd etiam aduertit Anton. Gabriel. lib. 1. commun. opinion. titul. de testib. conclus. 1. numer. 28. Felin. in capit. nemo, in principio, de simonia. Volum. 1. commun. opin. pag. 33. vers. confessio seu ea, & faciunt ad hoc quæ tradit Augustin. Beroi. quæst. 12. per totam, aliàs enim si sacerdos reuelaret confessionem sine licentia pœnitentis nihil noceat, nec probat in iudicio dicta confessio pœnitentialis, ex Felino, in capit. denique, numer. 3. de exception. & tradit Didac. Couar. in dicto capit. 8. §. 12. numer. 10. versicul. immò si sacerdos. Iaf. in l. 1. §. huius studij, numer. 6. de iustit. & iure, & in l. patre furioso, numer. 7. ff. de iis qui sunt sui vel alien. iuris. Iosephus Mascard. in dicta conclus. 377. numer. 1.

3 VLTERIVS confessarius qui vocatus in testem, ante iudicem exponit, quòd in confessione acceperat, quia alio modo idipsum intellexerat, non di-

citur sigillum confessionis dissoluere, dummodo ita prudenter deponat ac si nunquam quippiam tale, in confessione percepisset, quauis cautius faciet si omnino reticeat, nisi vrgente necessitate, vel causa rationabili: pro hoc tamen casu valdè difficili & pro ipsius intelligentia sunt omnino consulendi Sylvest. in sum. verb. confessio, el 3. numer. 2. versicul. quinto cum quis peccatum. Nauar. in manual. latin. capit. 8. numer. 15. Anton. Bernad, in sum. capit. 8. numer. 14. Ludouic Lopez. 1. par. instructor. conscien. capit. 37. versicul. non est fractor. Vivald. in candelabr. eccles. titul. de sigillo confes. numer. 34. doctissimus Ioan. Gutierrez, lib. 1. canonicar. quæstion. capit. 11. numer. 74. Episcop. de Elna, in director. curator. capit. 6. §. 4. versicul. dize allende desto, pagin. 82. Ignatius Salzed. in dicto capit. 109. pagin. magn. 369. versicul. nec silentio prætermittendum est, & hoc ipsum fatetur Nauar. in explicatione istius textus numer. 161. pagin. magn. 264. & in repetit. capit. inter verba. 11. quæstion. 3. corolar. 65. numer. 806. pagin. magn. 236. Angel. in sum. verb. confessio, el vltimo, num. 7. versic. quartus casus est.

4 SECRETVM etiam quod sacerdoti committitur (vt vulgò dicitur in secreto confessionis) & si genibus flexis, signum crucis, & confiteor præmittatur, nisi fiat integra sacramentalis confessio peccatorum, non obligat ad sigillum confessionis, sed ad sigillum seculare, & ideo si iuridicè quis interrogetur à iudice, aut in testem vocatus sit, potest, ac debet talia secreta etiam nullo obstante iuramento seruandi reuelare iudici. Pro huius tamen dubij vera intelligentia sunt consulendi Nauar. in manual. latin. capit. 8. numer. 17. versicul. vigesimo tertio, & in capit. 18. numer. 55. Ludouicus Lopez. 1. par. instruct. conscien. capit. 37. versicul. etiam peccatum. Viualdus supra, titul. de sigillo confession. num. 15. post medium, & in numer. 37. Ioan. Medin. C. de confes. titul. de confessione celanda, versicul. quod etiam fidelitas, pag. 107. Ioan. Gutierrez, lib. 1 canonicar. quæstion. capit. 11. numer. 47. & 48. Dominicus Sot. lib. 5. de iustit. & iur. quæst. 7. articul. 1. ad primum. Salzed. in addition. ad Bernard. Diaz, in prax. canonic. capit. 109. versicul. est autem perpetua memoria dignum, pagin. magn. 369. & plura habes in 2. par. in collectan. 27. ad textum in capit. intimauit, de testib. numer. 1. & tradunt etiam Dominic. Sot. in 4. distin. 18. quæst. 4. articul. 5. versicul. quinta ex iis colligitur conclusio, pagin. 816. Abb. in capit. qualiter, el 1. numer. 7. in fine, de accusationib. & in capit. omnis vtriusque sexus, numer. 25. de pœniten. & remis.

5 CLERICVS etiam (vt multi autumãt) à supradicta pœna erit immunis, cum crimen aliquod committendum in reipublicæ damnum sibi detegitur. Nam cum confessio sit de crimine commisso, non verò de committendo, sacerdos eo modo quo securius, & cautius fieri possit, ne tale crimen perpetretur, reuelare debet cui prodesse, & non obesse possit, vt tradit Hieronym. Gigas, de crimin. lesæ maiest. lib. 2. quęstion. 18. numer. 11. Sylvest. in sum. verb. confessio, el 3. quæst. 5. versicul. tertio si quis. Abb. in capit. omnis vtriusque sexus, numer. 24. de pœniten. & remis. & quos allegant Didacus Couar. in 4. 2. par. capit. 8. §. 12. numer. 10. Ignatius Salzed. in addition. ad Bernard. Diaz, in prax. canonic. capit. 109. in liter. A. versicul. erit tamen clericus, ex pagin. magn. 366. Bartholom. Medin. 2. par. instruc. de confes. capit. 4. ex principio, fol. 184. qui omnino sunt consulendi pro vera resolutione & intellectu istius grauissimi articuli, quem etiam examinant Angel. de malefic. verb. & hai tradito la tua patria, numer. 18. vbi etiam Augustinus, in additionib. & Bartholom. Chassen. consil. 1. versicul. ad secundum præ suppositum, numer. 16. In quo dubio aduertendum est, quòd quamuis vt verius & receptius semper existimaui, teneri sacerdotem præfato damno publico obuiare, monendo Episcopum, præsidem, vel alium cui ea res curæ fuerit, vt inuigilet super gregem suum, eo quòd eum lupus rapax tentat inuadere, & similiter quamuis possit alia facere confessor, quibus obuietur delicto committendo, nunquam tamen potest reuelare personam, etiam si sola illius expressio sit remedium illi hæresi fugandæ, vel impediendæ, vel aliis delictis reprimendis nihilq; aliud sufficiat. Neque enim potest vnquam tam graue periculũ ec

clesiæ

clesiæ vel reipublicæ imminere, quo non sit grauius violare huius confessionis sacramentum, vt post alios supra tradit Nauar. in repetit. illius textus ex numer. 124. Iacobus Simanc. de cathol. institut. capit. 42. numer. 14. Dominic. Sot. in 4. dist. 18. quæst. 4. articul. 5. versicul. & quamquam. Francis. Viuius, lib. 2. commun. opin. 66.

6 VLTERIVS clericum esse excusandum ab huiusmodi crimine censent aliqui, quando sacramentalem confessionem in iudicio patefecit vt matrimonium aliquod probetur, quia hoc casu arcanum sacramentalis confessionis reuelari licet, vt tradit Roman. in l. si non speciali, colum. penul. C. de testament. ad quòd allegat glossam quam dicit singularem, in verb. qualiter tibi constiterit, in capit. tua nos, de sponsalib. & matrimon. & eandem sententiam sequuntur Iason. in l. 1. §. huius studij, numer. 6. ff. de iustit. & iur. & in l. patre furioso, numer. 7. ff. de his qui sunt sui vel alien. Chassen. consil. 1. versicul. ad secundum præsuppositum, numer. 17. sunt tamen consulendi pro veritate huius dubij Fortun. Garsia, in dicta l. 1. §. huius studij, numer. 21. ff. de iustit. & iur. Salzed. in additionibus ad Bernard. Diaz, in prax. canonic. capit. 109. in liter. A. versicul sunt etiam ex nostris, pagin. magn. 367. Iosephus Mascardus, volumin. 1. de probation. conclus. 377. ex numer. 4. Didacus Couar. in 4. 2. par. capit. 8. §. 12. ex numer. 9. qui omnes veriorem esse contrariam opinionem profitentur. Nec huic sententiæ videtur repugnare glossa in dicto capit. tua, de spons salib. & matrimon. nam si ea diligenter introspiciatur, non dicit, neque intelligit confessionem factam in foro pœnitentiali, posse adduci in foro iudiciali, sed tantum in eodem foro pœnitentiæ, vt non obscurè demonstrant illa verba, hoc ei confessus fuit pœnitentiali iudicio, in quo cuilibet est credendum, expone verbum, in quo, ideſt in quo iudicio pœnitentiali, & non iudiciali, dum de hoc foro iudiciali nulla fuerit facta mentio, & ideò ad illud relatio fieri non potest. Quinimò in postremis verbis dilucidè dixit dicta glossa, quòd in iudicio pro tribunali nulla fides haberetur ei in præiudicium tertij, quod clarius patet ex ratione quam glossa reddit, ibi, quia sibi soli potest præiudicare, & quod non est verisimile quòd sit immemor suæ salutis, hæc enim non possunt accommodari in foro iudiciali, quia si confessio in illo casu probat, non præiudicat sibi soli, sed parti aduersæ, cum ex ea confessione iudicaretur deceptam esse puellam, & matrimonium non esse, ex quibus indubitabilis redditur supradicta opinio cui vltra alios supra, eam sequuntur Simon. Maiol. de irregularitat. lib. 3. capit. 25. in §. affinitas, versicul. est etiam hic. Sylvest. in sum. verb. confessio, el 3. quæstion. 12. numer. 7. Bartholom. Medin. 2. par. instruc. de confes. capit. 4. versicul. como si vno, fol. 186. peritissimus omniq; laude dignissimus, pietate, religione, ac integritate vitę laudatissimus, dominus Doctor Ioan. Gutierrez, lib. 1. canonic. quæstion. cap. 11. numer. 50.

7 ALIQVI etiam censent posse facere dotem sacramentalem confessionem reuelare, quando aliquis se esse hæreticum confitetur, & minime vult de tam graui crimine pœnitentiam agere, nec alios prodere quos hæreticos esse scit, vt tenet Alberic. de Rosatis, in rubric. C. de hæretic. numer. 8. Palat. Rubeus, in repetit. capit. per vestras, notab. 3. §. 26. numer. 9. sacerdos enim (vt isti asserunt) non est astrictus sigillo confessionis, quia hæreticus ille non vult agere pœnitentiam, pro quorum opinione bene facit versiculus ille vulgaris: est crimen hæresis, quod neque confessio celat. Hanc autem Doctorum opinionem veram non esse satis constat, ex his quæ tradit Iacob. Simancas, de catholic. institution. capit. 42. numer. 14. Nauar. in repetit. istius textus, numer. 119. Ignatius Salzed. in dicto capit. 109. pagin. magna. 368. versicul. non tamen deficiunt. Ioan. Rojas, singul. 3. 4. & 5. ex numer. 36. Ioan. Gutierrez, lib. 1. canonicar. quæstion. capit. 11. numer. 51. quæ opinio mihi verior & sequenda videtur, nisi quando hæretici simulata confessione hæreses suas persuadere conantur ipsismet confessoribus, tunc enim confessores possunt propalare tales hæreticos, vt tradunt Iacob. Simanc. in dicto cap. 42. numer. 15. & Salzed. supra, pag. 369. vbi asserunt, in hac sola specie verum esse, & procedere, supra allegatum versiculum

est crimen hæresis, &c. pro qua etiam resolutione videbis quæ habes in 2. par. in collectan. 101. ad textum in capit. pernicioſam, de offic. ordinar. num. 5.

8 CONFESSOR etiam dicens tale peccatum mortale in confeſsione audiui, dummodo in perſonæ cognitionem deueniri minime poſsit, non frangit ſigillum cõfeſsionis, ex Nauar. in manual. latin. capit. 8. numer. 12. verſicul. neque ille. Viuald. in candelabr. eccleſ. titul. de ſigillo confeſ. numer. 33. Victor. in ſum. titul. de ſacrament. confeſsionis, numer. 189. Ludouic. Lopez, 1. par. inſtruct. conſcien. capit. 37. verſicul. neque qui dicit, colum. 295. ſed melius eſt omnino tacere in hac materia, per ea quæ tradit Abb. in capit. omnis vtriuſque ſexus, numer. 8. de pœniten. & remiſ.

AD TEX. IN CAP. Serui autem. 54. diſtinctione.

COLLECTAN. 61.

SVMMARIVM.

1 *Serui, quare ad ſacros ordines promoueri non poſsint?*
2 *Serui ſi de facto promoueantur ſciente aut domino ignorante, An remaneant liberi & ordinati?*

1 SERVVS igitur ex hoc textu nullo modo ad ſacros ordines promoueri poteſt, ne obſcuretur maxima ſacerdotij dignitas, & auctoritas minuatur, vt deplorat Baſil. in epiſt. 8. ad Euſebium Epiſcopum. Eſt enim irreligioſum obligatos exiſtere ſeruituti, qui ſacri ordinis ſuſcipiunt dignitatem vt ſunt verba Concil. 4. Toletan. in can. 73. & quamuis libertas non ſit de ſubſtantia ſacramenti, ſicut nec membrorum integritas, eſt tamen ad ordinum vſum neceſsaria: nam cum per ordinum ſuſceptionem homo diuinis officiis mancipetur, debet eſſe ſui iuris, vt libere miniſterio eccleſiæ poſsit vacare, ex Domin. Sot. in 4. diſt. 25. quæſt. 1. articul. 3. verſicul. tertia concluſio. Guilierm. Epiſcop. Pariſienſ. de ſacramen. ordinis, in verſicul. excipiuntur etiam, fol. 183. Salzed. in additionib. ad Bernar. Diaz, in prax. canonic. capit. 19. in liter. A. pagin. magn. 58. Et ea ratione non licet ordinibus inſignito, ſaltim in ſacris, ſeſe in ſeruitutem tradere, niſi inſignis aliqua pietas interceſſerit, vt ex D. Auguſtin. lib. 1. de ciuitat. Dei, capit. 10. & D. Gregorio, lib. 3. dialog. capit. 2. canit ſancta eccleſia catholica in die 22. menſis Iunij, de beato Paulino Nolanæ eccleſiæ piiſſimo Epiſcopo, qui ſe ipſum ſponte Tyrannis, in ſeruitutem tradidit, vt viduæ filium captiuum redimeret, qua in ſeruitute (vt narrant Hiſtoriæ & Simon. Maiol. de irregularit. lib. 1. capit. 35. numer. 7.) Regiis hortis colendis cum eſſet adſcriptus, tam pie viuebat, vt barbaris ipſis charus fuerit, & nouo poſtea Regi ob ſanctimoniam acceptiſſimus libertate donatus, cum aliis multis concaptiuis conciuibus, magnamq; etiam frumenti copiam ab eodem dono habuit, qua Nolanæ plebi famen patienti ſuccurrerat.

2 ET circa huius textus deciſionem, an ſcilicet ſeruus poſsit promoueri ad ſacros ordines, & quid fieri debeat ſi de facto promoueatur ſine licentia ſui domini, vtrum fiat liber, vel ab ordinibus ſit ſuſpenſus, & quid quando domino ſciente fuit ordinatus? eſt conſulendus Bernar. Diaz, in prax. canonic. capit. 19. pagin. mag. 57. Albert. Trocius, de vero & perfect. clerico, lib. 2. capit. 4. & capit. 5. Felician. de cenſuris, titul. de irregularit. capit. 6. verſicul. ſerui hoc eſt, pagin. 431. Dominic. Sot. in dicto verſicul. tertia concluſio. Lælius de Zanchis, de priuileg. eccleſ. 34. priuileg. Hoſtienſ. in ſum. titul. de ſeruis non ordinan. numer. 7. Sylueſt. in ſum. verb. ſeruitus, numer. 6. vbi etiam omnes ſummiſtæ. Ioan. Paul. Lancellot. lib. 1. inſtit. Iuris Canonici, titul. 25. in §. ratione, & in §. ſi tamen, & ibi etiam Marc. Antonius Cucchus, lib. 1. titul. 5. §. 1. Simon. Maiol. de irregularitat. lib. 1. cap. 35. ex numer. 3. vbi in numer. 9. aduertit, quòd non ſolum ab ordinibus arcentur ſerui, verum etiam ab ipſo religionis ingreſſu, & idem tradit Albert. Trotius in dicto lib. 2. capit.

capit. 5. numer. 2. Angel. in ſumma, verb. religioſus, num. 5. Et quidem iam antiquiſsima & optima conſuetudo lege regia comprobata, inter omnes chriſtianos inualuit, vt bello victi chriſtiani non efficiantur chriſtianorum ſerui. l. 1. titul. 29. par. 2. Boer. deciſ. 178. & in conſuet. Bituricen. titul. 1. de iure perſonarum. §. 1. gloſ. 1. Couar. regul. peccatum. 2. par. §. 11. numer. 6. Iacob. Simancas, de catholic. inſtitutionib. capit. 61. numer. 2. vbi in numer. 4. dicit, quòd cum iam ſerui non ſint niſi Mahometani, & AEthiopes, perfidi homines, & ſtolidiſsimi, non eſt opus hodie multa diſputare de ſeruis.

AD TEX. IN CAP. Presbyterum, 56. diſtin.

COLLECTAN. 62.

SVMMARIVM.

1 *Spurij non poſsunt promoueri ad ſacros ordines, nec eorum patres aſcendere ad maiorem gradum & dignitatem.*
2 *Spurij ſi fiant monachi poſsunt ordinari.*
3 *Conſtitutio facta à Pontifice Sixto V. circa illegitimos regulares, eſt hodie moderata per S. D. N. Gregor. XIIII.*

1 VT filij presbyterorum & cæteri ex fornicatione nati non promoueantur ad ſacros ordines ſtatuit iſte textus, & capit. 1. de filiis presbyter. vbi ſcribẽtes, & facit illud Deuteronom. capit. 23. non ingredietur (inquit) Manzer (hoc eſt de ſcorto natus) in eccleſiam Domini vſque in decimã generationem: quem ingreſſum in eccleſiã, non alio ſenſu capi oportet, quam nè eccleſiaſticis officiis defungatur, quę interpretatio comprobatur in capit. per venerabilem in fin. qui filij ſint legitim. Sicut illa quoq; verba, in decimam generationem, ad hunc ſenſum trahi debent, ſcilicet vt perpetuo excluſus cẽſeatur, vt decimus numerus pro perpetuo accipiatur, vt ſcribit Anton. Fonſeca in additionib. ad Caietan. ſuper dicto capit. 23. Et tametſi eo in capit. ſoli Manzeres ſcorto nati excludi videantur, vt in textu habetur, velut ibi Caietan. ſcribit, ex adultera: tamen idem eſt in quocunque illegitimo, vt probatur in capit. niſi cum pridem. §. perſonæ, de renuntiat. vbi gloſ. Immò hodie in eorum parentum odium meritò à Summo Pontifice Pio V. Motus Proprius eſt promulgatus, quòd clerici filios habentes ad maiorem gradum & dignitatem non tranſeant, ſed in ſtatu, gradu, & dignitate, in qua ſunt, permaneant; vt refert Rojas, de ſucceſsion. capit. 27. numer. 19.

2 NIHILOMINVS tamen ex diſpoſitione iſtius textus & dicti capit. 1. de filiis presbyter. dicti illegitimi ſi fiant monachi poſsunt ad ſacros ordines promoueri, & idem tradit Bernar. Diaz, in prax. canonic. cap. 14. & ibi Salzed. in additionib. in litera B. in verſic. ſi tamen illegitimus, pag. magn. 34. Ioan. Paul. Lancellot. in inſtitut. iur. canon. lib. 1. tit. 25. §. presbyterorum. Simon. Maiol. de irregular. lib. 1. capit. 10. numer. 2. Ioan. Rojas, de ſucceſſ. capit. 23. ex numer. 109. Hyppolit. de Marſil. in rubric. de fideiuſſor. numer. 123. & in ſingul. 501. incip. tutum eſt, numer. 3. Lælius de Zanchis, de priuileg. eccleſ. 33. priuileg. ex num. 1. Et quãuis hęc procedant de iure, adſunt tamen cõſtitutiones Motu Proprio factę à Pontifice Sixto V. in quibus ſpurij arcentur à religionis ingreſſu & à receptione ſacrorũ ordinum, & ab aliis quamplurimis priuilegiis, quibus huc vſq; fruebantur, tam vigore iuris, quam priuilegiorum ſuorum ordinum.

3 HODIE tamen ad manus noſtras peruenit moderatio prædictarum Conſtitutionum facta à S. D. N. Gregorio XIIII. quam hic præter inſtitutum meum in hoc opere, inſerere viſum fuit, quia multis me gratum facturum exiſtimo, dans operam vt omnibus in his partibus innoteſcat, quam quia recens edita, paucis notã eſſe mihi perſuaſum eſt, tum vt tanti beneficij ſemper ſint memores illegitimi regulares, qui virtutum meritis, & ſcientia, natalium defectum, & maculam abſterſerunt: cuius tenor talis eſt.

CIRCVNSPECTA Romani Põtificis, prouidentia ea, quæ rationabilibus cauſis, authoritate Apoſtolica ſancita fuerunt,

runt, ipsa rerum experientia suadente, ex aliis interdum non minus iustis causis moderatur & immutat, prout in Domino conspicit salubriter expedire. Sanè licet aliàs fœlicis recordationis Sixtus Papa V. prædecessor noster, nonnulla circa qualitates modum, & formam admittendi Religiosos ad quoscunque Ordines salubriter statuerit, prout in duabus desuper, prima videlicet sub datum sexto Calendas Decembris Anno Tertio, & altera sub datum duodecimo Calendas Nouembris, anno Quarto sui Pontificatus editis constitutionibus latius cõtinetur. Quia tamen vsu cõprobatum est, multa inuenta fuisse impedimenta, propter quæ ea quę in præmissis statuta fuerũt, exe cutioni mandari minimè potuerunt. Vnde quamplures literis, & pietate insignes viri à sancto proposito regularem ducẽdi vitam abducti, ac impediti, atq; etiam alij diu cum maxima eorum laude in Religione versati ab illius dignitatibus, honoribus, prælaturis cum nõ modico Religionis, & ordinum huiusmodi detrimento repulsi, & inhabiles penitus redditi fuerint. Nos igitur ea qua docuit experientia salubriter fuisse constituta confirmare; quæ verò moderatione aliqua indigere moderari volẽtes, ac dictarum constitutionum, & inde sequutorum quoruncumque tenores etiam veriores presentibus, pro expressis habentes, Habita cum venerabilibus fratribus nostris, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, super negociis, & consultationibus Regularium deputatis, matura deliberatione, de eorundem consilio prædictas constitutiones in ea parte qua cauetur, ne illegitimi ex certo inibi expresso damnato thoro, vel complexu ad quamcunq; Religionem, neq; ad habitum, aut professionem regulares, sed tantum ad habitum Conuersorum, aut famulorum in Monasteriis, aliisq; locis regularibus seruientium admittantur, etsi post dictam Constitutionem professionem emitterent, voluit illam nullius esse momenti. Et in altera parte, in qua illegitimè genitos, etiam ante ipsas constitutiones professos vigore priuilegiorum, aut indultorum Apostolicorum cuiuis ordini Religioni, Monasterio aut Cõgregationi, eorumve Superioribus in genere, vel in specie concessorum, etiam ipsi per ingressum Religionis, vel per eosdem Superiores legitimatos, seu ad gradus, honores, & dignitates habilitatos seu integratos ab honoribus, gradibus, & dignitatibus quibuscunq; tam antiquis, quàm aliis priuilegiis, literis Apostolicis, indultis, aut declarationibus, nõ obstantibus excludi, ac dispensationes quascunq; aut legitimationes non suffragari, neque in futurum cum his nisi à Sede Apostolica, Priuilegiis, quibuscunq; non obstantibus dispensari posse voluit; authoritate Apostolica tenore præsentium ad terminos iuris reducimus, & moderamur, ac omnes dispensationes, & habilitationes vigore priuilegiorum, aut indultorum Apostolicorum cuiuis Ordini Religioni Monasterio, aut Congregationi, eorumve Superioribus in genere, vel in specie, vt præfertur, concessorum, quæ tempore constitutionum huiusmodi vsu recepta, & non sub vllis aliis reuocationibus comprehensa e ant per quoscunq; eorum Superiores factas, in pristinum statum, & validitatem, in quibus ante ipsas constitutiones existebãt, restituimus, & reintegramus. Volentes nihilominus eisdem Constitutionibus non obstantibus, eos qui quouis modo illegitimè procreati fuerint ad habitum, & professionem regulares admitti posse quemadmodum admitti poterant si supradictæ Constitutiones editæ non fuissent. Ita tamen, vt cum de recipiendis quomodocunq; illegitimè natis, ad habitum & professionem Ordinum quorumcunque agetur, ij ad quos huiusmodi receptio spectat, præter alia ex quibus de dictarum constitutionum præcepto circa quoscunq; etiã legitimos disquirere debent, diligenter eorum vitam, & mores inquirant, & ita demum recipiant, si tamen bonam indolem, & virtutis specimen præseferant, ac tot eis merita suffragentur, vt Natalium suppleant defectum, eorumq; receptio Religionis cõmodo, & vtilitati profutura videatur. Et super hoc ipso ij ad quos, vt dictum est, pertinet huiusmodi receptio matura deliberatione habita ita censuerint, & iudicauerint, dũmodo tamen filius illegitimus in Religione, in qua pater, siue ante, siue post natiuitatem dicti filij professus fuerit, ipso patre viuente non admittatur, quod expresse prohibemus. Volumus queq; ac statuimus licere generali, aut Prouinciali singulorum Ordinum, aut Congregationum, aut Hospitalium,

lium, ad quos dicta dispensatio spectat iuxta tenorem priuilegiorum, & indultorum Apostolicorum eis concessorum, quæ dummodo vsu recepta, nec aliàs sub vllis reuocationibus comprehensa fuit, vt præfertur, in hac parte reualidamus cum illegitimis, quos aliàs dictus Generalis, aut Prouincialis cum Generali Prouinciali, seu intermedio Capitulo, & nõ aliàs suffragantibus meritis dignos iudicauerint, ad honores, gradus, & dignitates obtinendas dispensare, ac dispensationes huiusmodi pro tempore ita factas, & inde sequuta quæcunq; vt antea valere & tenere, perinde ac si supradictæ constitutiones non emanassent. Cæterùm cum acceperimus, nonnullarum Religionum, & Ordinum, præsertim Monachalũ Monasteria ita instituta esse, vt in eis perpetua quędam filiatio constituatur: Ideoq; receptio nouitiorum in vnoquoq; Monasterio ad superiorem Prælatum, & Capitulum eiusdem Monasterij tantùm pertineat, quæ etiam Monasteria, vt plurimum inter se lõgè distant, nec Generalia, Prouincialia, aut intermedia Capitula, nisi raro celebrare solent. Ideo statuimus, vt Superiores illorum Monasteriorum de consensu sui Capituli prælabita simul cum his, de quibus in vnaquaq; Religione, aut monasterio iuxta eius constitutiones recipiendus interrogari solet, aliqua informatione super his, quæ in dictis constitutionibus continentur, ad receptionem huiusmodi procedere valeãt, dum tamen antequam ad professionem admittatur, plenaria, & eo modo, prout in dictis cõstitutionibus habetur, inquisitio fiat, quę postea ab his, à quibus in prædictis Monasteriis examinari solent, diligenter examinetur, & approbetur, & demum omnia in dicto Capitulo coram Superiore referantur. Volentes, quòd Superiores prædicti cum eorũ Capitulo, aut vbi consuetudo non fuerit celebrandi Capitula cum tribus, aut quatuor, ad id in generali Congregatione per vota secreta deputatis, seruatis eorum regularibus institutis, ac supradictis omnibus eandem in recipiendis Nouitiis habeant authoritatem, quæ per dictas constitutiones Prouincialibus Capitulis est attributa. Decernentes sic, & non aliter per quoscunq; Iudices & Commissarios quauis authoritate fungentes, etiam eiusdem Romanæ Curiæ Cardinales, & causarum Palatij Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate vbique iudicari, & diffiniri debere, Irritum quoq; & inane, quicquid secus super his à quoquam quauis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac quibusuis aliis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisq; contrariis quibuscunq;. Volumus autem, quòd præsentium transumptis, etiam impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius Prælati, vel personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ obsignatis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud adhibeatur, quę eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reductionis, moderationis, restitutionis, reintegrationis, prohibitionis, reualidationis, statutorum, voluntatum, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romę, apud Sanctũ Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo nonagesimo, Idus Martij, Pontificatus Nostri Anno Primo.

AD TEX. IN CAP: Qui bis, de consecrat. distinct. 4.

COLLECTAN. 63.

SVMMARIVM.

1 *Sacramentum Baptismi non est iterandum.*
2 *An rebaptizatus possit ad sacros ordines promoueri?*
3 *Expositus cuius parentes adeò latent, vt omnino sit incertum an fuerit ex legitimis nuptijs cõceptus, vel an fuerit bis baptizatus, an possit promoueri ad sacros ordines?*

4 *Bis baptizans aliquem, Acolitus & rebaptizatus sunt irregulares nec possunt sacris ordinibus insigniri.*

5 *Ex reiteratione omnium sacramentorum quæ imprimunt characterem contrahitur irregularitas, quæ impedit receptionem sacrorum ordinum.*

1 SANCTA mater Ecclesia nõ semel diffiniuit sacramentum baptismi non esse iterandum, vt probant Concil. Tridentin. Sess.7.canon,11. Alphons.Castro,lib.3. aduers.hæreses, verb.baptismus, in Sexta hæresi.Bernar.Diaz, in prax. canon.capit.18.pagin.magn.36.Couar.in clementin. si furiosus, in init. 1. par. numer.8. Dominic.Soto, in 4. distin.3. quæst.vnica, articul.9. Viuald.in candelabr.eccles.titul. de baptismo,numer.45.Repertor.Inquisit. verb.baptismus, in versic.sed iteratio,pag. 67.Sebastian.Medices, in summa omnium hæresum,verb.baptismus,in Sexta hæresi. pagin.mihi 69. S. Thom. in 3. par. quæst. 66.articul.9. Francisc.Pegña,in 1. par. director.comment.10.pagin.38. Francis.à Victoria,de sacramen.titul.de baptismo,num. 36.vbi refert quã pessima abusio sit aliquarum partium rebaptizare sub conditione, sed debet parochus diligenter quærere an puer sit baptizatus,& si cõpererit quòd sic, nullo modo debet eũ rebaptizare,si vero cõstet oppositum,debet eum baptizare, si autem sit vere dubium,determinat ecclesia in cap.2.de baptismo quod baptizetur sub cõditione.

2 ET quidem rebaptizatus in tantũ odio habetur ab ecclesia vt ad sacros ordines promoueri prohibeatur,siue ignorans siue sciens quis rebaptizetur vtroq; enim casu irregularis est, vt attestatur magis communis Doctorum opinio, & colliges ex Bern. Diaz in dicto capit.18.& ibidem Salzed.in additionib.pulchrè Simon.Maiol.de irregularitat.lib.3.capit.14.ex princip.Viuald.in candelab.eccles.titul.de baptismo, numer. 46.Felician.de censur. titul.de irregularit. quæ in genere contrahatur ex animi vitio, pagin.438. versic.sicut autem. Ioan. Paul. Lancellot. in lib.1. institut. iuris canon. tit. 25.§.scienter autem.Albert.Trocius,de vero & perfecto cleric.lib.2.capit.13.ex num. 1. Nauar.in manual. latin. capit.27. numer. 246.Couar.in clemen. si furiosus. 1. par. in initio,numer.8.

3 ET quia filij expositi possunt esse rebaptizati,merito examinant Doctores,an dicti expositi possint promoueri ad sacros ordines? vt per Simon.Maiol.de irregul. lib. 1.cap.11. Couar.vbi supra, num.9. Paleot. de noth.& spur.capit.63. Viuald.in candelabr.eccles.titul. de irregular. ex illegitim. numer.126.Felin.in capit.cum deputati, numer.10.de iudic.

4 SIMILITER etiam bis baptizans aliquem, Acolitus etiam qui ministrat,sicut & ipse rebaptizatus omnes sunt irregulares,nec promoueri possunt ad sacros ordines,nec in susceptis ministrare,quamuis id proueniat ex ignorantia iuris aut facti,iuxta textum, in capit.2.de apostat. circa cuius intelligentiam & quis dispenset in hoc casu,sunt consulendi Sylvest.in sum. verb.irregularitas,num.6. Couar.in init. clement. si furiosus.1.par. numer.8. latè Simon. Maiol.in dicto lib.3.capit,14. Dominic. Soto, in 4.distin.3.quæst.vnica,articul.9.Victor. in summa,titul.de baptismo,numer.36. Viuald.supra,in titul. de baptismo, ex numer. 45.latè Bartholom.Humada,in l.9.titul.4. par.1.in glos.3.fol.34. Anton. Cordoua, in in tract.cas.de conscien.quæst.37. Bernard. Diaz,in prax.canon.capit.15.vbi latissimè Salzed. in additionib. quem etiam vide in pagin.38.versic.quæstiones. Pro resolutione illius dubij,an scilicet is qui bis sacramẽtum confirmationis susceperit vel contulerit irregularitatis labe notetur?in quo vt verius resolue,irregularitatem contrahi ex reiteratione omnium sacramentorum quæ characterem imprimunt, quæ vt dicit Alphons.Castro,lib.3.aduersus hæreses,verb. baptismus, in §. Sexta hæresis, in fin. Sunt tria baptismus, scilicet,cõfirmatio, & sacer ordo,& hæc est magis communis opinio,vt colligitur ex Nauar.in manual. latin. capit. 27.numer.246.& 247. Simon.Maiol.in dicto lib.3.capit.15.ex principio. Tabiens. in summa,verb.dispensatio,numer.14.versic. quartus decimus. Couar. in dicto numer. 8. versic.sed & illud. Bartholom. Humada, in l.11.titul.4.partit.1. glos.3. numer.1. fol.34. & probat id cap. dictum, de consecr.dist.5.

5

A D

AD TEX. IN CAP. Adrianus,el 2. 63.distin.

COLLECTAN. 64.

SVMMARIVM.

1 *Carolus Magnus habuit potestatem & priuilegium eligendi Romanum Pontificem, ac Archiepiscopos & Episcopos Regni,& quamuis eius successor Ludouicus Imperator præfato priuilegio renuntiauit quo ad ius eligẽdi Pontificem, non vero renuntiauit quantum ad inuestituram Archiepiscoporum & Episcoporum,& in hoc declaratur opinio Carol.Molinei.*

2 *An Imperator sit dominus totius mundi?*

3 *Multi sunt Reges exempti,qui non subsunt Imperatori.*

1 PER hunc textum concessit sancta Synodus Carolo Magno ius & potestatem eligendi Pontificem Romanum,& ordinandi Apostolicam Sedem, nec non & Archiepiscopos,& Episcopos regni instituendi, & vt nullus consecraretur,nisi à Francorum rege laudatus & inuestitus esset.Et hinc quidẽ Carolus Magnus, & post eum Ludouicus Pius, Francorum reges,& Romanorum imperatores publicis legibus editis statuerunt, vt Episcopi per electionem cleri & populi secundum statuta canonum, de propria diœcesi (remota omni personarum & munerum acceptatione) propter vitæ meritum,& sapientię donum eligerentur,vt exemplo,& verbo,sibi subiectis prodesse valerent, vt probat cap. sacrorum canonum 63. distin.ex quibus infert, & quãplurimis iuribus probat Carol. Moline. in consuetud.Paris.titul.1.in principio, num. 26. quòd licet idem Ludouicus postea renuntiauerit præfato priuilegio,in persona Paschalis Papę primi,quantum ad electionem, & promotionem Summi Pontificis,quam Romanis liberè concesserit, vt eo ab illis vno consilio, atque vna concordia,sine aliqua promissione electo, & more canonico consecrato, legati ad eundem Ludouicum, vel successores suos Reges Francorum dirigerentur: gratia mutuæ amicitię,charitatis,ac pacis conciliandæ,vt patet in capit.ego Ludouicus,63.distin.adhuc tamen nunquam renuntiauit huic priuilegio, quantum ad inuestituram Archiepiscoporum & Episcoporum, vt non nisi de eius consensu ordinarentur & consecrarentur, vt patet per illum textum, & apertius per textum in capit. Reatina, eadem distin. & idem tradit Ioan. Selua, de benefic. 2. par. quæst.23.nu.31.Quę licet apud me vera sint, nunquã tamẽ placuit opinio eiusdem Carol. Molin. dicentis, Ludouicum Imperatorem renuntiare non posse in pręiudicium imperij,& successorum suorum ius,& inuestituram Archiepiscoporum & Episcoporum. Quemadmodum enim renuntiauit vnã partem priuilegij istius textus, scilicet ius eligendi Romanum Pontificem,potuit etiam & alteram renuntiare,hoc est,ius inuestiendi Archiepiscopos,& Episcopos, hoc autẽ non renuntiauit nec forsan potuit,ex ea ratione (ni fallor,& habita semper censura Sanctæ Romanæ Ecclesiæ,cuius correctioni id refero) quia non tantum ad eum tale ius spectabat ex priuilegio istius textus,sed etiam de iure communi,secundum quod reges sunt patroni maiorum ecclesiarum sui principatus,vt ex Bal. in capit. quanto, de iudic.colum.vltim.& in prooem.Rex pacificus,colum.2. Corset.in tract. de excellen. Regis,quæst.34. notat Lancel.Conrrad. in templ.omn.iudicum,lib.1.capit.2.§. de magnitudine regum,num.15. Couar. in regul. possessor. 2.par. §.10. numer. 5. qui probat quod Regis interest nosse, qui sint, qui ecclesias intra eius prouintiã sunt administraturi. Vnde quia nociua posset ei esse renuntiatio istius iuris communis,meritò nec renuntiauit nec (forsan) potuit, in præiudicium imperij, & successorum suorum quo pacto est intelligendus Carol. Moline. vbi supra.

2 *IN glos. per singulas.* Per hanc glossam,& per textum in l.deprecatio. ff.ad legẽ Rhodiam, quæri solet, An Imperator sit dominus totius mundi?de quo,& quo pacto id intelligi debeat,explicat Alphan.in collectan.

lectan.numer.4.Rolan.consil.88. volum.1. ex num.7. Anton.Gabriel.lib.5. commun. opin. titul.de acquiren. rerum domin. conclus.3.latissimè Didac.Couar.in regul.peccatum. 2. par. §. 9. numer.5. multum benè Chassen. in catalog. gloriæ mundi, 5. par. considera.28.Michael. Vlcurrun.de regimine mūdi.2.par.quæst.3.per totam,in volum. 14.tract.Anton.Sola,in constitut.Sabaudię titul. de iure emphyteot. glos. 1. numer. 1. Marcus Salon,in l.3.Tauri, numer.704. & 710.Menchac. controuers. illustr.capit.20. per totum. Anton. Cordoua de Lara in l. si quis à liberis.§.si quis ex his,numer.98. ff. de liber. agnoscen. Ferdinan.de Mendoça, disputat.iur.lib.1. capit.5. num.25. Federic. Scot. responsi.1. ex numer.60. lib.8.tom.2. Nauar.in capit.nouit,notab.3. ex num.161. de iudic.Castal.de Imperat.quæst.52.Ioan. Igneus in disput.An Rex Francię recognoscat Imperatorem? per tot.Anton.Scap.de iure non script.lib.5. capit.7. numer.5. Bellug.in specul.principum, rubric.14. §. veniamus,ex numer.6.

3 *I N eadem gloss. Per singulas, in fine.* Optima & communis glosla est ista,quatenus probat multos esse Reges,ac Principes qui non subsunt Imperatori, pro quo sunt consulendi Abendañ.de exequen.mandat. lib.1.capit.1.numer.7. & capit.4. numer.1. latissimè Carol. de Grassal.regal. Franciæ, lib.1.iur.6. Iaf.in l.cunctos populos,numer. 11.C.de summ.Trinitat.& in l.Gallus.§.& quid si tantum,numer.92. ff.de liber.& posthum.& in l. ex hoc iure, ex numer.25. ff. de iustit. & iur. Roman. consil.298. num.1. Carol.Moline. vbi supra,numer.30.in fine. Didac. Perez, in proœm. legum ordinam. quæst.1.versic.qua propter.pagin.6. Palat. Rubeus,in præfat.de donat.inter virum & vxorem,numer.18. Abb.in capit.per venerabilem,num.37.qui filij sint legitim. Burg. de Paz in proœm.leg.Tauri,ex numer.32. & in num.144. & in l.3. numer.712. versic. & idem dicas. Anton.Gabriel. lib. 5. commun.opin. titul.de acquiren. rerum dominio, in concluf.3. ex numer. 3. Ioan.Bañez Parlodorus, rerum quotidianar. capit. 3. in princip.numer.7.Nicol.Vbald.de Perusio. de succeff.ab inteftat.1.par.numer.32.Ioan. Feraldus,tractat.de iuribus & prœmin.Regū Franc.num.3.Abb.in cap.ficut,el 3.num. 18. de iur. iurand. & ibi additio in litera C. Ioan.Martin.de Olano, in præfat.antinom. nu.2.& 12. Ioan.Matienç.in dialog.relat.3. par.cap.34. num.5. Lancellot.Conrrad.in templ.omnium iudic.lib.1.capit.2.§.3.num. 6.folio.102. Belluga in specul. princip. rubric.12. §.quædam, num.70. & in rubric.6. numer.3.vbi Camil.Borrel.in additionib.in litera C. & idem Bellug. in rubric.11. §. his igitur,numer.2. vbi optima additio Borrel. in litera A. Ioan.Redin,de maiest.princip. in §.Imperatoriam maiestatem,ex num.35. Couar.in regul.peccatum.2.par.§.9.nume. 9.Iacob.Menoch. consil.2. volum.1.ex numer.102. Didac.Perez,lib.3.titul.1.l.1.pag. 456. versic.præterea & sexto. Guid.Pap. decis.239.numer.2. Camil. Borrel. in regia aragonum.§.3. glos. 1. num.46. Sebastian. Medices, de legib.& statut.1.par.quæst.18. numer.7. & quæst.19. ex numer.4. Thom. Cerdan,in lib.visita dela carcel capit.6.numer.11.Rhenat.Choppin.de domat.Franc. lib.2.tit.1.num.13. D. Augustin.Morlanes, in respons. pro villa de Castellon, ex numer.222.& 226.

AD TEX. IN CAN. Si quatuor.23.quæst.8.

COLLECTAN. 65.

SVMMARIVM.

1 *Pluribus eundem hominē vulnerantibus, an omnes sint homicidæ? & An omnes illi censeantur irregulares? ita quòd nō possint promoueri ad sacros ordines, vide in numer.2.*

3 *An ex eo quod sanguis fluat ex vulnere hominis occisi in præsentia alicuius,præsumatur ab illo occisus?*

4 *Si vnus occidit alium nec apparet per testes quis eorum fuerit aggressor: quis eorum de iure præsumatur aliū aggressum fuisse, vel ad defensionem fecisse?*

1 TORSIT quamplurimū mentes scribentium, quæ pœna sit contra plures vulnerantes vnū, tam in rixa,quam sedato animo si vel

si vel ex vno,vel ex pluribus vulneribus sequuta est mors. Pro quo dubio sunt consulendi A Egid.Bossius, in prax. titul. de homicid.ex numer.26. Bar.in l.si rixa, numer. 10, ff. ad leg. Cornel.de sicar. Doctores,in capit.significasti,el 2. vbi Felin.ex num.9. & Anan.numer.23,de homicid. Ioan. Martinez de Olan,in antinom.in litera P. num. 82.Ioseph.Ludouic.decis.Lucens.16.num. 5.& ex numer.8.Alexan.consil.15. volum. 1.ex numer.1.& in consil.50.volum.1. num. 7.Zasius,lib.2.singul.intellect. cap.6. Gundisalu. de Villadiego, de irregularit. capit. 6.ex numer.45. Iul.Clar. lib. 5. §. homicidium,ex numer.37.latissimè Petr.Plaça de delict.cap.12.ex princip. Couar.in clemen. si furiosus.2.par.§.2.numer.3. Hyppolit. de Marsil.singul.217.incip.ter vel quater.glos. in verb plures percusserint,in l.item Mela, §.sed si plures.vbi etiam Doctores, & in l.si ita vulneratus.§.idque.ff.ad leg. Aquil. Tiraquel.de pœn.temper.caus.63. ex numer. 1. optimè Anton Gomez,tom.3.variar. capit.3.numer.36.pulchrè Iacob.Menoch.de arbitrar. cas. 362. optimè Rolan. consil. 63. volum. 2. ex numer. 1. Ludouic. Carrer. in prax.titul.de homicid. §. quinto quæro, ex numer.1.fol.111.

2 AN autem omnes supradicti percussores sint irregulares,ita quod nō possint promoueri ad sacros ordines sine dispensatione?est consulendus Couar.in dicto numer.3. Michael.Salon.2.2. quæst.64. artic.8. controuer.3.versic.ex quibus,colum.1239. Alexand. consil.50. volum.1. numer.7. Simon. Maiol.de irregularit.capit.48.§.4.num.9. Anan.vbi supra, numer.22. Viuald. in candelabr.eccles.2.par. in titul. de irregularit. opem vel auxilium dantis,numer.291.

3 ELEGANS tamen dubium examinandum se offert in hac materia, An verum sit illud,quod vulgo circumfertur, An scilicet ad cognoscendum quis ex pluribus fuerit homicida,sit sufficiens aut saltim magnū indicium quod sanguis fluat ex vulnere hominis occisi in præsentia ipsius aspicientis corpus,& non fluat post eius recessum? pro quo, & qui huius rei causas varias scire cupiat,perlegat Hyppolit.de Marsil.in prax. crimin. §.diligenter, num.81. Thom. Garbū,lib.2.summæ medicinæ scientiæ,tract.4. quæst.11.& lib.1.tract.5.quæst.31.& est vide dus Anton.Gomez,tom.3.var. cap.13.num. 15.A Egid.Bosius,in prax.tit.dedelinquente,num.2.ad finem.& in titul.de homicidio, numer.106.latè Boer.decis.166. Iacob.Menoch.de arbitrar.cas.270. numer.16.& de præsumpt.lib.1.quæst.89.num.128. & est videndus etiam Iacob.Nouel.regul.184. latè Hieronym.Maggius,lib.3.miscellan.cap.5. A Egid.Roman.quæst.25.in 5.quodlib.Ioan. Maior.in 4.distin.15.quæst.14.optimè Marcellus Donatus, de medica historia,lib. 2. cap.1.fol.37.versic.quo ad tertiū. Bertazzol. consil.320. numer. 5. vbi optima additio in litera A. latè Galeottus Martius,de doctrina promiscua,capit.22.ex pagin.232.versic. his igitur declaratis.

4 EXAMINANT etiam Doctores aliud dubium pulchrum,& valdè necessarium, An si forte quis occidit aliū, quorum vnus fuit aggressor,sed nescitur nec potest constare quis eorum sit,an superuiuens homicida præsumatur & aggressor, vt teneatur pœna mortis,an verò interfectus & occisus præsumatur aggressor,vt homicida excusetur? pro quo quidem dubio sunt consulendi Anton.Gomez,tom.3.variar.capit.3. numer. 25. optimè Nicol. Boer. decis. 237. latè Alciat.regul.3. præsumpt.39. latissimè Iacob.Menoch.de arbitrar.cas.363. Blanc. in prax.crimin. 3. par. ex numer.13. pagin. 886. Iul. Clar.lib.5. §. final.quæst.47. num. 10.& in quæst.60.numer.31. Guilierm.Benedict.in repetit. cap. Raynuntius,in verb. qui cum alia matrimonium,num.263.Cotta in memorab.verb.mortuus.Barthol.Humada,in l.1.tit.16.glos.3.par.1. Flammin.Chartar.de execut.senten.capto bannit.in præfation.num.55.& in cap.final.ex numer.245. Tiraquel. de primogen. quæst.17. opin. 6. numer. 17. & de pœn. temperan. caus. 62. Carpanius in cap. homicida, ex num.450. pulchrè Sebastian. Medices, in tract. mors omnia soluit,1.par.ex numer.63.

AD TEX. IN CAP. Omnes decimæ, 16. quæst.7.

COLLECTAN. 66.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *An decimæ debeantur de iure diuino ministris spiritualium?*
2 *Exceptio compensationis non impedit solutionem decimarum.*
3 *An decimarum collectores prohibere possint, ne fructus ab area tollantur quousque decima sit soluta?*
4 *An laici teneantur proprijs expensis deferre decimas ad horrea clericorum?*

1 DISPVTANT Doctores, an decimæ iure diuino debeantur sacerdotibus ministris spiritualium? & quidem pro hoc sunt consulendi Alphon. Veracruz, in spec. coniug. 2. par. artic. 21. versic. patet etiam pag. 433. Alphonſ. de Castro, lib. 5. aduersꝰ. hæreſes, verb. decimæ. Sebastian. Medices, in ſumma omnium hæreſ. 1. par. verb. decimę, numer. 41. latè Couar. lib. 1. variar. reſolut. capit. 17. ex numer. 2. Camil. Borrel. in reg. aragon. §. 2. gloſ. 1. numer. 314. Bellug. in ſpecul. princip. rubric. 13. §. tractemus, ex numer. 3. vbi etiam Camil. Borrel. in additionib. in litera A. & C. Gigas conſil. 119. ex numer. 2. Alexan. conſil. 60. volum. 4. textus & Doctores in capit. parochianos, de decim. Paul. Fuſc. de viſitat. lib. 2. capit. 21. numer. 40. Nauar. manual. latin. capit. 21. ex numer. 28. Didac. Perez, lib. 1. titul. 5. l. 1. pagin. 117. ex princip. Petr. Rebuf. tractat. de decim. quęſt. 1. ex numer. 2. Domin. Soto de iuſtit. & iur. lib. 9. quæſt. 4. articul. 1. & articul. 3.

2 VTRVM autem petenti decimam obſtet exceptio compenſationis, reſpondendum eſt quod non, ſed eſt executio ſtatim facienda, vt referunt Abb. in capit. tua nobis, num. 10. de decim. Ludouic. Roman. ſingul. 551. incip. an ſacerdoti. Didac. del Caſtillo, in l. 64. Tauri, fol. 194. colum. 1. verſic. adde fallit in cauſa. Salzed. in additionib. ad Bernar. Diaz, regul. 99. verſic. adde & limita primo. Iaſ. in §. in bonæ fidei, inſtit. de actionib. Didac. Perez, lib. 1. titul. 5. l. 1. pagin. 124. in fine. Rebuf. in dicto tractat. de decim. in quęſt. vltima, numer. 19.

3 ET an decimarum collectores prohibere poſsint ne fructus ab area tollantur, queuſque decima ſibi ſit ſoluta? ſunt conſulendi Vincen. de Frãch. deciſ. 117. Guid. Pap. deciſ. 283. Tiraquel. de retract. linagier. §. 1. gloſ. 7. numer. 39. Didac. Perez in dicto titul. 5. l. 2. in gloſ. defendemos que de aqui adelante. Couar. lib. 1. variar. capit. 17. num. 8. verſic. quartum eſt aduertẽdum. Aufred. ad Capel. Tholoſan. deciſ. 109. verſic. adde quod ille cui. & in deciſ. 433. verſ. ſed nunquid rector eccleſiæ.

4 ET an laici teneantur de iure decimas deferre ſuis expẽſis, ad horrea clericorum? examinant Couar. lib. 1. variar. capit. 17. nu. 8. verſ. octauo ex his. Vincen. de Franch. deciſ. 124. Iaſ. in l. 2. quæſt. 37. numer. 92. C. de iur. emphyt. Didac. Perez, ſupra, titul. 5. l. 3. in gloſ. vayan por el diezmo. gloſ. verb. in horrea, in capit. reuertimini. 16. quæſt. 1. Et quamuis opinio prędictorum Doctorum ſit, laicos teneri deferre decimas ad horrea clericorum, vt id etiam tradit Cœpol. de ſeruitut. vrban. prædior. capit. 72. Abb. numer. 5. in capit. ex parte, el 2. numer. 5. de decim. & Capel. Tholoſan. deciſ. 433. incip. item fuit quæſitum nunquid ruſticus? Seruanda tamen omnino eſt conſuetudo diœceſis in qua decimę colliguntur, ſecundũ Hoſtienſ. in ſumma, titul. de decim. §. final. verſic. ſextodecimo quæro. argumen. textus in capit. in quibuſdam. de decim. vbi conſuetudo in ſolutione decimarum conſideratur, & conſuetudo facit ius, & nõ leuem authoritatem præſtat in iudiciis, ex cap. final. de conſuet. & gloſ. verb. approbata, in capit. cum dilectus, de fide inſtrumentor. & copioſè probant Pinel. l. 2. 2. par. capit. 4. numer. 2. C. de reſcind. vendit. Crauet. in princip. de antiquitat. tempor. 1. par. ex num. 42. Sarmient. lib. 1. ſelectar. cap. 15. num. 4. Rolan. conſil. 69. volum. 3. num. 62. Camil. Borrel. in additionib. ad Bellug. in ſpecul. princip. in rubr. 11. §. his igitur, in liter. C. & textus & ſcribentes in capit. final. de conſuetud.

FINIS PRIMAE PARTIS.

SECVNDA PARS

CONTINENS COLLECTANEA AD DECRETALES,

AVCTORE PETRO CENEDO, DECRETORUM Doctore, & Eccleſiæ Beatæ Mariæ de Pilari Canonico.

AD TEXTVM IN CAP. COGNOSCENTES, de conſtitutionibus.

COLLECTAN. I.

SVMMARIVM.

1 *Lex aut conſtitutio noua, quando reſpiciat præterita, & quando futura.*
2 *An iuſtè vnus, pro alterius crimine puniatur?*
3 *Lex noua à quo tempore liget.*

1 IBI quoties vero EX his verbis communiter in dubium reuocari ſolet, An, & quando, lex vel noua cõſtitutio trahatur ad præterita, & quando ad futura? Pro quo ſunt conſulendi Franciſ. Conan. lib. 1. commen. cap. 9. ex numer. 8. Philip. Deci. in cap. quoniam, ex numer. 10. & ex numer. 45. de conſtitut. Abb. in cap. paſtoralis. §. verum quia, num. 2. verſ. & ex hoc infertur, de appellat. Auguſtin. Beroi. in capit. 1. ex numer. 90. de vſur. Abb. in capit. quoniam, numer. 3. de ſimon. Bellug. in ſpecul. princip. rubri. 41. §. leges regni, numer. 15. verſic. primum eſt. Quintilian. Mandoſ. in regul. 9. reſeruat. quæſt. 3. Petrus Foller. in praxi canon. 2. par. capit. 4. numer. 94. Sebaſtianus Medices, in tractat. de legib. & ſtatutis 4. par. quæſt. 35. Burgos de Paz, in l. 3. Tauri numer. 37. Cauallin. in milleloq. 607. Alphonſ. Azeued. lib. 2. nouæ recopilat. titul. 1. l. 6. ex num. 1. Ioan. Baptiſta a S. Seuerino in l. omnes populi num. 45. ff. de iuſtit. & iur. Camil. Borrel. in regia Arago. §. 1. gloſ. 2. num. 12. Bernard. Diaz. regul. 136. alias 137. Benedict. Capra in commun. opin. pagin. 491. verb. conſtitutio noua etiam; Didac. Couar. lib. 3. variarum reſolut. capit. 13. numer. 4. Petr. Rebuf. in l. verbum oportet it. ff. de verbor. ſignific. verſic. primo derogatur. Lancellot. Conrrad. in templ. omniũ iudic. lib. 1. cap. 2. §. 4. verb. legem generalem ſolus condit. numer. 7. latiſsimè Ioan. Gracian regul. 295.

Iacob.Menoch. de arbitrariis casu 185. numer.26. Bursat.consil.214.volum.2. ex numer.21. Ioan. Matiençolib.5. recollection. titul.10.l.3. in glos.16. Tiraquel. de primogen.quæst.43.numer.17.l.7.leges. C. de legibus.Natta consil.66.numer.3.Socin.consil.106. volum.4. numer.6. Baldi consil.93. volum.4. & consil.95. volum.4. numer.3. Alexand. consil.96. volum.2. ex numer.3. & consil.141. volum.2. numer. 8. & consil. 190.volum.2.ex num.8. & consil.7.volum. 2.num.4.& 13. Insignis præceptor Doctor Ioan.Sahagun, vir sanè ingenij claritate & doctrina laudandus in cap.final.de sequestration.possess.& fruct.numer.87.Andr. Tiraquel. in præfation. de retract. linagier. ex num.18.

IN gloss. culpa caret. An iustè,& quãdo innocens ob alterius crimen & delictum puniri valeat? tradit Felin. in capit. ex insinuatione numer.4. de simoni. Anton.Cordoua de Lara in l. si quis à liberis, §. idem rescripsit,num.6.ff.de liber.agnoscen.additio margin. ad Abb. in capit. referente, de delict.puer.numer.3.in litera D. Simanc.de catholic.institutionib.capit.9.ex numer.4. latè Didac.Couar. lib.2. variar. resolution. capit.8.ex numer.1.versic.secunda quandoque,Osasc.in decis.Pedemon.88.numer.2. Roland. consil. 74. volum. 3. ex numer.11. optimus textus vbi etiã scribentes in l. fancimus. C. de pœnis. latissimè Alphonsi. de Castro lib.2. de iusta hæreticorum punitione capit. 10. & capit. 11. Sanctus Thom. & Caietan. 2.2. quæst. 108. articul.4. Mantua singul.2.ex num.2.Flamin.Chartar.de execution. senten. capto bannit. in præfat. ex numer. 71. Hieronym. Portoles in tractat. de consortibus capit.37.numer.4.latè latissimè Petrus Sanchez 3. par. histor. moral. titul. de la vida de Romulo y Remo.§.11.ex versic.mas porque. fol.286. latè Alph.Hojeda de benefic.1.par.c.23.ex n.104.Anton. Gomez de delict.c.2. nu.13.vers.pœna autẽ, tradit latè Iul. Clar.lib.5.§. final.quæst.86. ex numer.1.latissimè Simancas de catholic. institutionib. capit.29. ex numer. 1. Iodoc. Damhouder. in praxi criminal. capit. 62. numer.9. Sylvester in summa,verb. pœna, numer.23. & ibi etiam Angel. in num.3. & habes infra in 3. par. in collectan. ad capit. quicunque. §. hæretici autem, de hæretic. lib.6.latè Iacob. Menoch. consil.99.vol.1. ex numer.208. Roland.consil.74. volum.3. ex principio, optimè Ioan. Matienç. lib.5. recollection. titul. 16.l.10. glos.1. ex numer.21.

3 *IN gloss. ante prohibitionem.* A quo tempore lex vel nova constitutio incipiat ligare? est videndus Dominic. Soto de iustit.& re lib.1. quæst.1.artic.4. Abb.in capit.1.de postul. prælat. ex numer 9. & 11. Menoch. cas.185.& cas.420.numer.27.Didac.Perez lib.8.titul.15.l.2.pagin.309. in glos. quc no passe adelante, Cosmas in pragmatic. sanction. in tit. de concubinariis in principio, in glos.duos menses, fol.166. Paul. Fusch. de visitat.lib.1. capit.33. numer.7. Ludouic. Gomes in principio procem.regul.Cancel. Innocen.8.versic.nam lex non incipit ligare,Rebuf.in additionib. ad regul. 1. cancellariæ,in glos.ex tunc.optimè Felin.in repertor. verb. lex quando incipit ligare. fol.75. Ludouic. Messia in pragmatic.taxæ panis, concluf. 6. numer. 6. & optimè concluf. 7. numer.9.& 10.latè Alphonf.Azeued.lib.2. nouæ recopilationis,titul.1.l.1.ex numer.7. versic.quarum, & facit ad hoc,textus in authentic.vt factæ nouæ cõstitution.in principio,collation 5. glos.verb. intra duos menses, in capit.mouerit, de senten. excommunicat. Bartholom. Humada in l.16. titul. 1. part.1. glos.4. numer.7. folio 20. Camillus Borrel.in regia Aragonum. §.1. glos. 2. ex num.7. optimè Alphon. de Castro lib. 1.de potestat.leg.pœn. c.1.col.10. versic. hoc tamen hac conditione, Belluga in speculo princip.rubric.47.§.sciendum ex num. 15. vbi Camillus Borrellius in additionibus in litera B. Bern. Diaz in regul. 428. incipit lex. Burgos de Paz in procem. l. Tauri, ex numer. 298. & in l. 3. Tauri, numer. 378. versic.rursus.Sebastian.Medices in tractat. de legibus & statutis 4. par. quæst.34. latissimè Anton. Gabriel in lib.6. com. opinion.tit.de legibus & constitut. concluf.4. Volu.1.com. opin. pag. 491. verb. constitutio noua si disponat.Doctores in cap.cum tu, de vsuris, Cardinal.in procem. Clementin.in verb.vniuersitatis, num. 3. vbi etiam additio marginalis in litera A. idem Cardinal. in Clementin. dudum, in verb.nos etenim,num.1.versic.quinto quæro,de sepulturis,Cosin.in procem.pragmat.sanct. §. quæ omnia

omnia, in glos. illico, versic. quæ verba faciunt,& habes supra in 1. par. in collectan. 1.numer. 5. Cauallin. in ægidian. constitut. lib.4.cap.38.in glos.F.pag.264. Caualcan. decis.30.ex numer.9.Hieronym.de Monte variar.iur. quæst.11.num.6. Mencha. contr. illustr. capit. 44. optimè Ioan. Gracian,regul. 296. Bursat.consil.200.volum.2.ex numer.102.qui in numer.106. ait, quòd vt præsumatur ignorantia & pœna euitetur,sat esset allegare legem non fuisse publicatam in eo loco,vbi pœna exigi voluit.

AD TEX. IN CAP. 7. Quæ in ecclesiarum,de constitutionib.

COLLECTAN. 2.

SVMMARIVM.

1 *An, & quando clerici & ecclesiæ ligentur statutis laicorum?*
2 *An lex iusta obliget in conscientia?*
3 *Legis ciuilis transgressor,quãdo peccet mortaliter.*
4 *Plura aduersus pauperem,ob propriam culpam & vitium.*

1 ADVERSVS eos qui falsis vtuntur ponderibus & mensuris, est videndus Iodoc. Damhouder. in prax. criminal. capit. 123. Anton. Gomez. l. fin. Taur. num. 12. textus & Doctores in l. item quæritur. §. qui impleto. ff. locat. Mandos. in prax. titul. de ingratitud. capit. 111. versic. nonnulli adulterinis, Hieronym. Portol. in schol. ad Molin. §. falsitas, ex num. 9. Bonifac. in titul. de pœnitent. falsan. mensur. Menoch. de arbit. cas. 317. Ludouic. Messia in pragmat. tax. pan. conclus. 5. ex num. 30. Carrer. in prax. titul. de homicid. §. ac etiam vt sciamus, numer. 23. fol. 234. Guid. Pap. decis. 490. & in singul. 994. Thom. Cerdan in lib. visita de la carcel cap. 13. num. 20. Ludouic. Lopez in struc. consc. 2. par. capit. 42. colum. 321. versic. deinde quæritur, Ioan. Matienço lib. 5. recollec. titul. 13. l. 2. in glos. 5. & in glos. 6.Ælius Zecchus de casib. refer. cas. 18. Robert. Marant. de ordin. iudic. 4. par. dist. 11. titul. iudic. seculare & eccles. ex num. 44. & clericus aliquid vendens cum falsa mensura punitur à iudice laico, ex Ludouic. Messia in dicta conclus. 5. num. 29. & habes supra in 1. par. in collectan. 37. num. 18.

2 ET mensuras & põdera populo tradere ad quẽ spectat; tradit Ioan. Matiẽço in dict. lib. 5. tit. 13. l. 1. in glos. 1. vbi in num. 3. quòd mensuræ & pondera regio sigillo signari debent, de quo etiam agit in l. 2. glos. 2. num. 2. & vide eundem in dict. l. 1. glos. 1. numer. 4. vbi tradit mensurarum & põderum, primus inuentor quis fuerit? de quo etiam est videndus Polydor. Virgil. de inuent. rerum lib. 1. capit. 19.

3 *IBI, iusta.* Idest legalia, secundum legem consuetudinem vel conuentionem partium, iuxta. l. Imperatores. ff. de contr. emp. & argumento textus in. l. circa. C. locat. & tradit Matienço supra titul. 13. l. 1. in glos. 2. vnde non dicitur mensura iusta, quæ olim fuit

fuit legalis, & hodie non seruatur, iuxta ea quæ in simili de monetis adducitur ab Abb. consil. 56. volum. 2. Alexand. consil. 104. volum. 1. Matienço supra in dict. l. 2. in glos. 8. Tiraquel. de retrat. linagier. §. 1. glos. 20. num. 14.

4 *IBI, pœniteat.* Hic est vnus & ordine vigesimus quartus, ex canonibus pœnitentialibus relatis in fine decreti, & est decimus sextus in ordine, ex relatis ab Hostien. in sum. de pœniten. & remis. §. quæ pœna, num. 60. versic. vt autem sacerdos, & à Ioan. Fero in exam. ordinan. titul. de sacram. pœniten. in fin. ex pagin. 170. Erant enim antiquitus crebri canones pœnitẽtiales, quibus sacerdotes erãt alligati ad iniungendas pœnitentias sacramentales, enimuerò pro quòcunq; criminali vitio, vt habetur in capit. hoc ipsum. 33. quæst. 2. imponebantur septẽ anni pœnitentiæ, pro quo articulo erit videndus Abb. in capit. accepisti, de sponsa. duorum, num. 4. Sylvest. in sum. verb. confessor, el. 4. num. 1. & 3. Anton. Bernad. in sum. capit. 28. num. 17. Rebuf. in rep. capit. omnis vtriusq; sexus, de pœniten. & remis. in §. iunctam pœnitentiam, pag. 566. Anton. de san Roman, in lib. consuelo de poniten. 2. par. tract. 3. capit. 6. §. 1. Viuald. in candelabr. eccles. titul. de satisfact. num. 22. & in titul. de purgator. num. 9. Emanuel Rodriguez in explic. Bullæ Cruciat. §. 7. num. 8. Stephan. Gaeta in repet. capit. ad limina. 30. quæst. 1. §. 5. num. 421. Nauar. in capit. falsas, de pœniten. distin. 5. num. 2. & in manual. latin. capit. 26. num. 17. & idem etiam tradit glos. verb. qualem, in capit. prædicandum. 22. quæst. 1. & hoc fit propter rationes, quas adducit Hostien. supra in dicto num. 60. versic. dicas quod. Gaeta dicto num. 421. & quæ ponuntur in fine decreti in annotationibus ad dictos canones pœnitentiales, & dicitur pro quocunq; criminali vitio (quale est periurium, homicidium, adulterium, & similia, vt refert textus in dicto capit. prædicandum) quia vt tradit Dominic. Sot. in 4. dist. 19. quæst. 2. articul. 5. & Nauar. in dicto capit. 26. num. 17. versic. tum quia nec. Non erat vsus, tot annos imponere pro quocunque peccato mortali, quandoquidem multi erant canones, in quibus non imponebantur nisi quadraginta dies, vt in capit. 1. de fortileg. & triginta dies imponuntur in hoc textu, & quandoque tres quadragesimæ, vt in capit. accusatti de accusat. & quandoque vnus annus, tres, quinque, decem, & duodecim: vt patet ex iuribus allegatis à Nauar. in dicto capit. falsas num. 3.

EST tamen aduertendum, ex Domin. Sot. supra in dicto artic. 5. & ex Stephan. de Gaeta in rep. capit. ad limina. 30. quæst. 1. §. 5. num. 434. Quòd septem illi anni non intelligebantur, vt quotidie fieret pœnitentia, sed forsan semel in septimana, vel in mense indicebatur vnũ ieiunium, vel aliud bonum opus, secundum distinctionem & iudicium sacerdotis, nam poterat sacerdos arbitrari, vel secundum quantitatem criminis, vel qualitatem personæ, nempe vel remittere vel augere modum pœnitentiæ, vt si esset incestus, aut peccatum contra naturam, vt in dicto capit. hoc ipsum, refertur, & tradit Sylvest. verb. confessor, el. 4. num. 3. & verb. pœnitentia, num. 6. & ibi optimè Angel. numer. 12. Abb. in capit. accepisti, num. 4. de sponsa. duorum, vbi ait, quod sic debent intelligi omnia iura quæ imponunt pœnitentiam per numerum dierum, vel annorum, non specificando modum pœnitentiæ, & idem tradit Abb. in capit. accusasti, num. 3. de accusat. Aliquando enim canones ipsi modum pœnitentiæ exprimebant, vt abstinere à vino, & carnibus, in quarta & sexta feria, vt in cap. celebrans. 11. quæst. 3. & tunc etiam poterat sacerdos, hanc pœnitentiam mitigare, ex textu in capit. quem pœnitet. & glos. in cap. mensuram de pœniten. distinc. 1. Abb. in capit. at si clerici. §. de adulteriis, num. 5. versic. & procedit. de iudic. Menoch. de arbitr. cas. 317. num. 3. & cas. 391. num. 6.

5 IN hac autem ætate animi languore & accidia Christianorum, vt inquit Dominic. Sot. supra, huiusmodi canones communiter dicti pœnitentiales non sunt in vsu, sed omnes pœnitentiæ impositæ pro peccatis ab ipsis sacris canonibus, hodie sunt arbitrariæ confessoribus, ex capit. quęsitũ, capit. Deus qui, de pœnit. & remis. & tradit Abb. in dicto §. de adulteriis num. 5. vbi etiã Dec. ex numer. 25. est tamen pro hoc videndus Humada in l. 25. titul. 4. par. 1. in glos. 13. Abbas in dicto capit. Deus qui, ex num. 3. Viuald. in candelabr. eccles. titul. de satisfact. num. 18. Iul. Clar. §. fin. quæst. 83. numer. 14. Menoch.

noch. dict. cas. 391. ex num. 1. Anton. Scapp. de iure non scrip. lib. 5. capit. 187. Petrus Rebuf. in rep. capit. omnis vtriusq; sexus, de pœnit. & remis. §. iunctam pœnitentiam, versic. hodie verò, pag. 566. Stepha. Gaeta in repet. capit. ad limina. 30. quæst. 1. §. 5. num. 421. iuxta medium, Nauar. in manual. latin. capit. 26. numer. 17. versic. quinto quantitatem, Albar. Pelag. lib. 2. de planct. eccles. capit. 27. versic. sunt tamen pœnitentiæ, vbi etiam ait, quòd in his pœnitentiis iniungendis, debet sacerdos circunstãtias criminum & personarum, atq; alias considerare, vt prudenter pœnitentias moderetur, iuxta textum in capit. tempora 26. quæst. 7. & tradit Paludan. in 4. dist. 20. quæst. 2. ex num. 3. Ludo. Beja respon. cas. consc. cas. 15.

6 ET in tantum sacerdoti arbitrium tribuitur circa pœnitentiã, quod potest absoluere nulla imposita pœnitentia, si maximam videret contritionem, vt tradit glos. verb. doloris, in capit. mensuram, de pœniten. distin. 1. de hoc tamen articulo, est videndus Dec. in dict. §. de adulteriis, numer. 32. Loazes, in allegat. pro oppid. à Mula, in respon. ad 5. num. 43. pag. 328. Abbas in capit. Deus qui, num. 2. de pœniten. & remis. & ibi additio. optima marginal. in litera D. Menoch. in dicto cas. 391. nu. 4. Steph. Gaeta in dict. §. 5. num. 421. in fin. versic. itẽ tanta potest esse, & in num. 433. in princip. Abb. cap. significauit, num. 2. de pœnit. & remis.

7 EX quibus omnibus minimè inferas. cũ Ioan. Andr. in hoc cap. 2. de empt. & vend. superuacaneos esse hodie canones pœnitentiales, errauit enim, nam debet sacerdos, qui hodie imponit pœnitentiã arbitrariã, scire & insinuare pœnitenti, pœnitentiam quam expressè ponit canon pro illo delicto, secundum Paludan. in 4. dist. 20. quæst. 2. Abb. in cap. fi. in fine, de pœnit. & remis. optimè Anton. Bernad in sum. cap. 28. ex num. 19. Stepha. Gaeta, in dict. §. 5. num. 421. in fi. versic. debet tamen scire canones, Nauar. in dict. capit. falsas, nu. 17. & in man. lat. cap. 26. num. 19. vbi ait quòd dicat sacerdos pœnitenti, tam longã pœnam pro qualitate illius criminis, antiquitus adhibori consueuisse, quàm non intendit imponere ipsi, nisi sponte vellit eam suscipere pœnitens, & si responderit se velle, & iudicat illum impositam impletũrum, iniungat eam, quę iusta & proportionata sibi videbitur, habito respectu ad eas, quæ in prædictis canonibus pœnitentialibus imponuntur, & idẽ tenet Rebuf. in dict. cap. omnis. §. iunctam pœnitentiam, versi. ideò sacerdos potest interrogare, in dicta pag. 566. Viuald. in candelabr. eccles. titul. de pœniten. num. 19. & pro his allegat dictus Doctor Nauar. verba Cõcilij Colonien. vbi ait, quòd licet sperandum non sit, vt comuniter ab hominibus iterum suscipiantur pœnitentiæ antiquæ, bonum tamẽ esset, vt aliqui ad illas incitarentur, ad idem etiam mouere potest formula illa antiqua concedendi indulgentias per relaxationem annorum & dierũ in pœnitentiam iniunctorum, hactenus insignis Nauarrus, cuius verba referre volui, vt melius in dubium reuocare 8 possim, An vera sit opinio eiusdem Nauar. in dict. cap. 26. num. 17. versi. tũ quia dici potest, de qua etiam latè idem Nauar. in dicto cap. falsas de pœniten. dist. 5. ex num. 17. quẽ sequitur Candelabr. eccles. tit. de satisfact. num. 22. vbi negat pœnitentias in prædictis canonibus pœnitẽtialibus contentas, locum habere in conscientiæ foro, nec ideo in parochis canonũ illorum scientiam requiri ait, vt pœnitentias in illis contentas, oporteat in foro conscientiæ imponere, sed quia ex illis doceri possunt, quæ pœnitentiæ qualitas, cui peccato magis conueniat, ad instar illarum à iure pro exteriori foro prefixarum, cui sententiæ, ni fallor, videntur obstare ea quæ idẽ Nauar. ex dicto Concil. Colonien. supra retulit, & alia quæ ipsemet ibidem adducit, quibus nondum plenè videtur ab eo satisfactum, si rectè considerentur quæ in superioribus dicta sunt.

9 ET quod librum canonum pœnitentialiũ debeat habere quilibet sacerdos, tradit Lancel. Conrrad. templ. omnium iud. lib. 2. cap. 12. num. 22. prope fin. in quæst. quos libros necessarios debeat habere sacerdos ad regimẽ ecclesiæ, pro qua quæstione, est omnino videndus Paul. Fusc. de visit. lib. 1. cap. 23. num. 3. & optimè in lib. 2. cap. 3. num. 18. & quod canonũ pœnitentialium præsbyter, debeat habere scientiam, tradit Selu. de benef. 3. par. quæst. 5. num. 9. Anchar. in clem. cum ei quem de concess. præben. num. 1. ad fin. versi. in præsbytero requiritur. Aduertit tamen Paul. Fusc. de visit. lib. 2. cap. 3. numer. 45. quod quilibet parochus & curam

animarum habens, penès se habeat transumptum Bullæ solitæ legi, in Cœna Domini, vt illa diligẽter visa & intellecta, sciat ad quæ potestas sua extendatur, & ad quæ non & quos ligatos inuenerit, ad sedem Apostolicam mittat, & id etiam tradit Michael. Timoth. de visitand. ecclesiis, lib. 2. tractat. 4. cap. 14. & in cap. 6. vbi etiã agit latè quos libros debeat habere parochus.

AD TEX. IN CAP. 8. Cum super quæstione, de concess. præben.

COLLECTAN. 10.

SVMMARIVM.

1 *Libellus super futuro iure, quando recipiatur.*

2 *An filius primogenitus possit agere viuente patre, vt maioratus bona pronuncientur sibi debita post mortem patris?*

3 *Intellectus verus istius textus.*

4 *An & quando allegans turpitudinem suam audiatur?*

5 *Canonicus receptus vltra numerum, dum præbenda non vaccat, An habeat vocem in capitulo, distributiones quotidianas, & alia iura canoniæ?*

1 *IN textu, ibi, quàm citò se facultas.* Ecce quomodo receptus in canonicum agit contra capitulum, vt declaretur sibi deberi præbenda proximè vacatura, vnde libellus super futuro iure recipitur, vbi prius obligatio præexistit, cuius executio delata sit in futurũ, vt dicũt Doctores hic, & facit etiam l. 41. in lege ff. ad leg. aquil. alioquin si fuerit ius omninò de futuro, non pendens à præsenti obligatione, non consistit iudicium l. 35. non quemadmodum ff. de iudic. & pro hac resolutione est videndus Abbas capit. in nostra, num. 6. de sepultur. Angel. in §. præiudiciales num. 8. instit. de actionib. Lanfranc. in clem. dispendiosam, num. 10. de iudic. Didac. Spino, spec. testam. in glos. rubr. 11. par. num. 19. versic. ex qua resolutione. Quo fit, vt filius primogenitus possit agere viuente patre, vt maioratus bona pronuncientur sibi debita, vti legitimo successori post mortem patris, ac subinde vt alienatio interdicatur illi: vt consuluit Xuarez allega. 4. est tamen videndus pro huiusmodi quæstione, Pinel. in l. 1. C. de bon. mater. 3. par. num. 78. Anton. de Padilla in l. 1. C. de fideicom. ex num. 30. Didac. Spin. spec. testa. glos. 19. princ. num. 66. Iacob. Simanc. de primogen. lib. 1. cap. 28. Didac. Couar. lib. 1. variar. resolut. cap. 18. num. 8 Pelaez de maiorat. in initio. 2. par. ex numer. 64. & in 4. par. quæstion. 34. ex num. 1. Ludouic. Molin. de primogen. lib. 3. capit. 14. Francisc. Marzar. in epitem. de fideicom. 3. par. quæstion. 61. Quamuis Anton. Gomez in l. 40. Taur. num. 79. contrarium firmet, cuius summa ratio non obstat, scilicet, quòd cum primogenium debeatur proximiori tempore mortis. l. cum ita legatur. §. in fideicommisso. ff. delegat. 2. potest qui nunc agit, iam obiisse, eo tempore, & ita alteri deberi, & sic iudicium fundaretur super futuro incerto. Id namq; refellitur, quia si obligatio sit præsens, esto quòd executionis tempore, possit non habere effectum, adhuc consistit iudicium super iure futuro, vt apparet ex hoc textu, hic namq; potuit canonicus receptus iam obiisse tẽpore præbendæ vacaturæ. & tamen libellus recipitur ad idem facit textus in dicta l. 41. in lege, vbi valet sententia super futuro iure, quamuis resolui possit ob conditionem, postea non impletam.

3 ILLVD tamen aduertunt aliqui ex supra citatis Doctoribus oportere causam præexistere, vt agatur ad ius futurum, ex præsenti obligatione, vtputa quia speratur probationis copia peritura executionis tẽpore, iuxta dictam l. 41. & capit. significauit, de testib. vel quia pater sit dissipator, argumento textus, in l. Imperator, ad Trebellianum, vel quòd similis alia legitima causa appareat, & quòd ita Canonicus, agit in hoc textu, ex causa quia iam præbenda vacauerat, & alteri fuerat collata, vnde ne in posterum illuderetur, iustè petiit, vt sibi adiudicaretur proxima vacatura quandoquidem legitimè erat electus in canonicum.

4 *IN glos. posse, ibi, turpitudinem suam.* An & quando allegans turpitudinem suam, audiatur, tradit Bened. Capra in commun. opinion. verb. turpitudinem propriam, pagin. 525. Mathes. in l. filios. C. de reuoc. iis quæ in fraud. cred. num. 2 fol. 186. latissimè Felin. in capit. tertio loco, ex num. 6. de præsumpt. & latè in cap. lator. num. 1. de sent. & re iud. glos. verb. turpitudinem, in cap. 8. inter dilectos, de donation. additio marginalis in litera D. ad Abb. in capit. ex parte num. 28. de restitut. spoliat. latè Lib. 1. regul. iuris ciuil. & pontif. pag. 35. verb. allegans turpitudinem suam, Tiraquel. de retr. linag. §. 1. glos. 2. num. 16. & in glos. 18. ex num. 20. & 70. in fin. & num. 72. August. Beroi. in capit. si quis præsbyterorum num. 49. de reb. eccles. non. Paul. Fusc. singul. 52. literæ A. additio ad Abb. in cap. super eo num. 3. in litera A. de consang. & affinit. additio ad Dec. in cap. sciscitatus, num. 43. in liter. A. de rescript. Abb. in capit. significasti num. 4. de adulter. & in capit. nosti, num. 5. vers. primo casu, de electio. Seraph. de Seraphi. de priuileg. iuram. priuileg. 59. numer. 6. Ioan. Gracian. regul. 477. Alexand. consil. 59. volum. 1. num. 12. Roland. consil. 93. volumin. 1. numer. 7. Natt. consil. 76. num. 12. Bernar. Diaz regul. 24. latissimè Iaf. in l. ius iurãdum quod. §. procurator, ex num. 18. ff. de iure iuran. Alciat. in l. 30. transactione, ex num. 4. C. de transact. Tiraquel. tract. cessante causa limit. 2. Tiraquel. l. si vnquam verb. reuertatur num. 420. Gigas consil. 29. ex num. 16. Ioseph. Ludouic. in comm. conclus. tit. de simulat. contract. conclus. 1. versic. & quãdo ad sunt coniecturæ.

5 *IN glos. præbenda.* Vtrum autem Canonicus, de quo in hoc textu receptus vltra numerum, dum præbenda non vaccat, habeat vocem in capitulo, distributiones quotidianas, & alia iura Canoniæ, est videndus Abbas in capit. cum M. de constitution. ex num. 29. vbi Decius, ex num. 132. & Rip. ex num. 186. & Felin. num. 23. Alphon. Hojeda de benefic. 1. par. capit. 12. ex num. 6. Staphil. de gratiis & expect. in prima forma, ex num. 7. Abb. in capit. dilectus, el. 1. num. 4. & in num. 8. de præbend. Rebuf. in concord. titul. de reseruat. §. fin. in fin. versic. vltimo non habebit, pag. 250. Rot. nou. decis. 26. de præbend. Corlet. singul. 315. in versic. supernumerarius, Pauin. in tract. de offi. & potest. capit. sede vacan. prælud. 5. num. 15. Bernard. Diaz, in regul. 68.

AD TEX. IN CAP. 5. Clericus neque, de vit. & honest. clericor.

COLLECTAN. 11.

SVMMARIVM.

1 *Quis Pontifex statuerit, quod clerici nec comam nutriant, nec barbam.*

2 *Ecclesia iustissimè prohibuit ecclesiasticis personis comam nutrire.*

3 *Clericus nutriens comam, peccat.*

4 *Quare Ecclesiastici deferant corynam?*

5 *Præceptum radendi barbam, An vnquam ab ecclesia fuerit impositum? & quid seruetur Romæ.*

6 *Absolutio sacramentalis, An possit denegari clericis, & ecclesiasticis personis nutrientibus barbam vel comam?*

7 *Barba in homine est membrum, & quæ pœna puniatur expilans barbam.*

1 EX decisione istius textus, colligunt Doctores, prohibitum esse clericis ne comam & barbam nutriant, quòd in Hispania Episcoporum statutis, videmus esse indistinctè receptum. Et quis Pontifex fuerit auctor huiusmodi prohibitionis, tradit Iacob. Menoch. de arbitrar. cas. 392. num. 25. Bernard. Diaz in prax. crimin. capit. 70. Illescas. 1. par. histor. pontific. lib. 1. capit. 7. & capit. 14. Polydor. Virgil. de inuent. rerum, lib. 4. capit. 8. post medium, Andr. ab exea in rep. rubr. de constitution. ex numer. 62. Ipse tamen libere fateor iustis de causis ecclesiam prohibuisse, ecclesiasticis personis, comam nutrire, vt latè

de hoc, & de eius forma, & significatione videre licet in cap.prohibitæ 23. dist.& tradit Albert.Trocius de ver.&perf. cler. lib. 2.cap.39.ex num.2.& cap.60.nu.4.Victor. de sacrament.ordinis, nu.240.Duaren.lib. 1.de sacris eccles.minist.capit.14.versic.specialiter, Albar.Pelag.lib.2.de planct.eccles. cap.14.Menoch. in dicto cas. 392. num. 28. Conrad.Brun.de cerem.eccles.lib.2.cap.3. versic. post manus impositionem pag. 44. Raban.lib.1. de institut. clericorum cap. 3. latè Polydor.Virgil. de inuent. rerum, lib. 4.cap. 8. Petr. Bertrand. in duplica ad replicam Petri de Cugneriis pro Rege vers. item ad illud, pagin. 292. Guilierm. Duand. in rational. Diuinor. officior. lib. 2. cap.1.ex num.26.vers.circa coronam, glos. verb. & tonsuram, in clement. 2. de vit. & honest. clericor. Iacob.Portius consil. 164. num. 31. Sylvest. in sum. verb. clericus, el
3 2.num. 2. vbi quod eam nutrientes peccant mortaliter, pro quo est etiam videndus Bernar. Diaz in dicto capit. 70. in fine. Albert. Troc. in dicto capit.39.num.6.Philip.Decius in capit. ad audientiam, numer.34. de rescript. Nauar.in manua.lat.capit.25.num. 110. versic. 33. Petrus Rebuf. in prax.titul. de forma literar. tonsuræ,num. 32. Barthol. Medina.1.par.instruc.de confes. cap.16.§.
4 2.versic. lo quarto. Dicũt namq; Doctores, coronam dignitatem regalem significare, & cum Deo seruire regnare sit, & personæ Ecclesiasticæ peculiari quodam & excellentiori modo seruitio Dei deputentur, meritò eis plus aliis vsus coronæ competit. Sic Sanctum Petrum fertur corona insigni tum fuisse, in memoriam coronæ Christi. Cum enim Iudæi Christo, coronam spineam in ignominiam imposuerint, religiosissimum duxerunt Apostoli, ad sui honorem, & Christi gloriam, ea vti, vt optimè referunt Catechism. ad paroch. in cap. de ordinis sacramento, in versic. tondentur verò capilli, pag.344.Raban.in dicto capit.3. in fine, Guilier. Episcop. Parisien. de sacrament. ordinis, versicul. quem tondendi, pag.180.ad finem, Sot.in 4.dist. 24. quæst. 2. artic.1.latè Polydor.Virgil.de inuen.rer. lib.4.capit.8. Hieronym. Roman.lib.3. de la republ.christ.capit.13. ex princip. Ioan. Pineda.1.part.de la agricult. christian. dialog.4.§. 17.fol.96.Vnde fit, coronam non esse partem illam verticis,quæ rasuram habet,id enim non coronæ effigiem habet,sed capillorum circulus qui caput circunstat, vt vltra alios supra pulchrè aduertit Sot. in dicto articul.1.

ET aduersus Magdeburgenses,& alios hæreticos irridentes tonsuram clericorum, est videndus doctissimus Franciscus Turrianus, societatis Iesu. lib.5.capit.19. aduersus Magdeburgens. Dominic.Sot. in dicto articul. 1. versic. clericorum tonsuram, Sebast.Medic.in sum.omn.hæres.2.par.verb. tonsura, pag.643. & alij vbi supra.

5 ONVS autem radendi barbam numquam ab ecclesia fuisse præceptum satis apparet, ex eo quòd adsint grauissimi auctores reprehendentes clericos barbam rasam portantes, vt latissimè per Pierium in oratione pro barbis clericorum,relatum à Menoch. de arbitr.cas.392. ex num.26.in fine, & tradit Alexand. Raudens.lib.1.de analogis capit.39.num.75.Hyppol.Marsil.de Columna,de eccles.reddit.origine.2.par.capit. 19.ex num.18. qui ait errore impressorum, verbum radat,demptum fuisse ab hoc textu, & similiter verbum barbam,adiectum fuisse textui in capit.7. clericis infra hoc titul. quæ opinio fortasis ex eo indubitabilis redditur, quòd vsus vrbis Romanæ & multæ partis orbis eam permittat, modò capilli labij superioris radantur, vt refert Nauar. in dicto capit.25.num.110. versic.33. in fin. idq; Motu Proprio Summi Pontif. Pij V. sub his verbis stabilitum habemus (præsbyteri vero à superiore labro barbã ita tondeant, ne salutare corporis & sanguinis Christi Domini, sacramentum sumentibus impedimentum afferat) Dat. die 30. Mens. Octobr. anno 1566. Pontif. sui anno primo,incip. Sacrosancta Tridentina synodus.

6 ADVERTIT tamen sereniss imus Henricus Cardinalis Portugalliæ in tract. de los communes casos, en que se deue denegar o dilatar la absolucion sacramental, fol.18. in finalibus verbis, versicul. item los ecclesiasticos, absolutionem sacramentalem posse negari vel differri clericis nutrientibus barbam vel coronam,& idem tradit Archiepis.Francisc.Blanco in.1. par. del memorial, versic. el nono caso, ibi, item los ecclesiasticos barbados, fol. 13. col.1. refert etiam Nauar.in tractat.de oration.capit.18. num.77.quod in quadam constitutione, latà à D. Georgio de Almeyda, Episcopo Conymbricensi statuitur, vt singulis quindecim diebus clericorum barbæ & coronæ tondeantur.

SCIENDVM tamen est, ex Bald.
7 in.l.reos,num.6.C.de accusat.& Angel. de malefic.inverb.membrum prædictum,num. 3.barbam in homine esse membrum, & ob id expilãtem barbam,teneri pœna qua plecti solet,is qui membrũ alicui abscidit,quod etiã refert, & sequitur Menoc.de arbit.cas. 392. numer.32.est tamen pro hoc videndus Simon,Maiol. de irregul. lib. 5. capit. 50. num.3. Et qua pœna puniatur de iure communi expilans barbam vel crines (licet sanguis non exeat) tradit Roman.singul.569. incip. expilans,Cauallin. in ægidian. constit.lib.4.cap.56.in glos. A.pag.288.Grammat.decis.17.num.1.

1 DECISIO huius textus, ex quamplurimorum Doctorũ sententia, hodie tantum procedit in Episcopis, cum vsu receptũ sit in tota ferè Hispania clericos testari posse de redditibus suorum beneficiorũ, & ab intestato consanguineos proximiores, & non Episcopum vel ecclesiam,eis succedere: circa quam decisionem, & An hic vsus sit approbandus? vltra Couar.hic num.9.est consulendus Guid.Pap.decis.110.Mencha. de succes.creat.§.22.limitat.17.num.40.Didac.Perez lib.1.titul.3.l.1.pag.67.versic.est & aliud quod,Ioan.Rojas de succes.cap.34. ex num.39.Sarmien.1.par.defen.in monit. 50.& 51.& de redditib.eccles.2.par. cap.6. & cap.8.num.1. optimè Ioan.Gutierrez in pract.lib.2.quæst.114.ex num.1.Humad. in l.40.tit.5. par.1.in glos.6.num.2.fol.52.Pelaez de maior.1.par.quæst.1.num.15.Siman. de cathol.instit.cap.9.num.90.Ludoui.Molina de primog.lib.2.cap.10. ex num.53.Matiençolib.5. recollec. titul.8.l.13. in glos. 3. & in glos.4.ex num. 1. Nauar.in man.hisp. cap.25.ex num.128. Dominic.Sot.lib.10.de iust.& iur.quæst.4.art.3.Francisc.Pegña,in 3.par.direct.schol.154.versic.quemadmodũ ergo, Anton.Scapp.de iure non scrip.lib.1. cap.20. ex num.2.Didac.Spin.in spec.testament.in glos.rubr.14. par. ex num.2. Paul. Fusc.singul.112.literæ A.iuxta medium.Petrus Dueñas regul.366.num.11. versic.contra quam, vbi refert etiam quod per extrauag. Iulij III. tam Episcopis, quam clericis, testari permittitur, & donare de bonis, tam patrimonialibus quam de acquisitis intuitu Ecclesiæ. Et quod clerici in vita & in morte possint disponere de talibus bonis ex cõsuetudine Hispaniæ,Galliæ,& Burgũdiæ,refert Matien.in dict.l.13.glos.1.num.1. & in glos.2.& plures DD.allegãdo latissimè prosequitur Hypp.Marsi.de Colum.de ecclesiast.redd.orig.3.p.cap.36.vbi etiã pulchrè resoluit,quòd valeat talis cõsuetudo.& quòd de cõsuetudine Regni Nauarrę clerici testari possint, & ab intestato eis succedãt cõsanguinei probat optimè Ioan.de Olano in epilog.legum correct. num.8. & in antinom.in liter.C.ex nu.15.& in num.18.dicit quòd talis consuetudo generalis nõ extẽditur ad bona seu spolia Episcoporũ,qui nõ disponũt sine Papę licẽtia,& mortuis Episco-
3 pis

AD TEX. IN CAP. 7. Cum in officiis, de testamentis.

COLLECTAN. 12.

SVMMARIVM.

1 *Decisio istius textus, tantum procedit in Episcopis.*
2 *An valeat consuetudo,quod clerici testari valeant de redditibus suorum beneficiorum?*
3 *In bonis Episcopi defuncti, succedit Camera Apostolica.*
4 *An clerici absque peccato, possint omnia bona sua relinquere, suis consanguineis diuitibus?*
5 *An clerici de bonis & redditibus suorum beneficiorum sint veri domini? An verò tantum vsuarij?*
6 *Plura auctorum testimonia referuntur in laudem Doctor. Nauarri.*
7 *Plura cumulantur in laudem Doctor. Frãcis. Sarmiento.*

pis Camerę Apoſtolicæ pertinet huiuſmodi ſpolia, & ſimiliter fructus epiſcopatus ſede vacante. Quod An iuſtũ ſit? late examinat Doctor Guerrero de concil. cap. 12. verſic. tambien eſtà prouado.

4 ET quòd clerici poſsint diſponere in vita, ſiue in morte, de ſuis bonis, tradit Abendan. in reſpon. 19. num. 7. vbi in n. 8. in verſ. ſecundo venit, dicit, quòd licet clerici poſſint de dictis fructibus diſponere, tam in vita, quam in mortis articulo, tamen iſta generalis conſuetudo non excuſat clericos à peccato, qui tempore mortis omnes prouentus quos ab Eccleſia habuerunt, vel relinquunt conſanguineis diuitibus, vel aliis non egentibus, & nihil præſtant vel Eccleſiæ vel pauperibus: & idem ex mente Archidiac. in ſum. 12. queſt. 3. atteſtatur Coſmas in pragm. ſanctio. tit. de annat. §. item quòd ſi eccleſia, in gloſ. verbo acquiſitos, ad finem fol. p. 120.

5 ET quia in ſupradicto articulo, nimis aduerſæ & contrariæ reperiũtur Doctorũ opiniones, ſciendum eſt, veritatem & reſolutionem præſentis quæſtionis pendere ab illa difficili & ardua quæſtione, An ſcilicet clericus redditiuum eccleſiaſticorum, ſit verus dominus, teſtariq; poſsit & diſponere de ipſis ad libitum? An verò excepta ſua ſuæq; familiæ decenti ſuſtentatione, reſiduũ erogare teneatur, in pauperes & in pios vſus, vt quia vſuarius non vero vſufructuarius eorum bonorum ſit? pro qua quæſtione vltra ea quæ latè congerit Couar. in interpretatione iſtius textus, & Dominic. Sot. de iuſtit. & iur. lib. 10. quæſt. 4. artic. 3. verſic. ſexta concluſio, eſt videndus Abbas in repet. cap. cum eſſes, ex num. 21. hoc tit. Rodoan. de ſpol. quæſt. 9. ex num. 7. Hiero. de Monte, de finib. regun. cap. 28. num. 3. optimè Gigas conſil. 24. & conſil. 25. Lauren. Chirchou. centur. 1. com. opin. concluſ. 34. Duaren. lib. 2. de ſacr. eccleſ. miniſt. capit. 4. Ioan. Martinez de Olan. in antin. in liter. C. ex num. 15. Dominic. Bañes 2. 2. quæſt. 32. artic. 6. ex col. 1160. Petrus de Aragon, in dicta q. 32. artic. 5. ex pag. 746. verſ. ſecunda concluſio. pulchrè Ioan. Gutierrez in pract. lib. 2. quæſt. 114. per totam, Humada. l. 40. tit. 5. par. 1. in gloſ. 6. num. 1. & latè. l. in 53. titul. 6. par. 1. in gloſ. 1. fol. 71. latè Albar. Pelag. lib. 2. de plãct. eccleſ. cap. 28. col. 8. verſ. vltimo hic quæro. Rebuf. in capit. poſtulaſtis, de cleric. excom. miniſtr. ex num. 85. pagin. 491. latiſsimè Cordou. lib. 1. quæſtio. Theolog. quæſt. 18. Driedo. lib. 2. de liber. Chriſtian. capit. 4. latè Ludouic. Lopez in inſtruc. conſc. 1. par. ex capit. 140. Florentin. in 3. par. ſum. titul. 15. cap. 1. §. 19. Petr. Salazar de vſu & conſuet. cap. 3. ex num. 12. Caualcan. 2. par. deciſ. 32. num. 32. Sebaſtia. Medices in ſum. decreti. 12. quæſt. 1. articul. 6. Lælius de Zanchis de priuileg. eccleſ. 78. priuileg. ex numer. 5. Doctor Guerrero de concil. cap. 10. pag. antepenultima, verſic. y porque es coſa prouechoſa. Renat. Choppinus de ſacra politia, lib. 3. titul. 1. num. 21. Didac. Spin. in ſpec. teſtam. in gloſ. rubric. 14. par. ex num. 14. latiſsimè Ioan. Matienço, lib. 5. recollec. titul. 8. l. 3. in gloſ. 1. pulchrè & vltra hos omnes pro complemento, & in tellectu iſtius articuli, eſt omnino conſulendus Hyppolit. Marſilius de Columna, de eccleſiaſt. reddit. origin. 3. par. cap. 34. vbi triginta & quatuor Doctores allegat, pro parte negatiua, quę originaliter fuit Archidiac. quàm neruoſè defendit Nauar. in tract. & in propugn. de reddit. eccleſ. Pro contraria tamen opinione refert idem Marſil. de Columna in dict. 3. par. capit. 35. quinquaginta & quinque Doctores, qui redditiuum eccleſiaſticorum beneficiarios dominos eſſe exiſtimauerunt, & huius opinionis protector acerrimus eſt hodie, Illuſtriſsimus & Reuerendiſsimus Dominus D. Franciſc. Sarmiẽto, in libr. de reddit. eccleſ. & in defenſion. contra Nauar. Iſti enim duo præclari viri Nauarrus, ſcilicet & Sarmiento, pietate moribus & diuini & humani iuris profeſsione, & fama, vbiq; terrarum celeberrimi, in hac quæſtione noſtris temporibus, ex diametro, ſecum maximè pugnauerunt: ita vt pro eorum ſumma eruditione & auctoritate, hinc inde ex aduerſo defenſores reperiantur, & quælibet eorum opinio probabilis in iure omnino videatur.

6 ET quidem in laudem inſignis Martini Nauarri, & de integritate ſuæ vitæ, & doctrinæ, plura cumularunt Couar. in 4. 1. par. capit. 1. num. 14. & in capit. alma mater. 1. par. §. 6. num. 7. Pinel. l. 1. C. de bon. mater. 3. par. numer. 16. in fin. Antonius Queſada, diuer. quæſt. iur. capit. 22. numer. 33. ad finem, Couar. lib. 1. variar. cap. 1. num. 2. & in lib. 3. var. cap. 13. num. 8. ad fin. Alphonſ. de Veracruz

Veracruz in 3. par. ſpec. coniug. articul. 19. verſ. hęc quęſtio, pag. 641. Plaça de delict. cap. 1. nu. 4. in finalib. verbis. Pet. Magdal. de num. teſt. in teſtam. 1. par. capit. 16. num. 50. iuxta fin. & in cap. 21. num. 35. Coſta in §. & quid ſi tantum. 2. par. num. 161. pulchrè Viuald. in candelabr. eccleſ. in princip. in titul. de auctorit. doctor. in genere, ex num. 24. ex pag. 64. Sarmien. 1. par. defen. monit. 6. num. 6. Couar. lib. 1. variar. cap. 20. num. 5. Mandoſ. in regul. 19. de infirm. quæſt. 15. num. 23. Emanuel Coſta lib. 1. ſelect. cap. 21. num. 6. Marſil. de colum. in dict. 3. par. capit. 34. num. 19. in fine, Ioan. Segur. Dabal. in direct. iud. eccleſ. for. 1. par. cap. 6. num. 6.

7 PRO Sarmient. tamẽ, & de ipſius ſumma eruditione & doctrina, multa referunt Couar. in 4. 2. par. cap. 8. §. 2. num. 2. in fin. Ludouic. Molin. de primog. lib. 2. capit. 10. num. 39. in fin. Hyppolit. Marſil. de Columna, in dict. 3. par. cap. 35. num. 8. Ioan. Garſia de expenſ. cap. 2. num. 13.

AD TEX. IN CAP. 1. Fœlicis, de torneament.

COLLECTAN. 13.

SVMMARIVM.

1 *An torneamenta ſint licita?*
2 *An torneamenta in quadrageſima, licitè exerceri valeant?*
3 *An agitatio taurorum ſit licita, & An peccent qui interſunt his ſpectaculis? & quid circa perſonas Eccleſiaſticas, ſtatutum ſit per conſtitutiones Summorum Pontificum?*

1 AN & quando torneamenta ſint licita? & plura de materia iſtius textus, vltra extrauag. 1. hoc tit. eſt videndus Nauar. in manual. lat. cap. 15. num. 9. & in num. 18. verſic. tum quia licet, Caietan. in ſum. verb. torneamentum, Sylueſ. in ſum. verb. ludus, num. 8. verſ. ſi verò, Sebaſt. Medic. in ſum. peccat. 2. par. titul. 7. quæſt. 28. Baptiſt. de Sancto Blaſio in repet. rubr. Decreti, num. 72. Iul. Clar. §. ludus, num. 4. Viual. in candelab. eccleſ. tit. de interdicta ſepult. num. 112. Domin. Bañes 2. 2. quæſt. 40. artic. 1. colum. 1386. verſic. circa ſolutionem, vbi etiam agit de intellectu

2 iſtius textus, & An peccet, mortaliter exercens torneamenta vel (vt ita dicã) juſtas in quadrageſima, & de aſtantibus ibidẽ, agit Cordou. in tract. caſ. de conſc. quæſt. 42. vbi etiam quid ſi exerceantur vel fiant tempore aduentus.

3 AGITATIO autem taurorum, torneamentorum, & aliorum ſimilium ludorũ, An & quando ſit licita, & An peccent qui interſunt his ſpectaculis, & maximè ſi ſint perſonæ eccleſiaſticæ? vltra Sylueſt. in dicto num. 8. eſt videndus Ludouic. Lopez in ſtruct. conſc. 2. par. cap. 31. verſic. præterea, de ludo, ex col. 234. Petr. Sanchez. 2. part. hiſt. moral, titul. de la vida de Caton. §. 2. verſic. y ſi a los ſacerdotes, ex fol. 103. Bernar. Diaz in prax. cap. 66. Specul. conſcien. lib. 1. cap. 74. Viuald. candel. eccleſ. titul. de interdicta ſepultura num. 118. Salzed. ad Diaz in prax. cap. 72. litera A. ex pag. mag. 230. Azeu. lib. 1. nou. recopil. titul. 10. l. 4. in principio, & in lib. 4. titul. 31. in princip. Medin. C. de reſtitut. quæſt. 21. verſic. corrollariè ſequitur Sebaſt. Medic. in ſum. peccat. 2. par. titul. 9. quæſt. 78. num. 200. Barthol. Humada. l. 10. titul. 9. par. 1. in gloſ. 1. num. 8. verſ. & ex eadem, & num. 10. fol. 88. & in l. 57. tit. 5. par. 1. gloſ. 2. num. 1. fol. 54. Paul. Fuſc. de viſit. lib. 2. cap. 21. num. 46. Nauar. in manual. lat. cap. 15. num. 18. vbi interpretatur Motum Proprium Sanctiſsimi Pij V. qui incip. de ſalute grægis. Dat. anno 1567. calen. Nouembr. quem Motum Prop. etiam interpretatur & declarat, & optimè agit de hac materia, Ludouic. Lopez inſtr. conſc. 1. par. capit. 70. & de prædicta conſtitutione Pij V. & de alia Gregor. XIII. & de alia à Sixto V. Pontifice Maximo ædita, diſſerit Didac. Spino ſpec. teſtament. in gloſ. 2. princip. ex numer. 27. latiſsimè & pulchrè ſubiungens varias quæſtiones, circa conſtitutionem Sixti V. agit Ioannes Gutierrez, lib. 1. canonicar. quæſtion. capit. 7. & optimè Petr. à Nauar. tom. 1. de reſtitut. lib. 2. capit. 3. ex num. 300. & ex num. 306. diſputat an in pœnis Mot. Prop. Pont. Gregor.

Gregor. XIII. incurrant religiosi laici, & qui non sunt adhuc promoti ad sacros ordines: & plura de his & de aliis ludis, cumulat Ioan. Garsia de expens. & melior. capit. 21. num. 29. vbi etiam declarat supradictas constitutiones Pij V. & Gregor. XIII. super agitatione Taurorum circa quas etiam videbis, constitution. Concil. prouin. Toletani, anni 1566. act. 3. §. 26. fol. 71. & latissimè Barthol. Humada l. 57. titul. 5. par. 1. in glos. 2. fol. 54.

AD TEX. IN CAP. 16. Salubriter, de vsuris.

COLLECTAN. 14.

SVMMARIVM.

1 *An maritus teneatur fructus rei pignori sibi datæ pro solutione dotis, computare in sortem?*

2 *Si maritus per plures annos non recuperat dotem, An possit petere fructus ex dote non soluta?*

3 *An vidua, rectè recipiat fructus rei, sibi pignori datæ, donec ei dos restituatur?*

4 *An valeat præceptum testatoris, vt dum non soluitur legatum, detur annua pensio?*

1 COLLIGVNT communiter Doctores, ex hoc textu, quòd maritus non tenetur fructus rei sibi pignori datæ, pro solutione dotis, computare in sortem; immò consequitur vsuras ob moram in dotis solutione factam: circa cuius intellectum & pro materia istius textus, est videndus Couar. lib. 3. variar. capit. 1. ex num. 3. Sot. lib. 6. de iust. & iur. quæst. 1. artic. 2. Petr. Mozius de contract. titul. de pignore, in §. de naturalibus pignoris hypotecæ num. 9. fol. 50. Ludouic. Messia in pragm. taxe pan. conclus. 2. ex nu. 76. Anton. Cord. de Lara, in l. si quis à liberis §. si quis ex his, ex num. 56. ff. de liber. agnos. Ias. §. fuerat, ex num. 20. instit. de action. Capiz. decis. 65. ex numer. 4. Beroi cap. 1. de vsur. num. 29. latissimè Medin. C. de restit. tit. de reb. per vsur. acquis. fol. 127. versic. ad cap. salubriter, Neguzan. de pignor. rib. in 5. membr. 5. par. num. 16. Philip. Dec. in cap. venerabilis, ex num. 63. de except. Decius consil. 119. numer. 12. Ioseph. Angl. flor. Theol. in quæst. de contractu mutui, ex pag. 245. versic. maritus vltrà, Plot. de in litiuran. §. 11. ex num. 14. Brun. à Sole in quæst. legal. quæst. 46. num. 161. Nauar. in man. lat. capit. 17. num. 213. & 273. Barthol. Medin. 1. par. instr. de confes. cap. 14. §. 23. versic. verdades, fol. 96. latè Merc. ad in opusc. de vsuris cap. 8. vers. la otra excepcion. ex fol. 110. latè Cauallin, milleloq. 432. & milleloq. 533. optimè Ludoui. Beja, in responsa. cas. consc. cas. 56. in princip. Anto. Gomez. l. 53. Taur. num. 30. Ioan. Rojas de succes. cap. 33. num. 29. Lauren. Chirchou. in com. opin. cõtur. 5. conclus. 17. Palat. Rub. in repet. cap. per vestras, notab. 6. §. 8. pag. 341. Cagnol. in l. curauit, num. 44. C. de action. empt. Anton. Scap. de iure non scrip. lib. 4. cap 25. ex numer. 2. Rolan. consil. 65. vol. 4. ex princip. Aym. Crauet. consil. 189. num. 7. versic. quintus casus est, Alexan. consil. 31. vol. 6. & consil. 56. vol. 4. ex num. 6. latissimè Didac. Perez lib. 8. titul. 2. in rubr. pag. 20. ex versic. ex eadem ratione infertur, Menoch. de arbitr. cas. 194. num. 56. latè Francis. Garcia in lib. de todos los contract. 2. par. cap. 16. versic. la otra excepcion esta, ex pag. 484. Ludouic. Lopez in instr. consc. 2. par. cap. 60. latissimè Michael Palat. de contract. lib. 4. cap. 5. ex pag. 282. versic. de pignoribus autem dotalibus, Pedraz. in sum. in 7. præcept. decal. fol. 83. versic. el q̃ toma alguna cosa en prenda del dote, latissimè Petr. à Nauar. tom. 2. de restit. lib. 3. cap. 2. ex num. 352.

2 EXAMINAT tamen quæstionem, Didac. Spin. in spec. testam. in glos. 11. princip. num. 67. An si maritus, per plures annos non recuperauit dotem, possit ex dote non soluta petere fructus salua conscientia? pro qua etiam sunt consulendi Dominic. Sot. & alij, vbi supra. 1

3 DIFFICILE autem dubium est, An vidua rectè recipiat fructus rei sibi pignori datæ, donec ei dos restituatur? & similiter. An vsuram vel certã aliã pensionẽ, vel alimenta petere & exigere possit, donec ei dos

dos restituatur? quę dubia examinãt Neguz. de pign. num. 5. membr. 5. partis, numer. 17. Petr. à Nauarra de restit. tom. 2. lib. 3. cap. 2. ex num. 365. Francis. Garcia in dict. cap. 16. versio. lo que auemos dicho, ex pag. in 488. Ioan. Angl. in dicta quæstione, de contractu mutui, pag. 246. ad medium. Alexan. consil. 141. volum. 5. & consil. 200. volum. 6. optime Conrad. lib. 3. variar. resolut. cap. 1. num. 3. versic. sexto, & in versic. septimo. Nauar. manual. latin. cap. 17. nu. 213. in final. verb. Affligit. decis. 284. Capiz. decis. 24. Francis. Vrius lib. 2. commun. opin. 73. Ludouic. Lopez instruc. contien. 2. par. cap. 60. colum. 472. in fin. Mandos. in annal. cas. num. 37. Ludouic. Molin. de primogen. lib. 4. capit. 5. num. 6. Chircou. in comm. opin. centur. 5. cõclus. 28. Ioan. Gracian. regul. 497. Ias. in dicto §. fuerat, ex num. 23. Paul. Eutic. singul. 48. litera I. pulchrè Abb. consil. 39. volum. 2. Crauet. consil. 189. num. 7. versic. sextus casus est. Dominic. Soto lib. 6. de iustitia & iure, quæst. 1. artic. 2. ad fin. versic. atqui ex eadem. Neguzan. 2. membr. 3. partis num. 17. Cardin. in clement. 1. numer. 8. de vsur. latè Asinius in l. 1. ff. de relig. & sumpt. funer. ex num. 228. vsq; ad num. 240. Brun. à Sole in quæstio. legal. quæst. 46. ex num. 19. Didac. Spino specul. testamen. in glos. 11. princip. num. 68. optimè Ludouic. Beja cas. 56. vers. ad secundam. Ioseph. Ludouic. decis. perus. 13. num. 18. & decis. 61. num. 2. Caualcan. 2. par. decis. 24. num. 22. Roland. consil. 77. vol. 1. num. 27. Matienç. lib. 5. recollect. titul. 9. l. 2. in glos. 1. num. 10. & in l. 3. glos. 2. ex num. 19. Alexand. consil. 74. vol. 5. ex num. 12. & consil. 27. volum. 4. ex num. 1. Cauallin. milleloq. 433. optimè Ludouic. Messia in dicta pragmat. conclus. 2. ex num. 79. latè Lancelot. Gallia in consuetud. Alexand. in glos. vxor. quæst. 4. ex num. 60. Rojas de succes. cap. 33. ex num. 27. & ex num. 50. & ibidem ex num. 4. refert viginti & duo commoda, quæ vxor soluto matrimonio, ex bonis mariti consequi potest, & ex nu. 49. quòd consequitur etiam vestes viduales, de quo est etiam videndus Didac. Perez lib. 1. titul. 1. l. 7. pag. 30. in glos. vestir por luto.

4 AN autem validum sit præceptum testatoris, vt dum non soluitur legatum relictum vxori, vel alicui alteri, detur illi certa pensio, in quolibet anno? est consulendus Alexand. consil. 74. volum. 5. ex numer. 14. & in consil. 27. volum. 4. ex num. 5. vbi Carol. Molin. in additio. in litera B. Couar. lib. 3. variar. resolut. cap. 1. num. 9. Hotoman. de vsur. lib. 1. cap. 5. pag. 45. & lib. 2. cap. final. pag. in 163. Alciat. lib. 3. paradox. cap. 20. & tradunt textus & Doctores in l. 3. §. final. ff. de annuis legat. Ias. in l. cunctos populos, in 1. lectur. ex num. 59. C. de sum. trinit. Didac. Perez, in dicta rubr. pag 21. col. 2. ad finem. Cauallin. in milleloq. 424. Ludouic. Messia in dicta pragmat. conclus. 6. num. 106. vers. ex quibus mihi. Abendan. lib. 2. de execut. mandat. cap. 29. num 9. Caualcan. 2. par. decis. 13. ex num. 51. Ioseph. Ludouic. in com. conclus. titul. de statutis, conclus. 3. optimè peritissimus omnique laude dignissimus doctor Didac. Spino in specul. testam. in glos. 11. princip. num. 71.

AD TEX. IN CAP. 13. Et si Iudæos, de Iudæis & Sarracenis.

COLLECTAN. 15.

SVMMARIVM.

1 *Familiaritas & consortium cum Iudæis, hæreticis, aut pessimis viris, omnino est fugiendum.*

2 *An iustè expelli possint Iudæi, à regnis christianorum?*

3 *Iudæi fuerũt expulsi ab Hispania & Francia.*

4 *Apud Cantabros non permittuntur habitare Iudæi, & nouiter conuersi ex secta Maurorum.*

5 *Ciues Cæsaraugustæ possunt promoueri ad gradum militiæ, & eorum filij & descendentes remanent Infantiones, vulgò dicti Hidalgos.*

6 *Filius natus antequam pater promoueatur ad gradum militiæ, an remaneat infantio, seu fidalgus?*

7 *Plura de hac dictione, fidalgus.*

8 *Fidelis ab infideli vel Iudæa, an possit nutriri, & quid è contra?*
9 *An Christus descendat in stomachũ sumentis sacramentum Eucharistiæ?*
10 *Quid debeat fieri de mure vel alio animali, qui sumpsit hostiam consecratam?*

1 *IBI, in nostram familiaritatem.* Familiaritas & communicatio cum Iudeis aut hæreticis, An liceat Christianis? est consulendus Ioan. Rojas singul. 213. in fine, versic. & ideo, Didac. Perez lib. 8. titul. 13. l. 10. Petr. Aragon 2.2. quæst. 10. articul. 9. Iacob. Simãcas de catholic. institut. cap. 11. ex princip. optimè Auiles, in cap. 26. prætorum, in glos. apartamiẽto, ex num. 2. & facit illud Iuuen. de alia cõtagione non ita pestifera loquens in Satyra secunda inquiens, dat hæc contagio labẽ: sicut grex totus in agris, vnius scabie cadit, & porrigine porci. & malorum consortia sæpè etiã bonos corrumpunt. cap. sæpè. 28. quæst. 1. & quos refert Zilet. consil. 88. volum. 2. ex num. 6. optimè Camil. Borrel. in additionibus ad Bellug. in specul. princip. in rubric. 11. §. visso, in litera C. versic. item hæreticus non est. Altamiran. de visit. in verb. bonos mores, num. 8. Pet. Sanchez 3. par. histor. moral, tit. dela vida y dela muerte. §. 5. versic. y por tanto digo. folio 346. D. Clemens lib. 6. constitut. Apostol. capit. 26. fol. 519.

IBI, mus in pera. Cum igitur Iudæi eã retributionem Christianis impẽdant, quam mus in pera, eorum consortium fugere debemus, vt optimè referunt Petr. de Aragon 2.2. quæst. 10. artic. 9. in explicat. articuli in principio, pag. 302. & supra relati Doctores in versic. in nostram familiaritatẽ, & faciunt verba Apostoli, corrumpunt ingenia bona pessimè cõfabulationes. Et quidem improborum & malorum hominum fugienda est conuersatio, ex multis quos allegat Camil. Borrel. in additionibus ad Bellug. in rubric. 11. in principio, in liter. C. Iodoc. Damhouder. in prax. criminal. capit. 10. ex num. 4.

2 EX quibus meritò dubitatur à Doctoribus, An iustè Iudæi expelli debeãt à regnis christianorum, an verò tolleranti? de quo disserit Roland. consil. 25. volum. 3. ex princip. Paris. consil. 2. volum. 4. ex num. 15. Alexã. consil. 13. volum. 7. num. 23. & consil. 99. vol. 6. num. 15. Natta consil. 620. num. 22. Gerar. singul. 59. num. 3. Carol. Grass. regal. Franc. lib. 1. iure 3. versic. hinc est quòd Iudæos, ex pagin. 36. Andr. ab Exea in repetit. cap. 1. de constitut. ex num. 253. Iacob. Simanc. de catholic. institut. cap. 35. num. 6. & in enchirid. titul. 17. ex num. 4. Volum. 2. cõmun. pagin. 496. verb. Iudeos de ciuitatibus, & pagin. 497. verb. Iudæi sustentantur, Lancel. Conrad. in templ. omnium iudicum, lib. 1. cap. 1. §. 3. verb. vsuras debet tollere, ex numer. 12. Didac. ab Alaua, de concil. 2. par. §. 9. Didac. Perez lib. 8. titul. 3. l. 40. pag. 79. col. 2. in fin. vers. & Iudei optimo iure. Auil. cap. 1. prætorum, in glos. seruicio, num. 5. Et præceptum de Iudæorum exterminatione ex omni dominio temporali sanctæ Romanæ ecclesiæ & subditorum, præter Romam & Anconam, extat in motu proprio Pij V. incipit, Hebræorum gens, Dat. anno 1568. 4. Calen. Martij, & tradit Cauallin. in ægidian. constitut. lib. 5. cap. 10. in glos. A. Et

3 edicto publico omnes fuerunt expulsi à Frãcorum regno, anno 1182. & 1183. ex Guilielmo. Bened. cap. Raynuntius, verb. duas habens filias, numer. 97. Didac. Perez in dicta pag. 79. in fine. & pag. 80. post principium, vbi dicit, quòd quadraginta millia Iudæorũ fuerunt expulsi ab Hispania, in annis 1492. & 1499. de quo optimè disserit Rojas in 1. par. de hæretic. ex num. 565. & in singul. 37. versic. & ita, Francis. Tarapha de regib. Hispan. in anno Christi, 1477. fol. 733. Simanc. de cathol. instit. cap. 35. num. 9. Ioan. Picus Mirandul. lib. 5. aduers. astrolog. cap. 12. Illescas 2. par. lib. 6. cap. 20. §. 2. & veram rationem eorum expulsionis, refert Dominic. Bañes, 2. 2. quæst. 10. artic. 10. col. 611. vers. ad secundum respondetur, Iacob. Simanc. in dicto cap. 35. num. 5. Petr. de Aragon 2.2. quæst. 10. artic. 8. pag. 290. versic. ad aliud de regibus.

4 ET apud Cantabros, seu Vizcaynos, vt sæpè audiui, non permittuntur habitare nouiter conuersi ex secta Maurorum vel Iudeorum, nec eorum descendentes, immò qui vult habitare apud ipsos debet dare informationem idoneã sui generis, ne polluat gentem nobilem prætextu suæ habitationis: omnes enim ibidem habitantes adeo censentur nobiles, vt ex lege sui fori, de priuilegiis, immunitatibus, & libertatibus, generosorum nobilium Cãtabriæ, titul. 1. l. 16. ibi, que los Vizcaynos que viuen fuera de Vizcaya son auidos por hijos de algo, probando que ellos o sus padres y abuelos na-

5 cieron en Vizcaya. Quod priuilegium etsi maximum sit, multo tamen maiori decorantur Ciues nostræ charissimæ patriæ & inclytę ciuitatis Cæsaraugustæ, qui etsi in prędicta ciuitate ipsi vel eorum progenitores nati non fuerint, in numero Ciuium admittuntur, & statim promoueri possunt ad gradum militiæ, & sic eorum filij & descendentes remanent Infantiones seu Hidalgos, ex priuileg. Regis Petri el IIII. cõcello prefatæ ciuitati anno 1348. viij. Calend. Octobr. de quo priuilegio meminit obseruan. 1. de conditio. Infant. & Bages in obseruan. notandum est quòd in Aragonia, eodem titul. Molin. in repertor. verb. miles potest. fol. 224.

6 QVAERIT tamen Molin. vbi proxime, in verb. Militis filius, An si filius militis natus sit, antequam pater ipsius crearetur miles, nunquid talis filius remaneat & sit Infantio? pro quo est cõsulendus textus & Doctores in l. senatores. ff. de senatorib. Dec. in cap. inter cæteras, ex num. 4. de rescript. Abb. in capit. licet, num. 11. de voto, Peluez. de maiorat. 2. par. quæst. 4. illation. 5. Palat. Rube. in repetit. capit. in 3. notab. §. 23. numer. 19. Couar. lib. 2. variar. capit. 8. num. 5. Didac. Perez lib. 4. tit. 1. l. 5. in glos. no gozen de la exencion, Tiraquel. de primogen. quæst. 31. & de nobilitat. cap. 15. ex num. 7. Cremen. singul. 51. vbi additio. Paul. Fusc. singul. 75. literæ P. Carol. Molin. consuetud. Paris titul. 1. §. 8. glos. 1. num. 55. Cosmas in pragm. sanction. in prooem. in §. in qua quidem, in glos. verb. primogenito, in versic. sed an filius genitus, optimè Guilier. Benedict. in cap. Raynuntius, in verb. in eodem testamẽto relinquẽs, el. 1. ex num. 200. Francis. de Caldas de nomin. emphyt. quæstione 13. num. 45. Bellug. in specul. principum rubric. 7. num. 9. vbi Camil. Borrel. in additionibus in litera I. Lancel. Conrad. in templ. omnium iudic. lib. 1. cap. 2. §. 1. quæst. 1. ex num. 10. fol. 99.

7 ET tandem pro complemento supradictorum si vis intelligere proprietatem huiusmodi dictionis, fidalgus, legẽdus est Matienço in dialog. relat. 3. par. cap. 63. num. 7. Francis. Sarmien. lib. 1. select. cap. 15. in principio, & in num. 5. latissimè Gaspar. Baeça, de inope debitor. capit. 16. ex numer. 43. ad medium. Didac. Perez lib. 4. titul. 2. l. 1. in glos. fijos de algo, pag. 1363. latè Huarte à S. Ioanne in lib. examen de ingenios, cap. 13. optimè Matienç. lib. 5. recollect. titul. 7. l. 11. in glos. 2. num. 3. Cifuent. l. 79. Taur. vers. sed primo dubitatur. Petr. Salazar de vsu & consuetud. cap. 1. num. 104. Remig. de Gosii de immunitat. eccles. ampliat. 21. versic. quæritur ad propositum dictæ legis quis dicatur Infançon, ex pag. 203. Barthol. Humada in prolog. partit. in part. 1. in glos. 16. nu. 2. fol. 3. & in l. 2. titul. 21. par. 2. in glos. 8. num. 1. fol. 169. latè Ioan. Pineda. 1. par. de la agricultura christiana, dialog. 2. §. 4.

8 *IBI, nutrices.* Vide Tiraquel. in l. si vnquam, verb. susceperit liberos, num. 53. ad finem. Volum. 1. commun. opin. pag. 301. verbo, Iudæus extra domum. & est motus proprius Innocen. IIII. incipien. impia Iudæorum, in vers. & his non cõtenti, æditus anno 1243. vij. Idus Maij anno 1. sui Pontificat. Ioan. de Anan. in cap. ad hæc. num. 6. de Iudæis. Felin. in capit. at si clerici. §. de adulteriis, de iudic. nu. 20. Armil. in sum. in verb. Iudæus, num. 8. & ibi Sylvest. numer. 4. dicit Episcopum aduersus huiusmodi prohibitionem nõ posse dispensare, pro quo etiam est videndus Selua de benefic. 4. par. quæst. 7. num. 6. in fin. & de omnibus supradictis disserit Lælius de Zanch. de priuileg. eccles. 142. priuileg. Nec similiter fidelis ab infideli, vel iudeo est nutriẽdus, ex eo, quia ex lacte infecto, infans nocumentũ magnum recipiet: iuxta illud vulgarè, mamolo en la leche: quod adagium refert Cicero lib. 3. Tusculan. quæstion. dum ait pene cum lacte nutricis errorem suxisse videatur: & cum hoc concordat quòd latè confessit eruditissimus Ioan. Costa in tractat. 2. del regidor, dialog. 6.

9 *IN gloss. effundere.* Quærit hæc glos. & glos. in verb. miscere, in cap. tribus, de consecrat. distinct. 2. An Christus descendat in stomachum sumentis sacrosanctum sacramentum Eucharistiæ? & dicunt Doctores quòd sic, & quòd ibi est quãdiu manent naturaliter species illæ panis & vini, quocunque deferantur, & à quocunq; etiam mure

vel

vel bruto ſummantur, videndi tamen ſunt pro hac quæſtione Sylueſt. in verb. Euchariſtia el 3. ex numer. 3. Angel. in dicto verb. Euchariſtia el 3. num. 9. Paludan. in 4. diſt. 9. quæſt. 1. num. 25. Stephan. de Gaeta in repetit. cap. ad limina. 30. quæſt. 1. §. 6. num. 109. Sebaſtia. Medic. in ſumma omnium hęreſ. 1. par. verb. hoſtia. Viuald. in candelabr. eccleſ. tit. de ſacramen. Euchariſt. num. 73. & num. 131. Rebuf. in repet. c. omnis vtriuſq; ſexus, verſic. immò dicunt quidã, pag. 569. Lelius de Zãch. de priuil. eccleſ. priuil. 129. num. 7. Et eo caſu, quo mus ſumpſit corpus Chriſti, debet exenterari & ſacramentum, ſi reperiri poteſt extrahi, & deinde animal comburi, & cineres in piſcinam proijci, ex Palud. in dict. quæſt. 1. num. 27. vbi etiam dicit, quòd ſi ſpecies ſacramentales inueniantur nõ comburantur, nec in piſcinam proiiciantur, ſed ſummantur, vel in loco decenti ponantur, & ad idem, vide Stephan. de Gaeta in dicto §. 6. num. 79.

AD TEX. IN CAP. 8. Non ſatis, de ſimonia.

COLLECTAN. 16.

SVMMARIVM.

1 *An Monaſteria poſſint ab aliquo exigere pecuniam pro ingreſſu religionis, & receptione habitus?*

2 *An pro admiſſione ad poſſeſſionem alicuius beneficij, poſſit exigi aliqua pecunia à cæteris beneficiatis vel clericis? in quo defenditur laudabilis conſuetudo eccleſiæ Beatæ Mariæ de Pilari.*

3 *An pro ſepultura, vel pro miſſa celebranda, & ſacramẽtis miniſtrandis, rectè exigi poſſit pecunia?*

4 *Pœna corporis afflictiua moderanda eſt, quando poſt commiſſum delictum longũ tempus eſſet elapſum.*

1 *IBI, pecunia requiratur.* Hic quæri ſolet, An monaſteria exigere poſsint pecuniam pro receptione & ingreſſu religionis? pro quo eſt videndus Guid. Pap. deciſ. 80. Paul. Fuſch. ſingul. 32. literæ C. & de viſitat. lib. 2. capit. 15. num. 54. & optimè lib. 2. cap. 18. num. 23. optima additio ad Hoſtienſ. in ſum. tit. de ſimo. in num. 2. in liter. B. Armil. in ſum. verſ. excõmunicatio. §. 60. Guilier. Benedict. in repetit. cap. Raynuntius, verb. cuidam Petro tradiderunt, num. 13. Nauar. manual. lat. cap. 27. num. 106. Capel. Toloſ. & ibi optimè Aufred. deciſ. 311. aliàs 312. Extrauag. 1. de ſimon. Cajet. in ſum. verb. excommunicatio. cap. 73. Nauar. in apolog. de reddit. eccleſ. quæſt. 1. monit. 34. num. 3. latiſsimè Barth. Humada in l. 22. titul. 7. par. 1. in gloſ. 3. fol. 83. Petr. Bollo in œconom. canonic. 3. claſſ. capit. 4. §. 14. in principio. pag. 473. & §. 15. pag. 482. optimè Michael Palat. de contract. lib. 2. cap. 7. pag. 130. verſ. ſanctimonialis verò. Epiſcopus de Elna, in in director. curator. cap. 18. §. 1. verſic. y deſta manera. Doctores in cap. tua nos, infra eodem, & in 1. quæſt. 1. in princip. & 1. queſt. 2. in princip. Felin. cap. cum M. de conſtitut. num. 21. in fin. verſic. generaliter, Abb. cap. in præſentia, de probation. num. 52. in fine. Anan. in rubric. de ſimon. num. 8. textus & Doctores in cap. quoniam, infra eodem. Felin. in repertor. verb. ſimonia committitur pro ingreſſu. Natta conſil. 618. Coſmas in pragmat. ſanction. tit. de annat. poſt principium, in gloſſ. verb. pœnam, in verſic. ſimiliter recipientes. Dominic. Soto lib. 9. de iuſtitia & iur. quæſt. 6. artic. 2. ad 4. Syluеſt. in ſumma, verb. ſimonia, num. 15. Pedraz. in ſumma, titul. excomuniones Papales, in verſicul. contra los que dan, fol. 137. optimè Anton. Bernad, in ſum. cap. 32. num. 45. & in nume. 46. verſ. ſeptimo los Papas, Paul. Fuſc. de viſitat. lib. 2. cap. 15. num. 54. & cap. 18. num. 23. Didac. Spino in ſpecul. teſtament. in gloſ. 7. princip. ex nu. 30. Foller in prax. can. 2. par. cap. 18. num. 40. Ioan. Gutierrez lib. 1. canonic. quæſt. capit. 32. num. 22. & ex num. 61. optimè Sebaſtian. Medic. in ſum. peccat. 2. par. titul. 9. q. 78. num. 89. optimè Viuald. in candelab. eccleſ. tit. de ſuſpenſ. num. 45. Angel. in ſum. verb. ſimonia el 4. & ibidem. Summa Tabienſ. num. 63. Petr. Marti, in repet. cap. afferte, de præſumpt. 1. par. verb. afferte, num. 3. verſic. hinc monaſterium.

2 *IN verſic. nec Prioratus.* Et facit etiam cap. ex multis. §. conſtituimus. 1. quæſt. 3. cõtra ge-

tra generalem eccleſiarum conſuetudinem qua certa pecunia ſoluitur pro admiſsione ad poſſeſsionem alicuius beneficij, quòd an iuſtè fiat? eſt videndus Aufred. ad Capel. Toloſan. deciſ. 311. in verſic. ſed quid ſi ſtatuto. Felin. cap. 1. de ſponſalib. num. 18. verſic. & pro hac differentia. Petrus Rebuf. in concordat. titul. de reſeruat. §. final, verſic. quinto etiam infertur, pag. 247. Syluеſt. in ſum. verb. ſimonia, num. 13. verſ. quintũ, optimè Coſm. in dicto tit. de annat. in gloſ. cõſuetudinis, verſ. ſed an hic reprobetur, Nauar. man. lat. cap. 23. num. 101. verſic. vndecimo, ibi idem arbitror, Abb. cap. cum M. de conſtitution. num. 25. vbi additio in litera A. Michael Palat. in dicto cap. 7. pag. 128. verſic. at verò ad id, Philip. Deci. in dict. cap. cum M. ex numer. 110. & ibi additio in litera D. & optimè Felinus in dicto capit. cum M. de conſtitut. ex numer. 20. & in cap. Iacobus, de ſimon. num. 2. vbi etiam Abb. ex num. 2. & Anan. ex num. 3. & Socin. num. 3. Ioan. Driedo. lib. 1. de libertate chriſtiana, capit. 11. verſic. conſuetudo autem, Concil. Triden. Seſſ. 24. cap. 14. motus prop. Pij V. incip. dudum nimis. Dat. Pridie Calend. Iulij, anno 1570. Alphonſ. de Azeued. ad curiam piſan. lib. 1. cap. 14. in litera B. Ioan. Gutierrez, lib. 1. canonic. quæſtion. cap. 29. ex num. 26. & dicit Andr. ab Exea in repetitio. rubricæ, de conſtitutionib. num. 74. valere conſuetudinem, vt Canonicus de nouo receptus ſoluat certã pecuniã operi pio vel pro Cappa; ſtiã ſi conſuetudo dicat quòd nõ prius aſsignetur ſibi præbenda. Quod facit ad conſuetudinem antiquam huius inſignis Eccleſiæ B. Mariæ de Pilari, in qua Canonici, Dignitates, Officinæ, Portionarij, & Beneficiati nouiter recepti in eadem, ſoluunt certam quantitatem pecuniæ fabricæ dictæ eccleſiæ, & vulgò dicitur pro Cappa: quæ conſuetudo valida eſt & ſeruanda de iure communi, per ſupradicta, & etiam attento prædicto Decreto Concilij Trident. quatenus mandat obſeruari cõſuetudinem, qua aliquid huiuſmodi in pios vſus conuertitur, & ita inuiolabiliter obſeruatur, & iuſtiſsimè quia fabrica huius eccleſiæ adeò pauperrima eſt, vt onera conſueta & neceſſaria ſupportare vix poſsit.

EXISTIMO etiam minimè valere conſuetudinem quamplurimarum eccleſiarum qua canonici nouiter electi non lucrantur in totum fructus primi anni, ſed cæteris antiquioribus Canonicis accreſcunt; extat enim prędictus motus proprius, datus in exe cutionem & declarationem præfati Decreti Concil. Trident. quo ſanctiſsimè reuocan tur prædictæ conſtitutiones ac etiam conſuetudines immemorabiles, & ſeuerè præci pitur vt omnes tam noui quam antiqui beneficiati reſidentes, æquo iure pariterq; fructus lucrẽtur reſpectiuè à tempore quo eccleſijs inſeruire inceperint, vt optimè proſequitur Ioan. Gutierrez in dicto capit. 29. num. 29.

ET denique, pro quæſtione illa difficili de qua ſupra in num. 1. An ſcilicet cum monaſteriis, vel monialibus aliqua poſsit interuenire pactio, de ſoluendo aliquid pro ingreſſu religionis? vltra alios quos ibidem retuli, eſt omnino videndus Francif. Viuius in Sylua commun. opin. 724. ex num. 9. ex pag. 224. quem auctorẽ nouiter impreſſum hodie vidi apud doctiſsimum Iuriſconſultum, & eloquentiſsimum cauſarum patronum ac dominum meum colendiſsimum Petrum Ludouicum Martinez.

3 *IBI, proſepultura.* Similiter & pro celebranda miſſa, & pro ſacramentis miniſtrãdis, an rectè recipiatur pecunia? & ſic plura de materia iſtius verſiculi, & capitis 42. ad Apoſtolicam, infra hoc titul, & cap. 13. abolendæ, de ſepultur. Vltra Doctores ibidem eſt conſulendus Nauar. in manual. latin. cap. 21. numer. 10. verſic. idem concilium, Ioan. Driedo. in dicto lib. 1. cap. 11. Anton. Cordoua de Lara in l. ſi quis à liberis, §. etſi impubes, num. 30. ff. de liber. agnoſcen. Didac. Couar. lib. 1. variar. reſolution. cap. 17. num. 3. optimè Michael Palat. in dicto capit. 7. ex pag. 126. verſic. porrò, de ſepulturis. Petrus Salazar, de vſu & conſuetudine, capit. 10. num. 19. & optimè ex num. 22. Aegid. Boſſius in prax. criminal. titul. de ambitioſ. num. 4. Sebaſtian. Mediçes in ſumma peccator. 1. par. titul. 6. quæſt. 119. Petr. Bollo in œconom. canonic. 2. claſſ. cap. 5. §. 3. pag. 290. & 291. vbi etiam optima additio marginalis in litera B. Ludouic. Molin. de primogen. Hiſpan. lib. 1. capit. 24. numer. 40. Selua de benefic. 1. par. quæſt. 7. num. 36. verſicul. nunquam autem de iure, & in num. 50. Paul. Fuſc. ſingul. 29. literæ C. & in ſingul.

t.literæ S. Pedraz.in 3.præcept.decalog.ex fol.29.in fin.versic.y estas tampoco. Anto. Bernad in sum. capit.24.num.65.pag.458. Sebast. Medices in sum. Decreti. 1. quæst. 1.artic.6. Dominic.Soto lib. 9. de iustit. & iur.quæst.6.artic.1.& 2. & quæst.7. artic.1. in respons.ad argumenta, versic. nihilominus,Sylvest.in sum. verb.sepultura, num.2. Anton. Cordoua, tractat. cas. de conscien. quæst.27.Paul.de Castro consil.363.volum. 1.ex numer.1. Iul.Clar.§.simonia,numer.2. Episcopus de Elna in dicto §.1.versic.lo segundo. Menchac.lib.1. succes. creat. §.7. num.8.Cosm.in dict.glos.cõsuetudinis,post principium. & Doctores & glos. verb. ita quod,in capit. significatum,de præbend. latissimè Didac. Spino in specul. testam. in glos.7.principali, ex num.2. & ex num.27. latissimè Barthol. Humada in l. 55. titul. 6. par.1.glos.5.ex num.1.fol.75.& in l.1.tit.13. par.1.glos.2.num.2.& in glos.3.ex numer.1. Vincent. Carocius in tract. de locat. 1.par. titul.sacerdotali ministerio,ex num.1.Paul. Fusch.de visit.lib.1.capit.25.num.10. Deci. consil.214. incipien.in causa vertente. Rebuf.in concord.in titul.de public.concubin. §.quia verò,in glos.fin.versic.notandum tamen est,pag.718. Ioan. Garsia, de expensis & meliorationib.capi.9.numer.88. Rebuf. tract. quando secul.cognosc. post. de eccles. num.6. latissimè Ioan. Gutierrez dicto lib. 1.canonicar.quæstionum.capit.29. ex num. 2.optimè Didac.Spino specul.testamen.in glos.2.principa.ex num.42. & in num.45. ait quod valet consuetudo vt panni illi lugubres quibus mortui conteguntur,clericis sepelientibus assignentur, & quodam pretio moderato redimantur.

4 *IN finalibus verbis, ibi,quia diuturnitas temporis.* Hoc intelligitur quo ad Deum & in foro animæ,tunc enim diuturnitas temporis auget peccatum, iuxta text. in capit. fin. de consuetud.respecta autẽ pœnæ ciuilis aut criminalis imponendæ, quando delictum est antiquum, scilicet commissum iam supra decem annos,eo casu non debet quis puniri pœna ordinaria sed mitiori per text. in l.si diutino. ff. de pœnis, quæ omnia pulchrè declarantur à Iodoc. Damhouder. in prax.criminal. cap.84. num.34. Tiraquel. de pœn.causa 29.ex principio.Couar.lib.2. variar.resolution.capit.9.num.2.versic.primum posse.Iul.Clar.lib 5.§.final.quæst.60. num.32. Abb.in cap.cum haberet, num.4. de eo qui duxit quam pol. Anton. Gomez de delict.cap.1.num.8.Anton.Scapp.de iur. non script.lib.5. cap.5. ex num.8. Paris de Puteo de syndicat. tit. de pœn.cap.6.num. 8. Neuizan.in sylua nuptial.lib.1. num.96. Alciat.lib.2. pareg. capit.10. Corras.lib.2. miscellan.cap.20.Hyppol.deMarsil.singul. 454.incipien.cursus temporis. Afflict.decis.287.ex principio.Foller.in prax.canon. 2.par. capit.17. num.49. Aegid.Bossius in prax.titul. quo modo proced. per act.in delict.ex num.18. & in titul.de homicid.num. 111. & in titul.de falsis,num.145. & in titul. de partu suppos.num.2.Boer.decis.26.Abbas in cap.licet causam,ex num.29.& Feli. ex num.37. & Deci.ex num.176.de probation.Bonacos.commun.opin.crimin.verbo,antiquitas tẽporis, & in verb. pœna debet minorari. Robert. Marant.de ordin. iudic.6.par. §. fin. num.60. Deci. consil.535. num.6. Carrer.in prax.titul. de homicid.§. trigesimo excusat diuturnitas, ex princip. fol.225.Scot.tom.2.lib.3.respons.1.num.62. Didac. Perez lib.3. titul.1. in rubrica, pag. 445.colum 1.versic.item quando post commissum delictum.

AD TEX. IN CAP.4. Personas ecclesiarum,de Appellationib.

COLLECTAN. 17.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ecclesiasticus potest appellanti præfigere tempus, vt intra illud,coram superiore cum processu se præsentet, & eo tempore elapso,appellationem esse desertam declarare.*

2 *Locumtenentes Iustitiæ Aragonum, An rectè hodie (stante Bulla Cœnæ Domini, & Concilio Tridentino) concedant inhibitionem, vel iurisfirmam,ne appellatione pendente, iudex ecclesiasticus procedat ad executionem suæ sententiæ?*

3 *In*

3 *In quibus casibus iudices seculares possunt inhibere iudices ecclesiasticos, ne suas sententias mandent executioni,pendente appellatione.*

4 *Inquisitores fidei,aut iudices bonorum publicatorum,non possunt inhiberi à iudicibus secularibus,ne procedant appellatione pendente, in causis ciuilibus, aut criminalibus.*

5 *An iudex ecclesiasticus inhibitus,ne procedat in causa, appellatione pendente, possit taxare expensas,in quibus cõdemnauit appellantem.*

1 EX hoc textu inualuit consuetudo in curiis ecclesiasticis, vt iudices assignent appellanti certum & determinatum tempus, vt intra illud,coram superiore cum processu se præsentet, & vt literas responsiuas ab ipso superiore emanatas, eidem iudici reproducat, aliàs eo elapso, si non constiterit eis, de prosecutione, appellationem desertam esse declarant, & executioni mandant sententias ab eisdem prolatas: vt tradunt Roman.singul.167.incipien.iudex. Rober. Lancellot.de attentat.2.par.cap.12. amplia. 14. Robert. Maranta de ordin. iudicior. 6. par. §. & quandoque appellatur, numer. 235.Felin.in cap.prælatorum, num. 9. vers. secundo casu,de accusation. Petr.Dueñas, regul.42.limitat.22. Petr.Rebuf.tom.3. tit. de appellationib. articul.15. glos.1. num.13. Augustinus Beroius in capit. cum sit Romana, in numer. 27. de appellationibus, & Hieronym. Portoles in schol. ad Molin. in §.appellatio.num.30.vbi num.31.dicit quod

2 eo in casu quando à iudice ecclesiastico ad superiorem quis appellauit, solent Locumtenentes Iustitiæ Aragonum ei Iurisfirmã concedere, qua inhibetur iudex ecclesiasticus per iudicem secularem ne pendente appellatione in causa procedat, quòd planè iuri consonum est,vt latissimè probant Nauar.in cap.cum cõtingat,de rescript.remed. 1.Couar.in pract.cap.35.num.3.Osasc.decisione 30. ex num.7. & habes plura supra in 1.par.in collectan.5. num.3. & tradũt etiam Didac.Perez lib.2.titul.1.l.5. in glos. pueden conocer,pag.196.in princip.Hierony. Portoles supra in §.firma.num.101.Salzed. in additionib.ad Diaz in prax. crimin. cap. 102.in litera A.ex pag.mag.353.vbi in pag. 359. dicit, quòd propterea non incidunt iudices seculares in Bullam Cœnæ Domini, quòd etiam fatentur Cordoua in tract. casos de conscien. cas.35. versic. lo segundo. Nauar.in manual.latin.cap.27. num.69. de quo,& quòd hoc non fit contra Concil. Trident.Sess.25.de reformat.cap.3. in fine, vbi ait nefas esse seculari cuilibet magistratui, prohibere ecclesiastico iudici,ne &c. est vidẽdus Barthol.Humada in l.13.titul.13.par. 2.in glos. 4. Viuald. in candelab. eccles.2. par.in explanation. Bullæ Cœnæ Domini, casu 16. ex num. 114. latissimè Azeued.in lib.1.nouæ recopilat.titul.6.l.2. ex versicul. item & decimoquarto.

3 QVAM Iurisfirmam & inhibitionem à iudicibus secularibus concedi debere,ceo seo,siue admissa, siue reiecta fuerit appellatio,si iudex secularis cõpertum habet fuisse appellatum à sententia iudicis ecclesiastici, & appellationem ab eo nõ fuisse admissam, quæ aliàs de iure admittenda erat, iuxta notata in cap. fæpè,de appellation.& à tali denegatione appellationis, appellatum fuerit,prout de iure requiritur,secundũ Cardinal.in Clementin.1.de dol.& contum. num. 9. quem sequitur Salzed.in prax. Bernard. Diaz in cap.150.num.18.post mediũ,& Roland.consil.37. vol.1.num.13. adhuc enim in hoc casu, iudex secularis poterit inhibere ecclesiasticum,ne vlterius procedat,pendente appellatione. Cùm certi iuris sit appellationem etiam in eo casu suspendere sententiam iudicis ecclesiastici,vt ex Burset.cõsil. 21.num.13.lib.1. & ex aliis resoluit Robert. Lancellot.de attentat.2.par. cap.12. in præfat.num.109.Nec similiter in dicto casu subuenitur iudici ecclesiastico auxilio brachij secularis pro executione suæ sententiæ,ex Salzed.in dicto num.18.Roland.supra num. 14.& Nauar.in dicto cap. cum contingat.in 2.remed.versic.non obstat tertio.

HAEC tamen omnia verissima sunt, & procedunt, quando non fuit prolata sententia à iudice ecclesiastico, qui habuit in suis facultatibus,quòd posset procedere appellatione remota, sed solum quando appellatio interposita fuit à sententia diffinitiua, vel ab interlocutoria vim diffinitiuæ habente.

te, cum causa probabili, & tempore & forma debitis, hisce enim casibus vt veriùs existimo, iudicem secularem nõ solum non teneri auxilium præstare executioni sententiæ prolatæ à iudice ecclesiastico, vt tradit Nauar. in dicto capit. cum contingat in 2. remed. versic. non obstat tertio, & in versic. quinto respondeo, & Salzed. in supradicto num. 18. in fin. Verum ab eo iudice seculari, inhiberi potest ecclesiasticus, ne appellatione pendente procedat ad executionem sententiæ, quia cum per appellationem sit suspensa eius iurisdictio, ex textu in l. 1. in fin. ff. ad turpil. & tradit Paris. consil. 28. vol. 4. num. 23. ideò sententia executioni demãdari, aut aliquid innouari non potest, vt in terminis de appellatione interposita à diffinitiua sententia probant Dueñas regul. 42. Hierony. Portoles in schol. ad Molin. §. appellatio. numer. 122. Miles, in verb. appellatio legitima, fol. 16. Robert. Lancellot. de attentat. 2. par. cap. 12. in præfat. ex num. 78. & num. 108. & in appellatione ab interlocutoria interposita quando vim diffinitiuæ habet, idem tradunt Lancellot. in dicto cap. 12. limitatio. 1. ex num. 51. Mathesilan. & ibi optima additio in notab. 39. Miles. verb. appellans ab interlocutoria vim diffinitiuæ habente, fol. 13. Et quemadmodũ si iudex procedit in his casibus post interpositam appellationem impunè potest resisti à parte, per ea quæ tradit Bald. in l. addictos, num. 2. C. de Episcop. audien. Abb. in cap. si quando, num. 2. & Felin. num. 2. versic. fallit primo, & Deci. num. 13. Bellamer. numer. 1. versic. tertio. de offic. de legat. per text. & ibi Bar. in l. prohibitum. C. de iure fisci, lib. 10. & iuxta ea quæ tradit Barthol. Humada in l. 13. tit. 1. par. 2. glos. 5. num. 2. ad med. & Alphons. Azeued. lib. 3. nouæ recopilat. titul. 11. l. 2. ex num. 3. Aules cap. 3. prętorũ, in glos. verb. iurisdiccion, num. 13. in fine, fol. 103. pulchrè Lancellot. de attentat. 2. par. cap. 12. ampliat. 20. pag. 211. Robert. Marant. in disputat. 1. num. 38. A fortiori ergo poterit inhiberi in his casibus dictus iudex ecclesiasticus à seculari potestate, ne procedat pendente appellatione, ad effectum, ne cẽsuris aut aliter alicui fiat iniuria, & liberet vi oppressos violentia iudicum ecclesiasticorũ inferiorum, interim donec à Summo Pontifice præstetur iure debitum auxilium, vt pulchrè notatur supra in 1. par. collectan. 5. num. 3. vbi vide quæ habes.

4 ET quamuis supradictum remedium saluberrimum & præstantissimum sit, ad propulsandas iniurias iudicum ecclesiasticorũ, tamen iure regio prohibitum est, ne quispiam secularium iudicum, quantacunq; dignitate, ac potestate sit præditus, cognoscere vllo modo possit de causis ciuilibus aut criminalibus, quarum cognitio pertinet ad Inquisitores hæreticæ prauitatis, & ad iudices bonorum publicatorum, etiam sub prætextu subleuandi vi oppressos, sed qui appellare voluerint, in suprascriptis causis adire tenentur sacrosanctũ Senatum supremum sanctæ Inquisitionis, vt post Iacob. Simanc. de catholic. institut. cap. 36. num. 2. tradit Salzed. in additionibus ad Diaz in prax. capit. 102. in litera A. in fin. pag mag. 357. in quibus etiam casibus in hoc regno Aragonum, nec iurisfirmam ne pendente appellatione, concedendam esse censeo.

5 ELEGANS tamẽ dubium est in hac materia, An iudex ecclesiasticus à quo est appellatum, & cui est presentata dicta iurisfirma ne appellatione pendẽte procedat in causa, possit sine vitio attentati taxare expensas, in quibus appellantem condemnauit: pro qua quæstione recurrendum est ad Capel. Tolosan. decis. 465. Felin. consil. 13. num. 2. Robert. Marant. de ord iudic. 6. par. §. & quandoque appellatur, num. 197. Ant. Gabriel. lib 6. commun. opin. titul. de regul. iur. conclus. 3. num. 54. Rota. antiq. decis. 25. aliàs 90. & decis. 43. aliàs 236. & decis. 46. aliàs 831. de senten. & re iudic. Guido. Pap. singul. 349. latissimè Lancellot. de attentat. 2. par. cap. 12. limitat. 11. per totam.

AD TEX. IN CAP. I. Pueris, de delictis puerorum.

COLLECTAN. 18.

SVMMARIVM.

1 *An & quando minor puniatur ob delictũ?*
2 *An pueri puberes ante quatuordecimum annum possint contrahere matrimoniũ?*
3 *Multi pueri in duodecimo & in nono anno ætatis suæ, grauidas fecerunt nutrices.*
4 *Simplex fornicatio est peccatum mortale.*
5 *Verus intellectus istius textus constituitur.*
6 *Glossæ auctoritas & opinio per quam maxima est.*

1 DE materia istius textus, & quando minores puniãtur in delictis tam in committendo quam in omittendo, & in quouis alio genere delictorum, & similiter quando totaliter excusentur, vel arbitrarie seu mitius puniri debeant, tradit latissimè & multum pulchrè Ioseph. Ludoui. decis. Lucen. 17. & est videndus Petrus Dueñas regul. 259. Baeça de inope debitor. capit. 8. ex num. 8. Petrus Plaça de delict. cap. 32. Anto. Gomez tom. 3. cap. 1. ex num. 57. Loazes de matrim. regis Angliæ in 6. par. princip. ex num. 7. Couar. in clemen. si furiosus, 3. par. in princip. num. 5. Quintil. Mandos. in prax. titul. de ætat. minor. cap. 3. ex num. 10. & in cap. 4. num. 29. Sebast. Medic. de fortuit. casib. 2. par. quæst. 5. num. 43. Mich. Gras. lib. 2. commun. opin. cap. 6. quæst. 3. Ioan. Martinez de Olano, in antinom. in liter. M. ex num. 42. versic. minor. Ioan. Rojas de hæretic. 2. par. assert. 36. num. 318. & ex singul. 130. cum duob. sequẽ. Francis. Pegn. in 1. par. direct. schol. 12. vers. si tamen criminis. Ludouic. Messia in pragmatic. taxæ pan. conclus. 1. ex num. 18. Ioan. Francis. Fara, de essen. infant. capit. 19. ex num. 4. Tiraquel. de pœn. temp. causa 7. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæst. 60. ex num. 2. Rolan. consil. 77. volum. 3. ex num. 2. Grammat. decis. 23. ex num. 11. Hyppol. Marsil. sing. 628. optimè Menoch. de arbitr. cas. 329. vbi ex num. 20. differit quando in delictis parcatur senectuti, de quo latè habes supra in 1. par. collectan. 9. in cap. tanta. 86. distin. num. 5. Et an delinquens in minori ætate, possit puniri quãdo factus est maior, tradit Iul. Clar. supra num. 5. Tiraquel. in dicta caus. 7. num. 8. & de vitiis puerorum est omnino videndus Albar. Pelag. lib. 2. de planctu ecclesiæ cap. 44.

2 IBI, *quòd meritò crederemus*, Maximũ dubiũ oritur ex his verbis, inferri namq; videtur ex ipsis, pueros masculos non esse habiles ad carnes delictũ, nec viri potẽtes ante decimumquartũ annum, & quòd si reperiũtur habiles ante talem ætatem, non peccent ex tali delicto. Et quamuis regulariter sit verum quòd ætas quatuordecim annorum eis tanquam apta & matura ad copulam à legibus sit definita, vt contrahant matrimonium iuxta ea quę docet Couar. in 4. 2. par. cap. 5. num. 2. Nauar. man. lat. cap. 22. num. 29. text. & glos. verb. ætate, in cap. ex literis, el 1. de sponsal. Sot. in 4. dist. 35. quæst. vnic. artic. 5. Paluda. in 4. dist. 27. quæst. 1. num. 12. Vial. in candel. eccles. tit. de matrim. num. 69. Alphons. de Veracruz in specul. coniug. 1. par. artic. 39. vers. secunda cõclusio. Ioseph. Angles flor. theolog. in quæst. de errore conditionis, articul. 4. conclus. 1. & 2. pag. 369. Tiraq. l. 6. conn. num. 36. Ant. de Butr. consil. 36. num. 1. Ex eodem tamen Couar. in dicto cap. 5. num. 3. talis ætas malitia potest supleri, & ante hanc ætatem à legum cõditoribus arbitratam & præsumptam pubescere quis poterit, & tunc validum erit matrimonium, optimus textus in cap. de illis, & in cap. fin. de sponsal. impub. vbi glos. verb. nubilis, optima glos. in verb. suplebat, in cap. vnic. 5. idẽ quoq;, eodẽ titul. in 6. Syluest. in sum. verb. matrimoniũ, el 5. num. 2. Sot. supra. Alphõ. Veracruz in specul. coniug. 1. par. artic. 16. vers. dubitatur si ante, pag. 107. & in articul. 39. pag. 214. versic. tertia conclusio. Ioseph. Angles vbi supra, concl. 3. pag. 369. Cãdel. eccles. supra ex num. 70. Tiraq. dicta l. 6. numer. 38. Petr. Mozius de contr. titul. de matrimonio. §. qui possint cõtrahere matrimonium vel nõ, ex num. 1. in fin. fol. 176. Plaça de delict. cap. 32. num. 8. Francis. Viuius lib. 2. com. opin. 175. optimè Didac. Perez lib. 8. titul. 15. l. 2. pag. 310. in glos. de catorze años.

3 HINC passim in authenticis scripturis meminimus legisse, vt vulgarè, & à doctoribus receptum, multos pueros duodecim vel nouem annorum, & etiam in minori ætate grauidas feciss aliquando proprias nutrices, & aliquando ex aliis fœminis filios habuisse, vt videre licet in glos. in summa 20. quæstione. 1. & tradit Syluester in summa, verb. matrimonium, el 5. num. 2. post medium. Sebastian. Medices, de fortuit. casib. 2. par, quæst. 5. num. 43. vers. quinto non potest. Iaf. l. in pupillari. de vulg. & pupil. num. 11. Abb. in cap. puberes, de sponsi. impub. numer. 3. Alphons. Mendoça in quodlibet.

libet. in quæſt. 4. poſitiu. §. 3. pag. 363. Petr. Plaça in dict. cap. 32. num. 8. Tiraquel. in dicta l. 6. num. 37. Anton. Gomez, tom. 3. cap. 1. ex num. 59. Nicol. Boer. deciſ. 318. num. 4. Petrus Mozius, de contract. titul. de nuptiis §. qui poſsint contrahere ſponſalia, num. 4. poſt medium. Menoch. de arbitrar. caſ. 57. num. 33. Corraſ. lib. 6. miſcel. cap. 23. num. 4. Ioan. Franciſ. Fara, in tractat. de eſſent. infan. cap. 19. num. 9. Couar. in 4. 2. par. cap. 5. numer. 4. Hierony. Zanchus in repetit. l. hæredes mei. §. cũ ita. ad Trebel. num. 994. Falcõ, in ſua arbore, pag. 28. Eman. Coſta in cap. ſi pater. 1. par. verb. impuberes, num. 10. Ioſeph. Ludou. deciſ. Lucenſ. 17. num. 70. Soto in 4. diſt. 35. quæſt. vnic. articul. 5. in verſ. quòd ſi rurſus. Et ſimiliter, quòd aliqua puella poſsit eſſe apta ad generationem, ante annum duodecimum à lege præfinitum, tradunt Petr. Moz. & multi alij, ſupra. Alphõſus Veracruz in dicta 1. par. artic. 39. verſic. quinta concluſio, pag. 215. Abb. in cap. final. num. 2. de eo qui cogn. conſang. Si igitur iſti ante decimumquartum annum puberes reperiuntur, & idonei ad copulam, & vt refert Petr. Plaça in dicto num. 8. ex carnis delicto huiuſmodi tenentur, pro quo eſt conſulendus Iul. Clar. in dict. §. final. quæſt. 60. num. 3.

4 EX quibus meritò dubium naſcitur, quare textus noſter peccatum genitale noluit attribuere pueris? niſi ab anno ætatis ſuæ decimoquarto, cum ante ipſum pubeſcere poſſint, & eo magis, quia in quolibet coitu, præterquam in matrimoniali, ineſt peccatum, etiã in ſimplici fornicatione, ex Sylua nupt. lib. 4. §. eſt nubendum, ex num. 25. ad med. Antonio Gomez. l. 80. Tauri numer. 4. pulchrè Ioan. Rojas de hæretic. 1. par. ex num. 7. Iul. Clar. §. fornicatio, num. 1. & in §. hæreſis, num. 1. verſic. hinc infertur. Couar. in 4. 1. par. cap. 4. num. 8. Carrer. in prax. titul. de hæretic. §. circa ſecundum, num. 29. Caballin. in ægidian. conſtit. lib. 4. cap. 69. in gloſ. G. num. 1. pag. 300. Ludouic. Lopez in inſtruc. conſcien. 1. par. cap. 73. in princip. Iodoc. Damhouder. in prax. crimin. cap. 93. ex num. 2. latiſsimè Sebaſt. Medic. in ſum. peccat. 2. par. titul. 8. quæſt. 29. latiſsimè Medin. C. de reſtitut. quæſt. 19. verſic. occaſione huius, ex fol. 60. colum. 3. Paludan. in 4. diſtin. 33. quæſt. 1. ex num. 33. Burſat. conſil. 218. num. 19. Ioſeph. Gonçalez, var. quæſt. cap. 38. num. 21. Ioan. Garſia, de expenſ. & meliorat. cap. 3. num. 24. Ioan. Rojas ſingul. 98. num. 8. & in cap. 10. de ſucceſſ. num. 23. in fine. Didac. Perez lib. 1. titul. 3. l. 23. pag. 104. verſic. idem aſſeruit. Auendan. lib. 2. de exequend. mandat. cap. 26. num. 1. Sebaſtia. Medices in ſum. omnium hereſ. 1. par. verb. fornicatio. Ioan. Matienço lib. 5. recollect. titul. 8. l. 6. gloſ. 2. num. 7. Cogita tu pro vera ſolutione huius dubij.

5 ET quidem (ſi meã licet exponere ſententiam) conſiderabã pro dilucidatione huiuſmodi articuli omnia ſupradicta vera eſſe, nec aduerſus illa pugnare noſtrum textum ponderando ad hoc, verba noſtri textus, ibi ab annis quatuordecim, cum pubeſcere cœperit. Propter quæ verba cenſeo, Pontificem non intelligere neceſſariam eſſe ad pubertatem & viri potentiam aſſequendam, decimumquartum annum, hoc enim eſſet aduerſus diſpoſitionem textus in capit. puberes, cap. de illis, & cap. final. de ſponſ. impub. vbi pubertas in matrimoniis ſolum ex vigore naturali & non ex annorum numero comprobatur, vt pulchrè aduertit gloſſa verb. generare, in dicto cap. puberes. textus & doctores in cap. finali, de eo qui cogno. conſanguin. vxor. & faciunt ad id tradita per Guilierm. Benedict. in repetit. cap. Raynuntius, verb. qui cum alia matrimoniũ contrahens, ex numer. 64. ad finem. Sed quia frequenter & communiter ita accidat, quòd vſq; ad tales annos viri non pubeſcant, ex Couar. & aliis ſupra, propterea textus iſte potiùs meminit de illa ætate quatuordecim annorũ, quam de alia minori, in qua raro & ex contingentia euenit pubertas, vnde nõ negauit textus, quòd ſi quis pubeſcat & comperiatur viripotẽs ante decimumquartum annum non peccet, & teneatur de delicto, quamuis mitiori pœna puniri debet, vt dicunt Doctores ſupra relati in principio, quemadmodum & de furto, periurio & de aliis delictis ſtatuit iſte textus noſter, teneri minores ſi fraudis ſint capaces, pari igitur ratione tenebuntur de delicto carnis, quando puberes ſunt, ſed quia ante huiuſmodi ætatem ex iuris preſumptione non præſumuntur puberes, ſeu capaces huiuſmodi delicti, ideò verba quatuordecim annorum adhibuit textus noſter.

ET

6 ET eo magis prædicta ſolutio vt verior mihi placet, quia eam videtur ſentire gloſſa hic ſi rectè perpẽdatur in verb. pubeſcere & optima gloſ. in verb. generare, in dicto c. puberes, & quidem gloſſæ opinio omnes alias excellit, ipſiuſq; fides & auctoritas præſtantiſsima eſt, vt plura allegando proſequitur Franciſ. Viuius in Sylua commu. opin. 319. ex num. 2. pag. 298. & pulchrè in opin. 398. ex num. 38. pag. 366. Franciſc. Viuius, in lib. 2. commun. in opin. 135. Felin. capit. 1. num. 54. verſic. ſecundo limita, de conſtitut. Afflict. deciſ. 384. num. 3. latiſsimè Corſet. in repert. Abb. in verb. gloſſæ opinio. Alexand. conſil. 92. volum. 2. num. 4. & conſil. 55. volum. 4. num. 10. Paul. de Caſtr. conſil. 168. volum. 1. numer. 3. latè Iaſ. in l. vt vim, num. 34. ff. de iuſtit. & iure. optimè Roland. conſil. 14. volum. 3. ex num. 39. & in conſil. 73. volum. 3. num. 13. Coſmas in pragmatic. ſanction. titul. de collation. in principio, in gloſ. verb. opinionum, num. 7. fol. 165. Camillus Borrel. in additionibus ad Bellug. in ſpecul. Princip. in rubric. 11. §. viſum eſt, in litera B. Paul. Emil. 2. par. deciſ. 67. num. 9. Lib. 7. regul. iuris ciuil. & pontif. pag. 514. in verb. gloſſæ opinio. Petr. Marti. in repetitio. cap. afferte, de præſumption. in verb. afferte. 1. par. numer. 20. latiſsimè Petr. Magdalen. de numero teſtium in teſtamen. 3. par. capit. 2. numer. 87. Hyppolit. Marſilius de Columna, de eccleſ. reddit. origine, 3. par. cap. 36. num. 7. Anton. Maria Corat. in comm. opin. lib. 1. titul. 2. num. 2. & latè lib. 2. titul. 9. ex num. 22. latiſsimè & pulchrè Ioſeph. Maſcard. volum. 2. de probationibus, concluſ. 842.

AD TEX. IN CAP. 3. Iuuenis, de ſponſal. & matrimon.

COLLECTAN. 19.

SVMMARIVM.

1 *Affinitas non contrahitur abſq; ſeminum commixtione.*
2 *Plura circa intellectum iſtius textus.*
3 *Quare ex ſponſalibus contractis cum puella minori ſeptemnio, non oritur impedimentum publicæ honeſtatis?*
4 *Nouus & verus intellectus ad iſtum textum conſtituitur.*

1 MAXIMVM dubium oritur circa hunc textum, quare ſummus Pontifex hoc ſecundum matrimonium contractum cum conſobrina illius, cum qua primo vir iſte ſponſalia cõtraxerat, annullandum eſſe definiat, cum ex ſponſalibus etiã de præſenti contractis cum prima, ante copulam, nulla oriatur affinitas, cum ad eam cõtrahendam feminum commixtio ſit neceſſaria, & de ſubſtantia affinitatis, vt tradit Ferdinandus Loazes in tractat. de matrimon. Reg. Angliæ, dubio. 1. & dub. 15. optimè Innocen. in capit. fraternitati, de eo qui cogn. conſ. Stephan. de Gaeta in repet. capit. ad limina. 30. quæſtion. 1. §. 4. numer. 515. Dominicus Sot. in 4. diſtin. 41. quæſt. vnic. articul. 2. Alphonſ. Veracruz in ſpecul. cõiug. 1. par. artic. 47. Sylueſt. verb. matrimonium, el 8. num. 15. Nauar. manual. lat. cap. 22. num. 42. Lambertin. de iur. patronat. in 18. artic. 9. quæſtionis principal. 1. par. lib. 2. numer. 22. pag. 82. Chriſtoph. Porc. in §. ſed nunquid, inſtit. de gradib. cognat. ex num. 17. Aufred. ad Capel. Toloſan. deciſ. 96. num. 3. vbi ampliat hoc procedere, etiam ſi ſponſus clauſtrum pudoris ſponſæ defloraverit, modò ſemen ei non emiſſerit, quia tunc nec iudicandum eſt pro matrimonio, nec eſt contracta affinitas, & idem atteſtatur Nauar. in dicto numer. 42. Sylueſter in dicto verbo matrimonium, el 8. numer. 15. verſicul. ex quibus patet quòd ſi iuuenis. Guilierm. Epiſcopus Pariſienſ. lib. de ſeptem ſacramen. titul. de ſacramen. matrimon. cap. 30. fol. 121. verſic. ſimiliter cum vir. Viuald. in cãdelab. eccleſ. titul. de affinitat. num. 198. optimè Cordoua, tract. caſ. de conſcien. quæſt. 178. in princip. & in gloſ. verb. impedire, in cap. extraordinaria. 35. quæſt. 3. Petrus Mozius de contract. titul. de ſponſalib. §. de naturalibus ſponſaliorum, numer. 3. fol. 169. gloſſ. in verb. modum alium, in cap. vnico. §. idem quoque de ſponſalib. impuberum, in 6. Ex quibus iuſtè contendi poteſt aduerſus Medinam

dinam lib. 5. de cœlibat. cap. 76. dicentem, seminum commixtionem immò neque viri seminationem esse necessariam ad affinitatem, in præsenti autem, cum nulla seminum commixtio inter hos prius despõsatos possit cõsiderari cum dubius sit Romanus Pontifex an vir eam tentauerit vitiare, & certus videatur quod id complere non potuit, mirùm ergo est, quare secundum matrimonium impediatur.

2 HVIC dubio vltra alios respondens Domin. Soto in 4. distin. 41. in q. vnic. art. 2. vers. ex quo fit, pag. 348. ait, verũ esse nec per oscula, nec per alios impudicos actus, immò nec per solam penetrationẽ, nec per effusionem seminis extra legitimum vas, affinitatem exurgere, quia per nullum illorũ fiunt duo in carne vna, quousq; seminatio in legitimo vase fiat, & sic in textu nostro affinitatem minimè fuisse contractam propter illos impudicos actus, sed quia vir illã sibi despõsauerat, ex qua sola despõsatione licet copula nõ fuerit secuta, nec matrimonium celebratum, ortum fuit quoddam impedimentum affinitati simile, quòd dicitur publicæ honestatis iustitia, per quòd vir in textu nostro non poterat ducere in vxorem consanguineam sponsæ, iuxta doctrinam Syluest. in dicto verb. matrimonium, el 8. num 14. Guilierm. supra titul. de sacramen. matrimon. capit. 31. Alphonf. Veracruz in dicta 1. par. artic. 51. Petr. Rebuf. in prax. in regul. de dispensat. in gradu prohib. in glos. 5. num. 45. Nauar. manual. lat. capit. 22. num. 57. optimè Stephan. de Gaeta in repet. cap. ad limina. 30. quæst. 1. in §. 4. num. 483.

QVAE ratio decidendi & si vera sit in se, & à Doctoribus recepta, nostro textui adaptari non potest, si rectè perpendantur verba illius, vbi Romanus Pontifex secundum matrimonium irritum decernit, non tantum ob impedimentum honestatis ecclesiæ, sed etiam propter dubitationem an forsitan iuuenis ille tentauerit, quasi dicat & sentire videatur Põtifex, affinitatem & publicam honestatem hic impedire secundum matrimonium.

3 VLTERIVS dicta solutio reprehenditur ex eo, quia ista prima sponsalia vt patet ex textu fuerunt contracta cum puella minore septem annorum, ex quibus non oritur impedimentum publicæ honestatis, vt tradunt optimus textus in cap. literas, de de sponsal. impub. & textus in cap. 1. in principio eodem titul. in 6. Alphonf. Veracruz in dicta 1. par. articul. 52. versicul. secunda conclusio, pagin. 270. Dominic. Soto in dict. distin. 41, quæst. vnica, artic. 2. versic. vnde siue habens defectum ætatis. latissimè Stephan. de Gaeta in repetit. cap. ad limina. 30. quæst. 1. in §. 4. ex num. 485. Quia cum tũc sponsalia ob defectum ætatis nulla sint, nec vlla erit affinitas, ex Sylvest. in dicto verb. matrimonium, el 8. num. 14. post principiũ. Dominic. Soto in dicta quęstione vnic. articul. 2. pag. 349.

QVIBVS rationibus dubitandi ad nostrum textum, facilè pugnabis aduersus intellectus omnes quos tradit Veracruz in dicta 1. par. artic. 47. versic. contra illud ex pag. 249. nec etiam mihi placet intellectus quem assignat Palud. in 4. distin. 27. quæst. 1. num. 10. per superius dicta, & per textum in dicto cap. extraordinaria. Et ni fallor omnes quotquot scripserunt decepti fuerunt in assignãdo verum intellectum ad textum nostrum.

4 VNDE ego nouiter, verè, & vltra omnes considerabam pro vero & germano intellectu, verbũ (forsan) de quo in hoc textu, iungendum esse verbis (complere non potuit) & non verbo (tentauit) vt ita, verbis his ordinatis pro constanti videatur Romanus Pontifex, iuuenem tentasse. & ita copulam indistinctè præcessisse, sed forsan non impleuisse, ex quo secundo pro cõstanti habet Romanus Pontifex, quòd si nõ adimpleuit nullum potuit affinitatis impedimentum resultare, argumento, text. in cap. extraordinaria, 35. quæst. 3. & superius allegata & quæ tradit Paludan. in 4. distin. 27. quæst. 1. num. 10. ad finem. & similiter considero, verba (propter honestatem ecclesiæ) de quibus in textu, esse intelligenda, id est, propter affinitatem contractam ex copula fornicaria, argumento tex. in c. præterea, infra eodẽ, & cap. super eo, de consan. & affinit. cum aliis adductis per Couar. in 4. 2. par. cap. 6. §. 7. num. 3. in principio, in quæstione an cõtrahatur affinitas vel consanguinitas, ex contractu illicito, de qua quæstione disserit Innocen. in capit. discretionem, de eo qui cognosc. consanguin. vxor. & habes in cap. 24. in literis, de testib. & de hac copula

pula fornicaria, est videndum Concil. Trident. Sess. 24. de reformat. matrimo. cap. 4. hodie optimè declaratum per mot. propr. Pij V. Dat. iij. Calen. Decembr. ann. 1566. incipien. ad Romanum Pontificem, & per Ioan. Gutierrez lib. 1. canonic. quæst. capit. 23. ex num. 2. Ioseph. Angles, flores theologicar. in quæst. de impedimen. affinit. pag. 394. versic. olim ante. Nauar. manual. latin. cap. 22. num. 42. quàm affinitatem ex copula fornicaria, publicam honestatem appellauit Romanus Pontifex in cap. discretionẽ de eo qui cognou. consang. vxor. vbi glos. verb. publicam, honestatem, cum communi, de qua ibi: verba itidem (ipsius coniux) de quibus in text. id est, ab eo cognita carnaliter, sunt interpretanda iuxta text. in capit. inuenta. 27. quæst. 2. & capit. ex publico, de conuer. coniugat. Ex verbis etiam text. ibi propter prædictã dubitationem. Est notandum quod hæc sola dubitatio aut fama sufficere potest ad matrimonium cõtrahendum impediendum, sed non ad dirimendum iam contractum, argumento dicti cap. præterea, infra eodem, & cap. super eo, vbi scribentes, de consanguinit. & affinit. propterea necesse habuit Romanus Pontifex hic, ad dirimendum secundum matrimoniũ iam contractum, adiungere cum fama, fortissimum argumentum dubitationis, quod resultat ex nixu certo ad copulam, de qua dubitabatur vtrum fuerit consummata, vt constat ex verbis (forsan complere non potuit quod tentauit) ex fama itidem, quod vxor ipsius diceretur, id est ab eo cognita carnaliter, vt ex his omnibus, sit verus sensus & intellectus is, quòd iuuenis puellã nondum septennẽ duxit, & eam (et si ætate repugnante) ex humana tamẽ ipsius iuuenis fragilitate tentauit, quòd forsitan non cõpleuit, nam si certum esset ipsum iuuenem non complesse, nullum resultaret affinitatis impedimentum, sed cum hoc dubium esset, scilicet an eam corruperit seu compleuerit, quod in ea tentauit, & in dubiis certius & quod est tutius animæ tenere debeamus, ex glos. fin. cap. vnico, de scrutin. Abb. cap. in ciuitate, num. 4. de vsur. ex famaq;, ea coniux ipsius diceretur, ex certo etiam nixu copulę, certius videatur & tutius eam corrupisse, compleuisseq; quod in ea tentauit, ob id mandat Romanus Pontifex, vt secundum matrimonium dissoluatur, separeturq; iuuenis à prioris vxoris cõsobrina, suggerente ad hoc publica honestate ecclesiæ, ex supradictis indiciis resultante, ex nixu scilicet certo ad copulam, & dubitatione corruptionis, quæ ex ea oriebatur, & fama, qua coniux ipsius dicebatur, id est ab eo carnaliter cognita.

AD TEX. IN CAP. 13. Veniens, el. 1 de sponsal. & matrimoniis.

COLLECTAN. 20.

SVMMARIVM.

1 *Quid sit Amor, & plura de Amoris potentia & effectu.*
2 *Amor, an excusset à sortilegio, hæresi vel ab aliis delictis?*
3 *Amor pingitur cum variis formis.*
4 *Amoris inimica referuntur.*
5 *An valeat matrimonium contractum inter amore excæcatos, & frequenter tale matrimonium habet infœlicem exitum & finem.*
6 *Plura de matrimonio contracto per vim & per metum.*

1 IBI, *adamauit in tantũ*, Fortassis quia erat pulchra, & omne pulchrum est amabile, per ea quæ tradit Chassen. in catalog. gloriæ mundi 2. par. consideratio. 22. optimè Ioan. Pineda 1. par. de la agricult. christian. dialog. 4. §. 15. fol. 94. Tiraquel. l. 2. connub. num. 45. & in num. 10. vbi etiã adducit, quid sit Amor, de quo Cruet. de antiquit. 1. par. §. propositum nostrum, num. 46. in principio. & latè Alciat. in Emblem. in statuam amoris. Et quòd ipse vrit, & sic ignis, flamma, feruidus, flagrans, tradit Tiraquel. in l. 15. connub. numer. 58. vsq; ad numerum 60. Et amoris vis & potentia quanta sit, refert Sylua nupt. lib. 1. ex num. 108. in fin. Alciat. in Emblem. 1. 2. & 3. de amore. Chassenęus 12. par. catalog. gloriæ mundi, considerat. 53. versic. sed amore. pulchrè Ioan. Segobiens.

de prædicatio. euangel. lib. 2. cap. 10. ex vers. sed adhuc mea sententia, ex pag. 260. Menoch. de arbitr. cas. 328. ex num. 2. in fine. & in nu. 12. dicit, quòd amoris captus est ipsius amoris seruus, iuxta illud, libertas quoniã iã nulli restat amanti, nullus liber erit, si quis amare volet: & amor homines etiam sapientes ad insaniam & furorem vertit, ex Boer. decis. 23. num. 75. in fin. Menoch. in dict. cas. 328. num. 6. Mencha. lib. 1. controuer. illust. cap. 48. num. 43. cui consonat illud Plauti in mercat. homo ex amore insanit.

2 ET adeò igneus furor amoris nescit habere modũ, quòd regulariter dici solet, furore amoris nihil est vehementius, de quo, & an excusset à fortilegio, hæresi, & ab aliis delictis, disserit latè Iul. Clar. lib. 5. §. final. q. 60. num. 10. Menoch. in dicto cas. 328. ex num. 1. Crauet. de antiq. 1. par. §. propositum nostrum, num. 46. Tiraquel. de præscript. §. 1. glos. 4. num. 89. Volum. 1. commun. opinio. pag. 248. verb. amor comparatur. Chassen. consuetud. Burgund. rubric. 1. des justices, §. 5. num. 13. col. 154. Palat. Rube. in repetit. rubric. de donat. inter. §. 28. numer. 6. Iacob. Simanc. de catholic. instit. cap. 30. num. 18. & optimè cap. 17. ex num. 42. Las. l. huiusmodi. §. si is cui, num. 18. ff. de legat. 1. Gemman. in cap. accusatus. §. sacerdotes, num. 6. de hæretic. in 6. Peguera decis. 7. num. 20. Sebast. Medic. de fortuit. casib. 2. par. quæst. 5. num. 38. Corras. lib. 1. miscel. cap. 24. nu. 6. Curti. in commenta. arrest. amorum, arrest. 1. glos. 7. pag. 38. & arrest. 10. glos. 2. pag. 252. & arrest. 51. glos. 9. pag. 853. Bonacos. commun. opinion. crimin. verb. amor excusat. Francis. Patrici. de regno, lib. 4. titul. 11. Simoncel. de decret. in præfatio. num. 75. Iul. Clar. §. hæresis, num. 25. ad medium. Palat. Rube. in allegat. de hæresi. §. 2. ad finẽ. vers. adde prædictis. Tiraquel. de pœn. caus. 4. optimè Camil. Borrel. in addit. ad Bellug. in specul. Princip. rubr. 11. §. viso, in litera H. Sebastian. Medic. in tract. mors omnia fol. 2. par. conclus. 7. num. 25. Lancellot. Gallia in consuetud. Alexand. in præfat. 5. num. 17. Francis. Mantica de coniectur. lib. 11. tit. 19. num. 14. optimè Baeça de inope debit. cap. 9. ex num. 12. Iul. Clar. lib. 5. §. final. quæst. 68. num. 4. ad medium. pulchrè. Ioan. Franciſc. Fara. tractat. de essent. infan. capit. 13. num. 17.

3 ET cur amor pingitur puer alatus, & cum sagitta in manu, seu cum aliis diuersis formis, optimè referunt Alciat. in Emblem. in statuam amoris. Nicol. Boer. in dict. decis. 23. num. 76. Rebuf. de priuileg. scholar. priuileg. 104. colum. 4. vers. ex his paret veteres. Ioan. Pineda dicto dialog. 4. §. 15. Ioan. Matiençe, in dialog. relat. 3. par. cap. 22. ex num. 8.

4 AMORIS autem inimica sunt sobrietas, fames, loci mutatio & alia quæ referunt Tiraq. in l. 16. connub. ex num. 47. Neuiz. in sylua nupt. lib. 4. à num. 87. in fin. verbis. Pineda, supra dialog. 4. §. 16. quibus adde Carmen Ouidij in lib. de remedio amoris, Otia si tollas, periere cupidinis arcus: otium enim atq; voluptas, arma sunt hostis antiqui, ad miseras animas captiuandas, iuxta text. in cap. nisi cum pridem. §. verum, de renunt. relatum à Ioan. Matiençe in dialog. relat. 1. par. cap. 1. num. 5. Paul. Fusc. de visitat. lib. 2. cap. 18. num. 53. Lælius de Zanch. de priuil. eccles. 76. priuileg. ex num. 16. & plura de otio inerti, & contra otiosos, tradit Iacob. Simanc. de primogen. cap. 20. & cap. 21. Sebastia. Medices in summa peccator. 1. par. quæst. 5. & quæst. 44. Didac. Perez lib. 8. tit. 14. l. 1. per totam.

5 ET matrimonia contracta inter amore excæcatos, vt plurimum habent infœlicem exitum, ex Menoch. consil. 59. vel 1. ex numer. 45. optimè Ioan. Gutierrez lib. 1. canonicar. quæst. cap. 20. ex num. 18. & pro hoc facit prouerbium illud, quod amore se capientes, rabie se dimittunt, quod refert Neuizan. in sylua nupt. lib. 2. num. 118. Matrimonium tamen contractum inter tales amore excæcatos, validum est, nec ex defectu consensus annullatur ex Ias. in l. Titia. 134. num. 8. ff. de verb. obligat. Felin. consil. 26. num. 2.

6 *IBI, eam inuitam.* Et tunc, & similiter quando per metum est contractum matrimonium an valeat, cum in hisce casibus non interueniat liber consensus qui omnino videtur necessarius, per text. & Doctores in cap. Gemma, de sponsal. Gigas, singul. 78. Concil. Triden. Sess. 24. de refor. matrimo. cap. 9. est tamẽ videndus pro huiusmodi quæstione Couar. in 4. 1. par. cap. 4. ex num. 4. & latissimè in 2. par. cap. 3. §. 5. ex numer. 1. Paul. Fusc. singul. 14. literæ M. Bursat. consil. 207.

sil. 207. & num. 31. 33. optimè Christophor. Porcus, in princip. instit. de patr. potest. numer. 12. Stepha. de Gaeta in repet. cap. ad limina. 3. quæst. 1. §. 4. ex. num. 436. Ioan. Matien. lib. 5. recollect. titul. 1. in glos. 1. rubricæ ex num. 27. & in l. 10. in glos. 2. & in l. 11. in glos. 1. Cosmas in pragmat. sanction. titul. de elect. cap. sicut. §. ad tollendũ in glos. verb. liberè, in princip. pag. 109. Victor. de sacrament. matrimonij num. 268. Seraphin. de Seraphinis, de priuileg. iuramen. priuileg. 110. num. 10. Alphons. Veracruz in specul. coniug. 1. par. artic. 7. ex versic. pro solutione, pag. 51. & in artic. 8. ex pag. 55. Petrus Roizius, decis. Lituan. 3. num. 572. latè Ioseph. Angl. flor. theolog. in quæst. de consensu libero & coacto, ex pag. 333. Menoch. de præsumpt. lib. 3. de præsumpt. 4. num. 1. vbi etiam latissimè tractat, ex quibus coniecturis præsumatur metum interuenisse, & nuptiæ inuitè, frequenter pariunt malum exitum, vt tradit Couar. in 4. 1. par. cap. 4. num. 5. Abb. in cap. requisiuit, num. 4. de sponsi. & matrimon. vbi vide notata.

AD TEX. IN CAP. 25. Tuæ fraternitati, de sponsal. & matrimon.

COLLECTAN. 21.

SVMMARIVM.

1 *An contrahentes matrimonium, teneantur signis exterioribus exprimere suum consensum?*

2 *Per quæ verba prolata inter contrahentes, præsumatur contractum matrimoniũ vel sponsalia.*

1 AN senes qui generare non possunt, & naturali calore iam carent, frigiditas etiam & impotentia coeundi, quando matrimonium impediat contrahendum, vel dirimat contractum? est videndus Ioan. Matienço in lib. 5. recollection. titul. 1. in glos. 1. rubricæ, ex num. 191. Stephan. Gaeta in repetit. cap. ad limina. 30. quæst. 1. §. 4. ex num. 518. Petrus Mozius, de contract. titul. de matrimon. §. qui possunt cõtrahere matrimon. vel non, num 9. & num. 11. Lælius de Zanchis, de priuileg. eccles. 136. priuileg. Caualcan. 2. par. decis. 18. Anton. Bernad, in sum. cap. 23. ex num. 108. Nauar. in manual. latin. cap. 22. ex num. 59. Viuald. in candelab. eccles. titul. de frigid. & malefic. num. 238. Capel. Thol. of. decis. 381. latè Sylvester in sum. verb. matrimonium, el 8. num. 16. Neuizan. in sylua nuptial. lib. 2. ex num. 12. versic. cum igitur. Paris. consil. 29. volum. 2. ex princip. Christophor. Porcus, in princip. instit. de nuptiis, ex num. 25. Ioan. Rojas, de succes. cap. 2. ex num. 21. latissimè Alphons. Veracruz in specul. coniug. 1. par. art. 38. Couar. in 4. 2. par. cap. 8. §. 2. ex num. 10. Victor. de sacramen matrimon. ex num. 283. Episcop. de Elna, in director. curator. cap. 9. §. 2. vers. el duodecimo impedimento, pag. 114. optimè Ioan. Gutierrez, lib. 1. canonicar. quæst. cap. 16. ex num. 2. latissimè Dominic. Soto, in 4. distin. 34. quæst. vnic. artic. 2. Petr. Rebuf. in prax. de dispensat. in gradib. prohib. in glos. 5. ex num. 49. Guilherm. Episcopus Parisiens. de sacramen. matrimon. cap. 39. Petrus Mozius, de contract. titul. de matrimon. §. pro declaratione huius, ex num. 44. Magist. Palat. in 4. dist. 34. in disputatione 1. ex pag. 762. Ioseph. Angles flor. theolog. in quæstione de impedimen. matrimo. pag. 352. versic. quando frigiditas, & in pag. 353. per totam, & in pag. 355. versic. si impotentia, dicit, quòd si contrahant scienter matrimonium illi, qui perpetuis huiusmodi impedimentis laborant, nõ possunt lasciuè se amplexari, aut impudicè tangere, non solum propter periculum si in aliquo istorum esset extraordinariæ pollutionis, quæ certè esset peccatum mortale, sed etiam quia isti tactus & oscula

& oscula ex se (vt verior habet opinio) sunt mortalia, nisi inter veros coniuges contingant, vnde iuuet textus in cap. consultationi, & in cap. laudabilem, infra hoc titul. quòd vir habeat illam non tanquam vxorẽ, sed tanquam sororem: & hoc idem latè prosequitur Dominic. Soto in dicta quæstion. vnica, articul. 2. pagin. 235. Est tamen circa hoc videndus Petrus Rebuff. in dicta glos. 5. numer. 50. Petrus Mozius vbi supra, numer. 10. & in dict. §. pro declaratione huius, num. 46. Lelius de Zanchis, de priuileg. eccles. priuileg. 136. num. 3. Nauar. in manual. latin. cap. 22. num. 60. Alphon. Veracruz, in dicto artic. 38. in 7. concluf. Anton. Bernad, in sum. cap. 23. num. 110. Ioan. Gutierrez, in dicto cap. 16. ex num. 5. vbi refert ex Soto vbi supra, quam periculosa sit hæc confederatio, & quòd eam ipse damnaret, si inter ipsos verum matrimonium iure non consisteret, quia se exponunt manifesto periculo peccandi, & ita Alphons. Veracruz vbi supra, piè ac sanctè consuluit in prædicto casu, vt fieret diuortium.

SVPRADICTA autem frigiditas quo pacto probetur, tradit pulchrè Ioseph. Mascardus, in volum. 2. de probat. concluf. 816. & latissimè in concluf. 888. tractat, quo pacto probetur impotentia coeundi, & quibus cognoscatur signis, de quo etiam est videndus Guilierm. in dicto cap. 39. versicul. quo modo potest frigiditas cognosci.

AD TEX. IN CAP. 1. Clerici, de postulando.

COLLECTAN. 39.

SVMMARIVM.

1 *Clericus obtinens beneficium vel ordines sacros, non potest esse aduocatus coram iudice seculari.*
2 *Clericus aduocatus pro reo in causa sanguinis, an & quando sit irregularis?*
3 *Prohibitus aduocare, an possit scripto patrocinari & consulere in camera?*
4 *Plures adsunt casus, in quibus clerici possunt officium aduocationis exercere coram iudice seculari, & si delinquant coram iudice seculari in ipso aduocationis officio, an puniri possint ab eodem seculari?*

1 COLLIGE ex hoc textu clericum simpliciter tõsuratum beneficium ecclesiasticum obtinentem, aut sacro ordine insignitũ, officium aduocationis coram iudice seculari exercere non posse: vt per Abb. in cap. final. num. 5. infra eod. & tradunt Speculat. in titul. de aduocato, num. 5. Angel. in sum. verb. aduocatus, ex num. 6. & ibid. Tabien. ex num. 5. Armil. num. 6. Sylvest. num. 2. versic. tertio. Albert. Troci. de vero & perfect. cler. lib. 2. cap. 54. num. 3. Salzed. in additionib. ad Bernard. Diaz, in prax. cap. 63. in litera A. in princi. pag. mag. 195. Didac. Perez lib. 2. tit. 19. l. 2. versic. vndecimo mouetur, pag. 403. latissimè Hieronym. Portoles in §. aduocatus, ex num. 5. vbi in num. 17. tradit qualiter puniatur clericus coram seculari iudice patrocinium præstans, opprobrium enim est clericis, si se peritos forensium disceptationem ostendere voluerint, ait textus in l. repetita. C. de Episcop. & cleric. & in l. consulta. C. de testamen. & sacrilegium cõmittunt, si se immiscent profanis, ex text. in l. 3. C. de crimin. sacrileg. quem ad hoc allegat glos. verb. auri, in dicta l. repetita. & facit ad supradicta, totus titulus ne clerici vel monachi secul. quæ rubrica & titulus non solum in ciuilibus negotiis & causis, loqui videntur, sed multò fortius in criminalibus, non tantùm, nè in secularibus se immiscеãt clerici, verumetiam, quia si in criminalibus patrocinarẽtur irregulares possent esse, & hoc siue pro accusatore, siue pro
2 reo accusato, patrocinium præstarẽt. Posset enim reus accusatus propter culpam, negligentiam, vel imperitiam ipsius aduocati clerici, deuenire ad casum vbi condemnandus esset pœna sanguinis, & similiter si nocens reus sit, posset ex nimiis subtilitatibus, aut cauillosis allegationibus sui aduocati iniustè absolui, accusator verò posset ad talionẽ damnari, in quibus casibus, semper accusati aduocatus fieret irregularis, sicut si aduocaret pro accusatore, per textum in cap. aliquantos. 51. distinctione, & ibi notatur per Doctores, & Speculat. in titul. de aduocato. §. obiicitur. num. 8. Hostien. in sum. tit. de postul. nu. 7. versi. illud tamẽ. & in tit. de homicid. num. 5. versi. illud autẽ. Albert. Troc. de perf. cler. lib. 2. cap. 23. ex nu. 3. Et quãuis velint Montal. in l. 2. tit. 9. lib. 1. for. in glos. fi. Couar. in clem. si furiosus. 2. par. §. 5. nu. 5. Salzed. in additionib. ad Diaz, in prax. canonic. in cap. 98. num. 20. pag. mag. 344. & Simon. Maiol. de irregular. lib. 2. cap. 9. nu. 4. versi. tertius modus. Quòd pro reo accusato possint clerici patrocinari cum protestatione coram iudice facta, quod nullam accusatoris pœnam intendunt, sed solam rei defensionem. Ipse tamen in dubio securius iudico, sequi Hostiens. & Speculat. opinionẽ pro vt eandẽ sequitur Didac. Perez lib. 2. titul. 19. l. 2. pag. 403. versi. decimotertio. Azened. in lib. 2. nouæ recopil. tit. 16. l. 15. num. 3. Villadieg. de irregular. cap. 6. num. 32.

3 ILLVD tamen notatu dignum est in hac materia, An & si postulare prohibeatur clerico coram iudice seculari, possit tamen domi allegationes iuris conficere, & consilium petentibus dare in causis profanis, & quæ coram iudicibus secularibus ventilantur? Pro cuius dubij solutione vltra ea quæ tradunt Bernar. Diaz in prax. cap. 63. num. 2. & ibi Salzed. in additionib. pag. mag. 196. versi. sexto limita. Abb. in rubric. de postul. num. 1. Felin. in rubr. de fid. instrumen. num. 2. optimè Anan. in rubr. de magist. num. 23. Angel. num. 1. Sylvest. num. 1. Armil. num. 1. in sum. verb. aduocatus. sunt cõsulendi quos habes supra in 1. par. in collectan. ad textum in cap. non licet iudici 11. quæst. 3. num. 14.

4 *IBI, nisi in propriam causam.* Plures casus in quibus clericus beneficiatus vel sacro ordine decoratus coram seculari, officium aduocationis exercere potest, tradunt Cœpola consil. 21. in ciuil. Angel. in sum. verb. aduocatus, num. 6. & 7. vbi etiam Sylvest. num. 2. Tabiens. num. 4. Armil. num. 5. Salzed. ad Diaz in prax. cap. 63. in liter. A. pag. magn. 195. & 196. Albert. Troc. dicto lib. 2. cap. 54. ex num. 3. Pet. Gregor. in syntagm. iur. lib. 49. cap. 6. num. 24. & quos allegat Portoles in dicto §. aduocatus. num. 6. & ex num. 9. vbi etiam in num. 2. & in §. clericus, num. 45. doctè suo more quærit, An clericus exercens officium aduocationis coram iudice seculari, si in ipso aduocationis officio delinquat, possit a iudice seculari puniri? pro qua quæstione est videndus Salzed. in dicta pag. 196. in fin. in versi. illud verò. Didac. Perez lib. 8. tit. 6. l. 1. fol. 189. in fin. versi. & idẽ dicendum est. Carol. de Grass. regal. Franc. lib. 2. 17. iure.

AD TEX. IN CAP. 5. In literis, de raptorib.

COLLECTAN. 40.

SVMMARIVM.

1 *Plura aduersus incendiarios, & quando præsumatur culpa inhabilitantiũ in domo conducta incendium commissum.*
2 *Priuatio sepulturæ magna pœna est.*
3 *An cadauer debitoris possit insepultum detineri ad instantiam creditorum, donec soluantur eius debita?*
4 *An hæres teneatur exonerare conscientiam defuncti, & soluere eius debita?*
5 *An & quando hæres teneatur vltra vires hæreditarias? & quid in conscientia, maximè si non conficiat inuentarium?*
6 *Anima defuncti, an detineatur in purgatorio donec suorum debitorum restitutio fiat per hæredes?*

1 IBI, *incendium.* Plura aduersus incendiarios, cumulant Iodoc. Damhouder. in prax. crimin. capit. 103. Nauar. in manual. latin. cap. 17. num. 100. Angel. de maleficiis, in verb. incendiario. Lælius Zecchus, de casib. reseruat. cas. 16. Iul. Clar. lib. 5. §. final. quæst. 77. num. 19. Petr. Rebuf. in prax. in 3. par. titul. de modo amitten. benef. num. 60. Andr. Gãbar. de offic. & potestat. Legati in absolut. ab excommun. ex num. 12. Paul. Euse. de visitat. lib. 2. cap. 21. num. 38. Felician. de censur. titul. de excom. cap. 14. pag. 36. verb. incendiarij. Ant. Bernad in sum. cap. 32. num. 34. Bern. Diaz in prax. canon. cap. 98. Didac. Perez lib. 8. tit. 18. l. 2. pag. 350. in glos. quemlas casas. Sylvest. verb. excommunicatio. fol. 7. ex num. 13. Foller. in prax. can. 2. par. cap. 25. ex princip. Francis. Platea, de excõmun. §. 29. ex princi. in vol. 16. tractat. late Menoch. de arbit. cas. 290. vbi quamplures subiungit questiones, & maximè illam,

An quando culpa inhabitantiũ in aliqua domo incendium cenſeatur commiſſum, eiſq; imputari debeat? de quo etiam latiſsimè differunt Volum. 1. commun. opin. pagin. 100. verb. incendium in dubio. pulchrè Ioſeph. Maſcard. in volum. 2. de probationib. concl. 892. Menoch. de præſumpt. lib. 1. quæſt. 59. num. 3. Couar. in 4. 2. par. cap. 6. §. 8. nu. 14. optimè Ioſeph. Lud. deciſ. Peruſ. 25 Menoc. conſil. 53. volum. 1. optimè Grammat. deciſ. 3. Vincent. Carocius, in tractat. de locat. 2. par. titul. incendio ruina, & naufrag. ex fol. 54. Rolan. conſil. 95. volum. 2. Grammat. in additionibus ad Afflict. in deciſ. 57. in litera A. optimè Didac. Perez lib. 5. titul. 7. l. 2. pag. 210. colum. 2. verſic. ex quibus infertur. Bonacoſ. commun. opinio. crimin. verb. incendio probato, pag. 489. & in pag. 490. verb. incendium præſumitur. pulchrè Paul. Fuſc. ſingul. 172. literæ C. vbi etiam vide de incendio domus vicini, & qui ad illud teneãtur, de quo etiã agit Afflict. deciſ. 57. Ioan. Gracian, regul. 149. Sebaſtian. Medices, in tractat. de regul. iur. regul. 8. ampliat. 129. & quãdo incendij timore à vicinis fuit domus alicuius deſtructa, an vicini teneantur domino damnum reſarcire? tradit Bernard. Diaz, in regul. 331. & an dominus teneatur pro incendio illato per familiã? eſt videndus Ioan. Gracian, in regul. 30. num. 16. & incendentes eccleſias an teneãtur ad emendationem? tradit Sebaſtian. Medices, in ſumm. peccat. 1. par. tit. 4. quæſt. 82. Tabienſ. in ſum. verb. bellum. numer. 18.

2 *IBI, ſepulturam habere nequiuit.* Priuatio autem ſepulturæ magna pœna & ignominia eſt, vt referunt & probant Bald. conſil. 426. lib. 1. num. 5. Repertor. Inquiſit. verb. ſepultura. Anton. Scappus, de iure nõ ſcript. lib. 3. cap. 99. ex princip. Alphonſ. Caſtr. de iuſta hæretic. punition. lib. 2. cap. 18. & lib. 13. aduerſ. hæreſes, verb. ſepultura. Paul. Fuſc. de viſitat. lib. 1, cap. 25. num. 4. Iacob. Simanc. de cathol. inſtit. cap. 18. num. 9. Couar. lib. 2. variar. cap. 1. num. 10. verſ. ratio ſiquidem naturalis. Rolan. cõſil. 20. vol. 3. ex num. 27. latè Guilier. Benedict. in reper. cap. Raynutius, verb. mortuo itaq; teſtat, el. 1. ex num. 50. text. & ſcribẽtes in cap. 2. de hæret. in 6. Conrad. Brun. de ceremon. eccleſ. lib. 4. capit. 6. vbi pulchrè plura cumulat de vtilitate ſepulturarum: ſic de iure non inme-

ritò, interdicta eſt omnis appellatio, quę cadaueris ſepulturam impedire poſsit, ex textu in l. fin. de appel. recip. cap. ex parte, el 1. de ſepult. Natura enim ipſa, humanitas, honeſtatis ratio, & reipublicæ ſalus docent, & poſcunt, vt mortui cadauer terræ mandetur & honeſtè ſepeliatur, & quamuis dici ſolet quòd facilis eſt iactura ſepulchri, natura tamen humana vetat, ne qui ſunt ſuperſtites tã barbara habeãt pectora, & ab omni humanitatis ratione aliena, vt mortuorum corporibus ſepulturę iura denegent, vt plura allegando proſequuntur multi ex Doctoribus ſupra. Chaſſen. in 2. par. catalog. glor. mund. conſid. 5. Volum. 1. commun. opin. pag. 350. verb. de decima natura ipſa. Aſsinius in l. 4. §. ſed tunc locus. numer. 112. ff. de religio. & ſumpt. funer. Petr. Pechius, de iure ſiſtend. cap. 5. num. 17.

3 EX quibus nõ immeritò differit Pechius in dicto num. 17. An cadauer debitoris poſsit inſepultũ detineri, donec ſoluatur debitũ etiam guarentigiũ per ſuos heredes? de quo, & de pœna creditoris hoc petẽtis, plura referunt Grãmat. deciſ. 82. Nicol. Boer. deciſ. 287. ex nu. 2. Baeça, de inope debit. cap. 1. ex nu. 19. pulchrè Ant. Gomez in tom. 2. varia. cap. 11. num. 56. Couar. lib. 2. var. cap. 1. num. 10. & in cap. Raynaldus. §. 3. nu. 3. deteſtam. Menoch. de arbit. caſ. 387. num. 16. & 20. Ioſeph. Ludonic. deciſ. peruſ. 78. num. 24. Suarez in l. poſt rem iudicatam, in ampliatio. 5. per tot. ex pag. 287. Ant. Scap. de iure non ſcript. lib. 3. cap. 99. ex num. 5. Io. Martinez de Olan. in antinom. in liter. S. nu. 13. verſ. iure antiquo. Io. Garſia, de expenſ. & meliorat. cap. 8. num. 19. Didac. Perez lib. 1. titul. 1. l. 7. pag. 31. in gloſ. y que al finado. & in additionib. ad Segur. in repetit. l. ſi ex legati cauſa, nu. 74. ff. de verbor. oblig. Paul. Fuſc. ſingul. 246. liter. C. Io. Gutier. de iuramen. cõfirmat. 2. par. cap. 4. num. 17. latiſsimè Didac. Spin. in ſpec. teſtam. in gloſ. 2. princip. ex nu. 11. Didac. Perez, lib. 3. tit. 8. l. 4. pag. 628. in fi. verſ. eſt tamẽ quæſtio. pulchrè & latiſsimè Bru. à Sole, in queſt. legal. q. 29.

4 *IBI, & hæredes eius moneas & compellas.* Heres igitur tenetur & cogitur exonerare conſcientiã defuncti, & ſolueré eius debita, & damna ab eo illata reſarcire. vt tradit Philip. Deci. conſil. 271. num. 6. & conſil. 302. numer. 4. latiſsimè Burſat. conſil. 167.

Lib.

Lib. 1. regular. iur. ciuil. & pontif. pag. 20. verſic. duodecimo fallit. Mandol. in prax. titul. de ingratitud. cap. 127. verſic. & quod præſertim. fol. 277. Sebaſtian. Medices, in tractat. mors omnia ſoluit. 2. par. concluſ. 58. num. 169. & concluſ. 63. num. 183. & facit textus in cap. final. vbi DD. & gloſ. verb. ſed eius hæredes, de ſepultur. Petr. Rebuf. in tom. 1. conſtitut. reg. titul. de ſenten. prouiſ. in præfat. num. 85. (& in numer. 86. refert horrendam viſionem cuiuſdam non adimplentis voluntatem defuncti, quod etiam tradit Guilierm. Benedict. in repetit. capit. Raynutius, in verb. ſi abſq; liberis, el 2. de legat. & fideicommiſſ. num. 208.) Ant. Gomez, tom. 3. variar. cap. 1. numer. 85. Cornel. Benincaſ. in tractat. de priuileg. paupertat. in 10. ſpecial. in vltim. volunt. num. 13. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 51. num. 16.

5 AN vero, & quando, teneatur hæres ſoluere debita defuncti, etiam vltra vires hæreditarias, & quid in conſcientia? eſt videndus Abb. conſil. 73. in 2. lib. ex num. 8. ad medium. Paul. Fuſc. ſingul. 8. literæ H. Couarru. in capit. 1. de teſtamen. ex numer. 14. & 16. & lib. 3. variar. reſolut. capit. 3. ex numer. 7. Matth. Brun, de ceſſion. bonor. in 6. quæſt. quartæ quæſtionis principalis, num. 11. Petr. à Nauar. tom. 2. de reſtitution. lib. 3. capit. 4. ex num. 171. Didac. Perez, lib. 5. titul. 2. l. 4. pag. 140. verſic. decimo quærendum. & in procem. legum, quæſt. 10. verſic. lex itidem ſuper præſumptione. & latiſsimè in Lib. 8. regul. iur. ciuil. & pontif. pag. 518. verb. heres inuentarium. Iul. Clar. in dicta quæſt. 51. numer. 17. Sebaſt. Monticul. de inuentar. cap. 4. Aſsinius, in l. 1. ex numer. 51. ff. de relig. & ſumpt. funer. Petr. Gregor. in ſyntagm. iuriſ. lib. 46. capit. 3. numer. 18. & 21. Anton. Scap. de iure nõ ſcript. lib. 3. cap. 104. ex numer. 1. Lælius de Zanchin. de priuileg. eccleſ. 126. priuileg. numer. 4. Abb. in repetit. capit. eccleſia Sanctæ Mariæ, de cõſtitut. num. 18. Guid. Pap. ſingul. 727. num. 2. Alphan. in collectan. num. 201. Tiraquel. de retract. linag. 32. gloſ. 1. numer. 50. Menochius, conſil. 89. volum. 1. numer. 160. Ioan. Matienço, in lib. 5. recollect. titul. 4. l. 1. gloſ. 2. num. 39. Baptiſta à S. Blaſio, in repetit. rubric. Decret. numer. 236. Rolán. de inuentar. par. 5. quæſt. 18. Phanuc. tractat. de inuentar. 7. par. à numer. 69. & 274. latiſsimè

6 *IBI, valeat liberari.* Fortè ex his verbis imperitus vulgus arbitratur, animam defuncti in purgatorio detineri donec debitorum reſtitutio, aut legatorũ ſolutio, fiat per hæredes vel executores ſuos: prò cuius dubij deciſione ſunt cõſulendi Dominic. Soto in 4. diſtin. 45. quæſt. 2. artic. 3. cõl. 1. verſic. in introitu ſtatim. Angel. in ſum. verb. executor. num. 23. Sylueſt. in ſum. verb. teſtamentum, el 2. numer 9. Ioſeph. Angles flor. theologic. in quæſt. de ſuffragiis, pagin. 335. verſic. nequaquam. Medin. C. de confeſſ. in capit. de effectu pœnitentiæ in iunctę, ex fol. 104. verſic. corolariè, ſequitur. optin ę Petrus Sanchez. 1. par. hiſtor. moral. titul. la vida de Ariſtoteles. §. 7. verſic. y porque ay muchos. fol. 13. Lib. 1. regul. iur. ciuil. & pontif. pag. 20. verſic. & ratio huius limitationis eſt. Soto lib. 4. de iuſtit. & iur. quæſt. 6. artic. 1. ad finem, verſ. ſeptimum preterea. Didac. Spino in ſpecul. teſtamen. in gloſ. 28. principal. ex num. 7. latè eruditiſsimus Hieronymus Portol. in ſchol. ad Molin. in tractat. de compet. quæſt. 15. ex num. 6. pulchrè Guilierm. Bened. in repet. in cap. Raynutius, verb. ſi abſq; liberis, el 2. de legat. & fideicommiſ. num. 208. vbi circa hanc materiam refert horrendam viſionem Palat. Rub. in repetit. rubr. §. 85. ex num. 18. & in num. 20. refert quandam viſionem, & ſimiliter Martin. Garſia, in ſermon. 118. fol. 372. verſic. ſecunda die eſt. Nauar. in manual. latin. cap. 17. numer. 68. verſicul. quæſitum. Secundum quem in hoc textu, loco verbi (valeat): quod refertur ad defunctum, debet legi (valeant) vt referatur ad hæredes, ita quod ſignificet

L 2

nificet per restitutionem debitorum defuncti, hæredes liberari à peccato suæ negligentię, quã interpretationem sequitur Didac. Spino, in dicta glos. 28. numer. 8. Pro qua quidem interpretatione & pro resolutione supradictæ quæstionis, est videndus Petrus à Nauarra, tom. 2. de restitution. lib. 4. capit. 4. numer. 75. Martin. Viuald. in candelabr. eccles. in titul. de purgator. num. 16.

AD TEX. IN CAP. 4. Super eo vero, de vsuris.

COLLECTAN. 41.

SVMMARIVM.

1 *An vsura sit prohibita omni iure? & An in aliquo casu sit licita?*
2 *An confraternitas Montis Pietatis sit licita?*
3 *Mentiri An liceat, pro redimenda vel saluanda vita alicuius?*

1 IBI, *vtriusque testamenti.* Omni enim iure prohibita est vsura: pro quo est cõsulendus Iul. Clar. §. vsura. numer. 3. Dominic. Sot. de iustitia & iure, lib. 6. quæst. 1. articul. 1. ex concluſ. 1. Sanct. Thom. 2. 2. quæst. 78. artic. 1. Alphonſ. Castr. lib. 14. aduersus hæreses, verb. vsura. Couar. lib. 3. variar. capit. 1. ex numer. 5. Didac. Spino, in specul. testamen. in glos. rubric. 13, par. ex numer. 7. Caballin. in ægidia. constit. lib. 3. cap. 11. in glos. A. ex num. 2. pag. 167. Sebast. Medices in summa peccator. 1. par. titul. 6. quæst. 60. Lancell. Conrad. in templ. omnium iudic. lib. 1. capit. 1. §. 3. verſ. vſuras debet tollere, nu. 2. fol. 56. Anton. Scapp. lib. 5. de iure non ſcript. cap. 169. ex num. 2, Bellug. in ſpecul. principum rubr. 11. §. de vſurariis, ex num. 3. vbi Camil. Borrel. in addition. in litera A. & in liter. C. Ioan. Gutierrez de iuramen. confirmatorio, 1. par. capit. 2. numer. 2. Ludouic. Meſsia, in pragmatic. taxæ panis, concluſ. 2. num. 69. Roland. conſil. 35. volum. 1. num. 26. & conſil. 55. volum. 2. ex numer. 11. Burſat. conſil. 90. volum. 1. num. 27. Alexan. cõſil. 49. vol. 4. in princip. Zilet. conſil. 25. volum. 2. ex numer. 1. latiſsimè & pulchrè Alphonſ. Vilagut. in tractat. de vſuris, ex quæſt. 3. vſque ad quæſt. 7. Petrus Mozius, de contract. titul. de mutuo. §. de naturali mutui, num. 23. fol. 19. Caualcan. 2. par. deciſ. 1. numer. 4. Seraphin. de Seraphinis, de priuileg. iuramen. priuil. 116. num. 4. Rebuf. in repetit. l. vnicę C. de ſenten. quę pro eo quod inter. in glo 1. verb. proferũtur, num. 30. Didac. Perez, lib. 8. titul. 2. in rubric. pagin. 24. ex colum. 1. Iacob. Simanc. de cathol. inſtitutionib. cap. 66. ex principio. Adeo enim crimen hoc in ſe malum eſt, vt ob nullã cauſam reddi poſſit licitum, vt referunt Doctores ſupra, & Conrad. de contract. lib. 2. quæſt. 25. & aduerſus hereſim dicentium vſuras eſſe licitas, eſt videndus Sebaſtian. Medices, in ſumma peccator. 1. par. titul. 6. quæſt. 61. & in ſum. omnium hæreſ. 1. par. verb. vſura. Ioſeph. Angles, flor. theologicar. in quæſt. contractus mutui, pagin. 236. verſic. hæreticum eſt. Alphonſ. Caſtr. ſupra. Nullo namq; caſu eſt permiſſa vſura etiã ſi bonum publicum inde ſequatur. Sic nec conſuetudo nec princeps poteſt eas permittere, ex Caball. mille loq. 810. Menoch. lib. 2. præſumption. 10. numer. 46. & habes ſupra in collectan. ad capit. 12. poſt miſerabilem, hoc titul.

2 EX quibus frequenter dubitari ſolet, an ſit licita confraternitas Montis Pietatis, de qua meminit Concil. Trident. Seſſ. 22. cap. 9. & Michael. Timoth. de viſitan. eccleſ. lib. 2. tractat. 8. capit. 6. Paul. Fuſc. de viſitat. lib. 2. cap. 13. num. 32. Pro reſolutione tamen dictæ quæſtionis, eſt conſulendus Dominicus Soto, de iuſtitia & iur. lib. 6. quæſt 1. articul. 6. Caietan. in opuſcul. de Monte Pietatis. Concil. Lateranen. ſub Leone X. ann. 1515. Bernar. Buſto, in defenſor. Montis Pietatis. Iaſ. l. 1. in 1. lectur. numer. 61. C. de ſum. Trin. Paul. de Caſtro, conſil. 289. volum. 1. num. 2. Nauar. in repetit. capit. 1. 14. quæſt. 3. numer. 64. & in manual. lat. cap. 17. num. 213. Ioſeph. Angles, flores Theologic. in quæſt. de cambiis, pag. 289. poſt medium. latè Ludouic. Lopez inſtruct. conſcien. 2. par. capit. 59. ex principio. Armil. in ſumma, verb. excommunicatio. §. 74. pulchrè Michael. Palat. de contract. lib. 3. capit. 4. ex pag. 197. latè Medin. C. de reſtitution. ex folio 152. in cap. de caſu ſimili Monti Pietatis. Chaſſen. in conſuet. Burgund. rubric. 4. §. 23. num. 38. colum. 771. pulchrè Ioan. Lup. Geminian. in cap. nauiganti. §. 3. de vſuris, ex num. 80. ex fol. 117. Sebaſtian. Medic. in ſumma peccator. 1. par. titul. 6. quæſt. 106. latè Ludouic. Lopez, inſtructor. conſcien. 2. par. capit. 59. & in approbationem prædicti Montis Pietatis, videbis quamdam bullam Sixti IIII. ad petitionem Epiſcopi Viterbienſis, ann. ſalut. 1472. xviij. Calend. Maij, Pontificatus ſui anno primo. & aliam eiuſdem Sixti ad petitionem ciuitatis Sauonenſis ann. Domini 1479. iiij. Nonas Iulij, Pontificatus ſui anno viij. & aliam Innocen. VIII. ad petitionem communitatis ciuium Mantuæ, anno Domini 1486. Calend. Decembris, Pontific. ſui anno iij. & aliam, eiuſdem Innocent. pro communitate ciuitatis Parmæ, anno Domini 1488. Calen. Iunij, Pontific. ſui anno iiij. & aliam Pij II. ad inſtantiam ciuitatis Vrbis veteris, anno Domini 1463. die 3. Iunij, Pontif. ſui anno quinto, & nouiſsimè habemus aliam approbationem Pontificat. Gregor. XIII. ad ſupplicationem ciuitatis Cæſarauguſtæ, conceſſam anno Domini 1578. Idib. Octob. Pontif. ſui anno vij. Et an Mons Pietatis ſit locus pius & eccleſiaſticus? tradit Burſat. conſil. 60. volum. 1. ex num. 27.

3 IBI, *mentiri pro alterius vita.* Quod an liceat? eſt videndus Beroi. in cap. 1. de offic. delegat. num. 84. & in cap. ſuper literis, de reſcript. numer. 28. Caietan. 2. 2. quæſt. 110. artic. 3. ad 4. Melchior Cano, de locis theologicis, lib. 2. ex cap. 2. latè Alphonſ. Caſtro. lib. 10. aduerſ. hereſ. verb. mendacium. & facit textus in cap. ne quis arbitretur, cap. vtilẽ. §. ſed quæritur. 22. q. 2. Burgos de Paz, in proœm. leg. Tauri, num. 271. in princip. Anton. Cordoua in quæſt. theologic. lib. 1. quæſt. 29. Chaſſen. conſil. 1. in 5. præſup. numer. 49. Sebaſtian. Medices in ſumma omnium hæreſ. 1. par. hæreſ. 99. verb. mendacium. Sebaſtian. Medices in ſum. peccator. 1. par. titul. 6. quæſt. 28. Dominic. Soto, de ratione tegend. ſecretum. membr. 3. quæſt. 3. concluſ. 1. pagin. 75. Petrus Marti, in capit. afferte, de præſumptionib. in verb. afferte, in 1. par. numer. 31. verſic. rationem reddit. An autem mendacium dicere liceat pro ſaluanda propria vita? vide quæ habes ſupra in 1. par. in collectan. ad cap. Paulus. 22. quæſt. 2. numero 11.

AD TEX. IN CAP. 53. Paſtoralis, in §. verum, de appellationib.

COLLECTAN. 42.

SVMMARIVM.

1 *An ſententia excommunicationis ſuſpendatur per appellationem?*
2 *A ſententia qua quis declaratur excommunicatus poteſt appellari, & quid operetur appellatio iſta?*
3 *Excommunicatus poſt appellationem, An poſsit denuntiari?*
4 *De intellectu extrauag. ad vitandũ ſcandala Martini V.*

1 QVAMVIS ſententia per quam quis excommunicatur, nõ ſuſpendatur per appellationem per textum in capit. is cui. §. fin. de ſenten. excommunic. in 6. & tradunt Capel. Tholoſan. deciſ. 299. Philipp. Deci. in capit. reprehenſibilis, numer. 20. de appellation. Socin. in cap. ſacro, de ſenten. excommunicat. ex numer. 104. Ioan. Gracian, regul. 173. Rebuf. in concordat. titul. de excõmun. non vitand. verſ. quinquageſima quarta, pag. 737. Humad. in l. 21. tit. 9. par. 1. gloſ. 1. ex nu. 1. fol. 90. Abb. in capit. ſæpè contingit, num. 15. de appellation. Cardinal. in clementin. 1. §. ſi quis autem, num. 10. in fin. de ſequeſtrat. poſſeſſ. Quia appellatione pendente, poteſt iudex denũtiare appellantem excommunicatum, & illum priuare fructibus beneficij, per hunc textum, & tradunt Coſmas in pragmatic. ſanction. titul. de excommunic. vitan. §. ſtatuit, in glos. verb. denunciata. Robert. Lancellot. de attentat. 2. par. cap. 12. limitat. 21. in principio. Couar. in capit. alma mater. 1. par. §. 10. num. 4. verſic. & eſſe hanc opinionem. Robert. Maranta, de ordin. iudic. 6. par. titul. de appellation. ex numer. 178. Capel. Tholoſan. deciſ. 300. vbi Aufred. optimè id declarat: & etiam Ioan. Gutierrez, latiſsimè id tradit in canonicis quęſtionib. lib. 1. capit. 1. ex num. 90. vbi etiam pulchrè tractat ex numer. 96. de

ratione differentiæ, quare clericus excommunicatus priuatur fructibus beneficij, non verò clericus depositus, vel suspensus; pro quo etiam est videndus Nauar. in manual. latin. capit. 25. numer. 124. Anton. Bernad, in summa, capit. 27. titul. de los beneficiados, numer. 20. Ludouic. Lopez in instruct. conscien. 2. par. capit. 97. in princip.

2 A sententia tamen, qua quis declaratur excommunicatus, aut in excommunicationem incidisse, bene potest appellari, & in hoc casu, appellatio impedit denunciationē ex Cardinal. in dicto numer. 10. Lancellot. in prædicta limitatione 21. ex numer. 21. Nauar. in capit. cum contingat, de rescript. in decimaquinta causa. Felin. in capit. Rodulphus, numer. 43. de rescript. Deci. in capit. peruenit, el 1. numer. 12. de appellationib. Capizius, decis. 1. num. 19. Bernar Diaz regul. 39. Felin. in capit. parrochianos, ex numer. 1. de sentēn. excommun. Ioan. Gracian regul. 172. Couar. in dicto numer. 4. Maranta, de ordin. iudicior. in 6. par. titul. de appellationib. numer. 180. Anton. Gabriel, lib. 6. commun. opinion. titul. de regulis iuris, conclus. 3. numer. 59. Brunor. à Sole, in quæstio. legal. quæst. 24. numer. 24. Aufred. ad Capellam Tholosan. decis. 300. vers. quarto casu. Qui doctores id attestantur per glos. verbo. priuatos, in cap. cupientes. §. quod si per viginti, de elect. in 6.

ADVERTIT tamen Nauar. in dicto cap. cum contingat, in 14. causa in fine, quòd quamuis ab excommunicationis sententia non possit appellari, saltim quoad effectum suspensionum, per iura supra allegata, id tamen dicit verum esse, quando illa sententia fertur purè, secus autem quandò in diem, vel sub conditione si hoc vel illud feceris, quoniam ab huiusmodi sentētia potest appellari ante diei vel cōditionis euentum, vt ibi per eum, & id etiam tradit Lancellot. de attentatis, 2. par. capit. 12. limitat. 21. ex numer. 30. Petrus Bollo, in œconom. canonic. 3. class. cap. 4. §. 5. pag. 442. vers. quintus decimus. Vbi quod talis appellatio ante aduentum conditionis interposita, suspendit sententiam excōmunicationis prolatam, pro quo etiam est videndus Couar. capit. alma mater, 1. par. §. 10. ex numer. 4. optimè, Ioan. Gutierrez, lib. 1. canonic. quæstionum, capit. 4. ex numer. 24. Lel. Zecch. de cas. reseruat. cas. 1. numer. 5. Nauar. in manual. latin. capit. 27. num. 272. vers. vndecimo quòd.

3 *IBI, amplius non ligantur.* Excommunicatus igitur denunciari potest, etiam post appellationem, quando per talem denunciationem in plus non ligatur, vt probatur ex allegatis à Lancellot. in dicta limitat. 21. ex num. 14. Nauar. in dicto capit. cum contingat, in 7. remed. vers. & ne demireris. Caualcan. 2. par. decis. 33 num. 31. Lib. 1. regul. iuris ciuil. & pontif. pag. 53. vers. ectauo fallit in sententia excommunicationis.

4 EX quibus, infert idem Nauar. in dicto 7. remed. vers. ex quibus inferri, pag. 185. quòd hodie post extrauag. Martini V. quæ incipit, ad vitandum scandala, quæ continet neminem vitandum esse nisi denunciatum, minimè posse denunciari eum, qui ante denunciationem, & post excommunionem, saltim in his quæ non sunt notoria, appellauit, quandoquidem hodie maximas vires recipit excommunicatio per denunciationem, vt apparet ex dicta extrauagan. de qua multa habes supra in 1. par. in collectanea ad capit. nullus missam audiat. 32. distin. & ita videtur ei, quòd hodie denūciatio possit impediri per appellationem interpositā, ab ipso excōmunicato, quod est magni effectus, quia in eo casu talis excommunicatus non est vitandus, vt etiam tradit Humada, in l. 21. titul. 9. par 1. glos. 1. ex num 8. quod certè apud me dubium est, quia etiā hodie post dictam extrauag. indistinctè videtur procedere decisio istius textus, videlicet, quòd appellatio sicut non suspendit excommunionem præcedentem, ita non impediat denunciationem sequentem. Nec his obstat dicta extrauagan, quia si rectè perpendatur litera illius, aperte colligitur ex ipsa, quod nihil intendit fauere ipsis excommunicatis, sed duntaxat fidelibus participantibus cum ipsis excommunicatis. Vnde post illam extrauagantem, excommunicatio magis dicitur ligare post denunciationem, respectu fidelium participantium, sed non respectu ipsius excōmunicati, qui in nihilo releuatur, vt probat Couarruuias, in capit. alma mater. 1. par. §. 2. numer. 11. Felin. in cap. parrochianos, numer. 4. de sentent. excommunic. Alphons. Castr. lib. 2. de potestat. leg. pœnal. capit. 15. vers. circa illos. Nauar. in capit. 1. §. laboret, in fin. vers. porrò, de pœniten. distin. 6. Ioan. Gutierrez lib. 1. canonic. quæstion. capit. 1. ex numer. 36. Vnde excommunicatus ipse, propter præiudicium participantium, non potest appellando impedire denunciationem sequentem: quia nemo potest opponere de iure tertij, iuxta glos. verb. non pertinere, in l. his consequenter. §. 1. ff. familiæ herciscun. & in glos. vnica, in l. 2. ff. si ager, vectigal. vel emphit. quę glosę sunt cōmuniter approbatę, vt resoluit Emanuel. Costa, in capit. si pater. 1. par. verb. vxorem, numer. 13. Alexan. in l. si patroni. §. qui fideicōmissariam, num. 6. ff. ad Trebellian. Gualden. de arte testan. titul. final. cautel. 12. Boer. decis. 25. numer. 19. Couar. in 4. 2. par. capit. 6. §. 8. numer. 23. Cogitabis tamen super his, quia non ita facilè ea alibi inuenies.

AD TEX. IN CAP. 4. Nullus, de præsumption.

COLLECTAN. 43.

SVMMARIVM.

1 *Fuga an probet delictum? & plura circa præsumptionem quæ oritur aduersus fugientem.*

2 *Damnatus ad mortem, An & quando possit frangere carcerem, rumpere vincula, & fugere?*

1 AN & quando fuga probet delictū? & plura de presumptione quę oritur aduersus fugientem: tradit Felin. in repertor. verb. fuga vtrum probet. Ias. in l. admonendi, in prima lectura, ex num. 88. & in secunda lectura, ex numer. 156. Boer. decis. 215. ex numer. 9. Francis. Sarmien. lib. 1. selectar. cap. 1. numer. 10. vers. facit quòd. Iul. Clar. lib. 5. §. final. quæst. 21. numer. 25. Mathesilan. singul. 145. vbi Gabriel. Saray, in additionib. Hyppol. singul. 115. latè Couar. lib. 1. variar. capit. 2. ex num. 7. Iacob. Simanc. de cathol. institut. cap. 16. ex num. 23. latissimè Petr. Duenias, regul. 389. Socin. regul. 162. optimè Angel. de malefic. verb. fama publica, ex numer. 46. Anton. Gomez in l. 76. Tauri, numer. 12. Thom. Cerdan in lib. visita de la carcel, capit. 11. numer. 6. Ioseph. Mascard. volum. 1. de probationib. conclus. 498. Bernard. Diaz. regul. 303. vbi Salzed. Paul. Fuscius, singul. 156. literæ F. Ioan. Martinez de Olano, in antinom. in litera F. ex num. 106. Lælius de Zanchis, de priuileg. eccles. 72. priuileg. ex numer. 3. Anton. Gomez tom. 3. variar. cap. 9. numer. 11. Ioan. Rojas, de hęretic. 2. par. assertion. 15. ex num. 185. Iacob. Simanc. in annotation. ad Zanchin. de hæretic. capit. 8. & cap. 9. & in enchirid. titul. 26. numer. 5. Rojas singul. 23. ex numer. 5. Gigas, consil. 107. numer. 12. Gaspar. Caballin. in ægidian. constitut. lib. 2. capit. 40. in glos. B. pag. 125. latissimè Ioseph. Mascard. vol. 2. de probationib. conclus. 819. & conclus. 820. Lib. 6. regul. iur. ciuil. & pontific. ex pag. 499. verb. fuga regulariter. & pagin. 305. verb. fuga ex carceribus. Menoch. de arbitrar. cas. 301. ex principio. Lucerna Inquisitor. verb. contumax, num. 2. Seraphin. de Seraphinis, de priuileg. iuram. priuileg. 6. ex principio, & vide notata infra in collectan. ad textum in cap. 1. de Quoduultdeo, de iudic. Circa illam quæstionem, An fuga non solum probet delictum principale, sed etiam qualitatem aggrauantem tale delictum?

2 DVBIVM etiam est, An & quando damnatus ad mortem, si aliter non valeat euadere condemnationem, quam frangendo carcerem, & rumpendo vincula, iustè possit carcerem frangere, & vincula rumpere, & fugere? de quo differit Couar. lib. 1. variar. resolution. capit. 2. numer. 12. Petrus Plaça de delict. capit. 23. num. 6. Didac. Perez lib. 3. titul. 4. l. 1. pag. 545. vers. hinc est quòd. Iul. Clar. lib. 5. §. final. quæst. 21. num. 27. Ioseph. Mascard. volum. 2. de probation. conclus. 820. num. 17. Seraphin. de Seraphinis, supra, in priuileg. 132. ex numer. 1. Ioan. Gutierrez de iuramen. confirmat. 1. par. cap. 57. ex numer. 25. latè Dominic. Soto, lib. 5. de iustitia & iure. quæst. 6. articul. 4. Iacob. Simanc. de cathol. instit. cap. 16. ex num. 26. Menoch. de arbitrariis, cas. 301. ex num. 14. Brunor. à Sole, in quæstion. legal. quæst. 30. ex num. 29. Anton. Cordoua de Lara, in l. si quis à liberis. §. sed vtrum, ex num. 24. ff. de liber. agnoscend.

AD RVBRICAM. TItul. De celebrat. Missarum.

COLLECTAN. 44.

SVMMARIVM.

1 *De origine huius dictionis, missa, & de eius institutione.*
2 *Missa non debet celebrari sine lumine.*
3 *An liceat missam celebrare sine applicatione ad aliquem, vsque ad tempus quo celebranti videbitur?*
4 *Qui recipit certam pecuniam pro celebrandis missis, An possit pro minori stipendio illas facere celebrare, & residuam pecuniam sibi retinere?*
5 *An pro celebranda missa pecunia possit peti?*
6 *Vtrum dum audit missam possit quis, suas priuatas orationes recitare? & an statim post celebrationem possit comedere?*

1 VNDE originem habuerit hæc dictio missa, qua pro summo sacrificio Authores Ecclesiastici vtũtur, & à quo fuerit missa instituta, tradit latè Couar. lib. 4. variar. resol. cap. 22. Sebastian. Medices, in sum. omnium hæres. 1. par. verb. missa. Raban. de instit. cleric. lib. 1. cap. 32. Nauar. in manual. latin. cap. 25. nu. 111. vers. vicesimoquinto qui obligatus. Alciat. lib. 7. parerg. capit. 10. optimè Bartholom. Humada in l. 58. titul. 4. par. 1. in glos. 1. fol. 43. Ioan. Fero de examin. ordinandor. titul. de sacrific. missæ, ex pag. 212. & in titul. censur. subdiaconorum, pag. 18. Conrrad. Brun. de ceremo. eccles. lib. 2. cap. 1. Durand. in rational. diuinor. officior. lib. 4. cap. 1. Rebuf. in repet. cap. cum Marthæ, de celebrat. miss. ex princip. pag. 553. Honcala, tract. de valore missæ, artic. 1. Nicol. Aurific. de cerem. miss. cap. 1. & cap. 4. Alph. Castr. lib. 10. aduers. hæres. verb. missa. Stephan. Gaeta in repetit. capit. ad limina. 30. quæst. 1. §. 6. num. 82. Ferdinan. Paez, in cap. missas, de consecr. distin. 1. num. 5.

2 MISSA M autem celebrare absq; lumine non licet, Microlog. de missa rite celebran. cap. 11. in fin. Nicol. Aurific. de cerem. missæ, cap. 4. §. iuxta Romanum. Lælius de Zanch. in 16. priuileg. eccles. num. 12. & 14. optimè Gaspar, Caballin. in ægidian. constitut. lib. 3. cap. 6. in glos. C. pag. 160. vbi quòd hoc lumen debet esse candela ceræ, & extat pro hoc cõstitutio Synodalis diœcesi. Valent. anni 1578. act. 1. §. in maximo, pag. 60. qua cauetur, vt dum diuina officia celebrantur, duo ad minus cerei accensi luceant. Et qualiter puniatur celebrans sine lumine, tradit Philip. Deci. in cap. at si clerici, num. 224. de iudic. quod genus criminis, adde ad congesta per Bernar. Diaz in prax.

3 VIDI tamen examinari à peritissimis viris, dubium illud, satis vtile pro clericis pauperibus, An liceat sacerdoti missam celebrare sine applicatione ad aliquẽ, & postea, cum missa aliqua ab eo petitur, illam præteritam applicare? pro qua quæstione vltra Ioseph. Angles in quæstione de suffragijs, pag. 335. in fine, est videndus Anton. Cordoua in lib. 1. cuæstio. theolog. in quæst. 4. dubio 6. & latè Petr. à Nauarra, de restit. tom. 1. lib. 2. cap. 2. ex num. 369.

4 ET similiter est elegans dubium in hac materia, An sacerdos qui aliquam pecuniæ quãtitatem accepit per se vel per alium, pro dicendis missis, vel vt eas faciat celebrare per alios sacerdotes, si eas celebrari faciat per alios minori pictantia, possit iustè sibi retinere residuum eius, quod sibi datũ fuit, sine peccato & restitutione? pro quo dubio est cõsulendus Nauar. in manual. cap. 25. numer. 91. versic. vigesimoquarto qui. Ludouicus Beja, in responsion. cas. conscien. cas. 12. versic. quoad vero. Anton. Bernad, in sum. cap. 27. num. 20. optimè Cordoua, in lib. 1. quæstion. theologic. quæst. 4. dub. 5. pulchrè Ioan. Gutierrez in lib. 1. canonic. quæstion. cap. 29. num. 32. Dominic. Soto lib. 9. de iustitia & iure, quæst. 3. artic. 1. versic. sed & hoc præterea.

5 AN autem pro celebranda missa pecunia possit peti? tradit Lælius de Zanchis, de priuileg. eccles. in 139. priuileg. num. 32. Mẽchac. de succes. creat. §. 7. num. 8. Albar. Pelag. lib. 2. de plan. eccles. cap. 27. vers. decimo nono, quia celebrant. Episcop. de Elna, in direct. curat. cap. 18. §. 1. vers. lo segundo. Medin.

Medin. 1. par. instruc. de confes. capit. 14. §. 20. verticul. cerca desto fol. 90. Dominic. Sot. lib. 9. de iust. & iur. quæst. 6. art. 1. versi. ad secundum argumentum, & in artic. 2. versic. postremo hic dubium, & plura habes ad hoc supra in collectan. ad capit. 8. non satis, de simon. num. 3.

6 ET dum audit missam, An possit quis suas priuatas orationes recitare? vide quæ habes infra in collectan. ad capit. 10. sanè, in fine, hoc titulo.

VTRVM autem post factam celebrationem vel communionem, liceat statim comedere, est videndus Stephan. Gaeta, in repet. capit. ad limina. 30. quæstion. 1. §. 6. num. 121.

AD TEX. IN CAP. 1. Vt laici, de vita & honest. clericorum.

COLLECTAN. 45.

SVMMARIVM.

1 *Litera istius textus emendatur & verus sensus traditur.*
2 *In laudem Illustrissimi Archiepiscopi, D. Antonij Augustini referuntur varia Doctorum testimonia.*
3 *Verbum præsumere, quid significet in iure?*
4 *Laici, An possint choro interesse dum celebrantur Diuina, & super hoc extat optima constitutio Toletan?*

1 ADVERTIT doctissimus Ferdinan. Paez, in repetit. cap. missas, de consecrat. dist. 2. num. 49. verba istius textus male fuisse transcripta, & pessimè attributa Concilio Maguntin. sunt etenim (vt ipse ait) Concilij Turonen. II. in capit. 4. vol. 2. concil. vt laici (inquit) secus altare, quo sancta mysteria celebrantur, inter clericos, tam ad vigilias, quàm ad missas stare pœnitus non præsumant, sed pars illa quæ à cancellis versus altare diuiditur, choris tantum psallentium pateat clericorum: ad orandum verò & communicandum laicis & fœminis (licut mos est) pateant sancta sanctorum. Et hoc modo fore legendum istum textum, tradit etiã Illustrissimus D. Anton. Augustinus, Tarraconensis Antistes, in lib. 3. decretal. titul. 1. in principio, collecta. 1. Vir sanè nostro seculo, non solum literarum splendore, sed candidissimis moribus, & rerum ferè omnium peritia præstantissimus, & pro eius summa eruditione, pietate, & vitæ integritate mirificè laudatus à Couar. lib. 4. var. capit. 11. post principium, & in 4. 2. par. cap. 1. num. 7. Pinel. in rubric. C. de bon. mater. 2. par. num. 14. Iacob. Menoch. de recuperan. possess. remed. 15. num 559. Burs. at. consil. 1. num. 8. Hyppol. Marsilius, de Columna, de eccleiast. reddit. origin. 3. par. cap. 32. num. 11. in fine. Ex quo autem Concilio fuerit depromptus iste textus, erit omnino videndus idem Illustrissimus Anton. Augustinus in notis ad dictas collectiones, in lib. 3. decretal. titul. 1. in principio.

PRO istius tamen textus intelligentia aduertit dictus Ferdin. Paez, in dicto num. 49. quòd Salomonis Templum tres olim habebat partes, quarum tertia dicebatur Atrium, vbi populus (separatim tamẽ masculis à fœminis) ingrediebatur: quòd & in ecclesiis Græcorum obseruatur hodie, vt eleganter declarat Frater Ludouic. Granada, in compen. doctrinæ Christ. cap. 18. ante §. 1. fol. 166.

3 IBI, *præsumant*. Ex propria significatione istius verbi, aduerte, dispositionem puntentem aliquid præsumentem, non comprehendere eum, qui id bona fide ignoranter, aut imprudenter, siue inaduertenter facit, secundum Nauar. in capit. accepta, de restitut. spoliat. oppositi. 8. num. 33. & in extrauag. de datis & promiss. num. 35. versic. audeat siue presumat, & in capit. statuimus 19. quæst. 3. num. 62. in fin. versic. nota septimo, & in manual. cap. 27. num. 155. in fin. Auendaño lib. 1. de exequend. mandat. capit. 4. num. 38. versic. verum sicut pœnæ. Vnde laicus inaduertenter, aut animi simplicitate, & sine dolo & malitia si ingrediatur chorum, dum Diuina Officia recitantur, non dicetur contrauenire huicdecisioni, nec similiter laicus qui inuitatus vel rogatus à clericis ingreditur, cum ibi non adsit dolus, id enim

importat dictum verbum præsumpserit, vt tradunt Doctores supra, & Cardinal. in clement.1.de priuileg.num. 22. aliàs autem regulariter, laici non debent stare in choro cum clericis: vt pulchrè tradit Paul.Fusc.de visit.lib.1.cap.20.num.3.

4 ADVERTIT tamen Concil. Prouin. Toletan. anni 1566. act.3. §.15. vers.hi verò, quòd laici qui titulo sunt illustres, vel Catholicæ Maiestatis consiliarij, aut ex militaribus ordinibus, admitti poterunt intra chorum, si in eo loco Diuinis officiis interesse vellint, sic tamen vt ab Episcopo priores post cancellos sedes eisdem deputentur, & nullo vnquam casu inter clericos ipsis sedere liceat. Et pro origine huius nominis chorus, est videndus Francolin. de horis canon.1.par.cap.3.ex num.26.

AD TEX. IN CAP.4. De causis.§. illis etiam, de offic. iud. delegat.

COLLECTAN. 46.

SVMMARIVM.

1 *Citatus, si non compareat in iudicio, qualiter puniatur.*
2 *An Iudex possit minuere, vel augere pœnam statutam à lege? & quid si lex fuerit iurata?*
3 *Pœna relicta arbitrio iudicis, An possit extendi vsq; ad mortem?*
4 *Appellatione pœnæ capitis, An veniat pœna mortis?*
5 *Iudex qui alternatiuè duas pœnas imponere potest, An possit eligere quam vult, aut verò tantum mitiorem?*

1 IBI, *ad citationem tuã venire.* Citatus igitur si non comparuerit in iudicio, variis pœnis pro ipsius contumacia potest puniri à iudice, ex l.1.& per totum titul.ff.si quis ius dicen.non obtemp.& tradit latè Rober. Marant.de ordin.iudicior.6.par.tit.de contum.ex numer.9. Octauian. in additionibus ad Vestr.lib.2.capit.2.in litera E. Capua, singul.33. Cesar Contard. in l. diffamari.C. de ingen.& manumis.in glos.ex nu.60.& habes infra in collectan. ad textum in capit.1. de Quodvultdeo, de iudic. Et quid quando citatus est exemptus, An puniatur pro contumacia in non comparendo, saltim ad allegandum suum priuilegium? est videndus textus, & ibi not.in capit.6.cum ordinem, de rescript.

2 IBI, *eandem infligas.* Dubium oritur ex his verbis, vtrum iudex possit recedere à pœna statuta à lege, eamq; ex causa minuere vel augere? pro quo plura cumulant Didac.Perez, lib.8.tit.16.l.9.per tot. Auiles, in capit.1.prætor. in glos. derechamente, ex num.5.& 10. Auendan.lib.2. de exequend.mandat.capit.16.numer.11.Bernard. Diaz, regul.371. vbi latissimè Salzed. Couar.lib.2.variar.resolut.capit.9.num.8.optimè Iacob.Menoch.de arbitrar.quæst.96.ex num.11.Ioan. Matienço, in dialog. relat. 3. par.capit.64.num.6. versic. porrò iure nostro. latè Ioan.Segur. Dabalos, in director. iudic.eccles.for.2.par.capit.11.Baeça, de inope debit.capit.3.num.15. & cap.18.num.5. latissimè Ioan.Gracian, regul.344.Vol.2. commun.opin.pag.515.verb.pœnas ex causa. latè Felin. in capit. qualiter, el 2.§.licet, de accusat. ex num.31. Bened.Capua, in cõmun. opinion. verb. iudex in pœnis. Iulius Clar.lib.5.§.fin.quæst. 85.num.10. pulchrè Ioan. Redin, de maiestate principis. §. sed etiam per legitimos tramites, ex num. 26. & ex numer.48.& ex num. 61. & facit textus in l. si ita stipulatio, versic. quia contenti esse debemus pœnis legibus comprehensis.ff.de verb.oblig.Hyppo.singul.244.Roman.singu.78.incip.veni.vbi pulchra addit. Roman.sing.666.incip.tu habuisti, vbi etiã optima additio. Felin.in capit.1.de constitution.num.48.versic.fallit septimo.Paris de Put.de syndic. verb. pœna, in versic. licet, & in versic.quòd sunt quę faciunt.Alphon. Castr.lib.1.de potestat.legat. pœn. capit.6. versic. qua cõsideratione facta, colum.1580. Paul.Fusc.singul.62.literæ I. Iacob.Simancas, de catholic.institutionib. capit.46. ex num.78. Ioan. Rojas, singul. 156. Tiraquel. in præfat.de pœnis, ex num.8.Francis.Sarmien.de reddit. eccles.1. par. cap.2. num.9. Ioan.

Ioan. Martinez de Olano, in antinom. in litera A. ex num.42.

A N autem leges & statuta iurata, ex causa transgredi possint? vltra alios supra, est videndus Ias. l. omnes populi, in prima lectur.num.34.ff.de iustit.& iur. Felin.cap. 1.ex num.48.de constit. Loazes in allegat. oppid. de Mula in respons. ad 5. ex num. 22. Tiraquel.in præfat.de pœn. temp. num. 23.& 33. Guid.Pap. decis.206. Iacob. Menoch.consil.228.num.42.

3 IBI, *secundum tuum arbitrium*. Diffusè contendunt Doctores, An quando pœna iudicis arbitrio est relicta, possit eam iudex extendere vsq; ad mortem? pro quo est videndus Felin. in cap. ex literis, ex num. 21.de constit. Bernar. Diaz, in prax. canon. capit.138. num.4. vbi Salzed. in additionibus, in litera D. Bernard. Diaz, in regul. 379. Ioseph. Ludouic. decis. Lucen. 1. num. 26. Petrus Salazar, de vsur. & consuet. cap. 5. ex num.7. Bonacos. in commun. opin. crimin. verb. pœna, vbi est imponenda, pag. 514. latissimè Ioan. Gracian, regul. 44. Abbas capit. ex literis, num.11. vbi additio in litera G. de constitution. & ibi etiam Dec. ex num.53. vbi additio in litera A. & in litera B. Robert. Marant. de ordin. iudic. 4. par. in princip. ex num.59. pag.79. textus & Doctores, in §. in summa, institut. de iniur. Iacob. Simanç. de catholic. institution. cap.46.num.81. Iul. Clar. lib.5.§.fin. quæst. 83.num.11. Paul. Fusc. singul.37. literæ P. Iacob. Menoch. de arbitrar. quæst.86. ex nu. 1.& ex num.20. Didac. Perez lib.1 titul.2. l.4. in glos. el que lo hiziere, peche. Carrer. in prax. crimin. titul. de homicid. §. circa igitur, ex num.28. fol.250. Chassen. in cõsuetud. Burgun. rubric.1. titul. des justices. §.5. versic. al arbitraige, ex num.2. pag.170. Anton. Scapp. de iure non scrip. lib.5. cap. 193. Andr. Tiraquel. de pœn. temper. caus. 39. num.2. Alexand. consil.13. vol.7. num.15. & in consil.111. volum.1. num.3. & ibi Carol. Molin. in additionibus, in liter. B. Caullin. milleloq.512. Hieronym. de monte, variar. iur. quæst.16.num.7.& ex num.29. Alexan. consil.55. volum.7. num.4. Philip. Dec. in l. qui iurisdictioni, num.9. & Ias. num. 4. de iurisdictio. omnium. iudic. Mathesil. singul. 48.& ibi Gabriel. Saray, in additionib. Michael. Graf. lib.2. commun. opinion. capit.6. quæst.1. Anto. Padilla, in l. transigere, num. 27. C. de transact. latissimè Maran. in disput. 3. Volum.1. commun. opin. pag.110. verb. iudicis arbitrio, & pag.319. verb. pœna si iure. Anton. Gomez, de delict. tom.3. cap 6 nu. 8. latissimè Didac. Perez, lib. 8. titul. 9. in rubr. pag.217. vers. præterea dubitatur vtrũ, & in lib.8. titul.19.l.48. pag.395. col.2. vers. vtrum autem in arbitrariis. Boer. decis.254. num.13. Crauet. consil. 220. num.14. Gulp. Caballin. in ægidian. constitut. lib.1. capit. 19. in glos. E. ex num.2. Hieronym. Portoles in schol. ad Molin. in §. arbitrium, ex numer.7.

4 AN autem appellatione pœnæ capitis, veniat necessario pœna mortis? est consulendus Michael. Graf. lib.2. commun. opin. capit.6. quæst.2. Francisc. Vinius lib.2. commun. opinion.152. Bonacos. commun. opin. crimin. verb. pœna capitis, pag.514. latissimè Ioan. Gracian, regul 293.

5 IN *glos. verb. certa*. Per istam glossam Iacob. Menoch. de arbitrar. lib.1. quæstion.85. decidit hoc dubium, An iudex qui alternatiuè duas pœnas imponere potest, possit quàm vult eligere, vel potiùs mitiorem, eligere teneatur? ad quod etiam dubium similiter allegant hanc glossam Felin. in capit. inter cæteras, num.15. de rescript. vbi etiam Decius, num.34.

AD TEX. IN CAP.19. Nauiganti, de vsuris.

COLLECTAN. 47.

SVMMARIVM.

1 *An suscipiens in se periculum pecuniæ mutuatæ, possit aliquid recipere?*
2 *An & quando liceat ratione dilatæ solutionis aliquid carius vendere, vel ob anticipatam solutionem vilius emere?*
3 *Iudicandus non est contractus vsurarius, in foro exteriori, ex eo solum, quòd in eo pretij anticipatio, & eiusdem pretij diminutio interueniat.*
4 *Vilius emere propter pretij anticipationem,*

nem, aut carius vendere propter dilatio nem solutionis, est vsura.

An ex iniustitia pretij, & ipsius pretij anticipatione, præsumatur contractus vsurarius?

Lanarum emptio viliori pretio facta, ob anticipatam solutionem, An sit licita?

An qui minoris emit ab aliquo, debitum futurum, teneatur ad restitutionem?

An ratione lucri cessantis, aut dãni emergentis liceat mutuatori, quidpiam vltra sortem recipere?

An liceat rem credito carius, quam præsenti pretio vendere, quando rei dominus non erat tunc venditurus?

1 *IBI, suscipit in se periculum.* An & quando suscipiens in se periculum pecuniæ mutuatæ, ratione assecurationis mutui, possit aliquid à mutatoribus vel venditoribus ad creditum exigere? & plura de intellectu huius primæ partis textus, referunt Didac. Couar. lib. 3 variar. resolu. capit. 2. numer. 5. Dominic. Sot. lib. 6. de iustit. & iur. quæst. 7. in artic. vnico. Ioseph. Angles, flor. Theolog. in quæst. de contract. mutui, articul. 2. conclus. 1. & 2. ex fol. 128. Medin. C. de restit. quæst. 38. in tertia causa, ex fol. 109. col. 4. Conrrad. de contract. quæst. 39. conclus. 1. pulchrè Petrus Santerna, in tractat. de assecuration. & sponsion. mercator. 1. par. ex num. 5. Sebast. Medic. in summa peccat. 1. par. titul. 6. quæst. 75. Nauar. in manua. latin. capit. 17. num. 221. & in dicto capit. 17. ad finem, in titul. de vsura circa cambia, in litera A. verficul. summa igitur, latissimè Alphon. Vilaguta, in tractat. de vsur. quæst. 26. per totam, ex pag. 253. Palat. Rub. in repet. capit. per vestras, in 6. notab. §. 9. nu. 5. pag. 345. Sylvest. in sum. verb. negotium, num. 4. & in verb. vsura, el 1. num. 35. vers. triceſimo quinto queritur. Armil. in sum. verb. negotiatio, numer. 2. & in verb. vsura, num. 8. Angel. in verb. vsura, el 1. ex num. 37. Francisc. Garcia de contract. 2. par. cap. 15. ex pag. 457. Ludouic. Peguera, in quæst. criminali lib. 32. num. 15. Ludouic. Lopez, in 2. par. instructor. conscien. ex capit. 72. & in lib. 2. instructor. negotiant. capit. 16. versic. porrò illa quæstio, ex pag. 355. Corne. in repetit. l. si pascenda. C. de pact. ex numer. 26. Bartholom. Medin. 1. par. instruc. de confes. cap. 14. §. 23. verficul. el duodecimo. pulchrè Caballin. in milleloq. 299. latissimè Benue nut. Stracch. de assecuration. in præfat. ex numer. 26.

2 *IBI, ille quoque qui dat.* Plura de materia & intellectu istius versiculi an scilicet liceat absque labe vsuræ, ratione dilatæ solutionis, aliquid carius vendere, vel ob anticipatam pretij solutionem vilius emere? tradunt Sebastianus Medices, in summa peccatorum, 1. par. titul. 6. in quæstion. 54. & in quæstione 97. Nauarrus in manual. latino, capit. 17. ex num. 227. & in capit. 23. num. 81. Ioan. Garcia, de contract. 1. par. capit. 24. ex pag. 680. Barthol. Medina, in 1. par. instruc. de confes. capit. 14. §. 23. ex versic. el que vẽ de mas, fol. 95. Armil. verb. vsura, num. 11. Rodulph. tractat. de vsur. 2. par. quæst. 23. latissimè Ludouic. Lopez, in 2. par. instruc. conscien. capit. 63. & capit. 65. & capit. 74. Didac. Couarru. lib. 2. variar. resolut. cap. 3. num. 6. versic. tertio. latissimè Domin. Sot. lib 6. de iust. & iur. quæst. 4. articul. 1. Mich. Palat. de contract. lib. 2. cap. 2. ex pag. 46. & in lib. 4. cap. 3. ex concl. 8. ex pag. 243. Ant. Cordou. tract. cas. de consc. quæst. 84. Bern. Diaz, regul. 795.

3 EGO tamen aduertendum censeo in hac materia (quæ valdè difficilis est) pro eius summa intelligentia & ornatu, in foro exteriori minimè iudicari debere contractũ vsurarium, illum in quo & vera pretij anticipatio, & eiusdem pretij diminutio aut iniustitia interuenerit, si de alio tertio requisito non constiterit, scilicet secundum propter primum interuenisse, ideſt, iniustitiam & diminutionem pretij, propter ipsius anticipationẽ cõtigisse. Illud quippe quod dici solet ementẽ rem viliori pretio ob anticipatã solutionem, vel vendentem cariori ob dilatã vsuram committere, intelligendum est, dummodo de ea intentione iudici constet. Nec enim ad conuincendam vsuram in foro exteriori, sufficit, & pretium anticipari, & iniustitiam casualiter adesse. Cum benè stet, emptorem pecuniam anticipantẽ, non ideo exiguum & iniustum pro re empta pretiũ obtu-

obtulisse, quia illud anticipabat, sed quia mercem (ita pecunia præsenti sic ut ad terminum emendo) pluris non stimabat, licet minus iustè æstimet, & sic venditorem in pretio decipiat, sed necesse est in exteriori foro, de hac praua intẽtione constare, ementem ideò vilius iusto pretio emisse, quia illud statim anticipabat, mercem expectaturus: vel etiam vendentem ideò carius iusto pretio vendidisse, quia eius solutionem expectabat, mercem illico traditurus: & sic quod in primo casu diminuatur de pretio, propter eius anticipationem, in secundo verò augeatur, propter dilationem datam ad soluendum, & quod vtroq; casu, tam diminutio, quam excessus iusti pretij propter tẽporis dilationem, quæ hos contractus vsurarios reddit, contingat: licet in interiori foro quomodocunq; id contigerit, obliget decipientem ad restitutionem, vti apertè probat textus in capit. consuluit. de vsuris, vbi sic distinguit glos. fin. ita concilians illum textum, cum hoc textu in capit. in ciuitate: & eandem distinctionem sequuntur Hostien. & Ioan. Andreas, in fin. Anton. num. 2. & 6. Anania colum. fin. & Panormitan. num. 6. in dicto capit. consuluit, idem Hostien. & Anan. num. 5. Ioan. Andr. colum. fin. Panormit. num. 5. & dicens communem Cardinal. num. 4. in 3. opposit. & Berous num. 2. 3. & 8. in hoc capit. in ciuitate, per textum hic. & Alexand. consil. 93. num. 4. volum. 6. Paul. de Castro in l. si pater puellæ, num. 2. C. de inoffic. testam. Laurent. de Rodulphis in tractat. de vsur. 2. par. in princip. num. 9. & non semel, Socin. Iunior, consil. 83. num. 9. 19. & 20. in fin. vol. 2. Beroi. in isto capit. nauiganti, notabiliter loquens, num. 19. versic. & scias, & num. 18. verficul. vtraq; tamen, vbi etiam Henrric. numer. 3. Bursat. consil. 320. num. 29. volum. 3. Bertazolus, consil. 290. num. 5. volum. 2. in criminal. & multis confirmat Ripa, respons. 116. in nouis, & in facti contingentia sic decidерunt omnes vtriusq; iuris Doctores Collegij Paduani, in consil. 10. inter consil. Cœpolæ in ciuil. per totum maximè, num. 12. versic. sed in contrarium, & num. 19. vbi affirmat quòd ita tenent communiter Doctores Canonistæ, & ex professo, sic resoluit doctissimus Ioan. Gutierrez lib. 1. cano. quæst. capit. 39. ex num. 11. vbi in num. 14. affirmat sæpissimè in foro ecclesiastico se ita obtinuisse, & iudicatum vidisse, immò & in expensis condemnatum Fiscalem ecclesiasticum, à simili sententia appellantem, & in numer. 65. & numer 66. versic. si verò, vbi hanc dicit receptissimam opinionem, & numer. 69.

4 ATQVE id ipsum innuere ac sensisse videntur, quotquot de huiusmodi venditionibus pecunia anticipata factis, loquuntur, qui non immerito semper vtuntur verbis supponentibus iusti pretij diminutionem, non simpliciter, & casualiter, sed propter anticipationem contigisse, & hanc illi causam tribuisse. Aliquando enim sic loquuntur, ementem vilius emere eo quòd pecuniam ante soluit, aliquando propter pecuniam anticipatam, aliquando ex eo quia soluit pretium de præsenti, aliquando ratione anticipatę solutionis, vt patet ex D. Thom. 2. 2. quæst. 78. articul. 2. ad 7. Panormit. num. 6. Anan. num. 11. Beroio, & aliis in isto capit. nauiganti. Paul. de Castro, consil. 289. num. 1. volum. 1. Laurent. de Rodulph. tract. de vsur. 2. part. quæstion. 43. in princip. Ambros. de Vignate, in capit. salubriter, num. 81. de vsur. Natta, consil. 670. num. 4. volum. 4. Nauar. in man. latin. capit. 17. num. 227. & 228. & in comment. de vsur. num. 4. & 26. & in commentar. de cambijs, numer. 14. Ludouicus Peguera, in quæstion. criminal. quæst. 32. num. 2. Sebast. Medices, in summa peccatorum, titul. 6. quæst. 54. 97. & 101. versiculo quarto. Et ex Theologis, vltra D. Thomã in loco allegato, id tenet D. Antonin. in tract. de vsur, cap. 3. §. 1. num. 3. in fin. optimè Armil. in verb. empt. num. 8. & in verb. vsura, num. 11. Sylvest. verb. vsura, el 2. quæst, 2. verficul. secundum. Dominic. Sot. de iustit. & iur. lib. 6. quæst. 4. articul. 1. colum. 2. Caietan. in sum. verb. vsura, capit. vsura implicitè commissa, versic. quartus casus, pag. 680. Ioan. Medina, de restitutio. titul. de rebus per vsuram acquisitis, fol. 120. col. 2. Ioseph. Angles, in 2. par. flor. Theolog. in quæst. de contract. mutui, articul. 2. difficult. 3. conclus. 1. fol. 132. Thom. Mercado, de contract. lib. 2. capit. 15. in princip. & lib. 5. capit. 9. colum. 4. Barthol. Medina, in instruc. de confes. lib. 1. capit. 14. §. 23. fol. 105. in 2. regula. Francisc. Garcia, de contract. 1. par. capit. 24. conclus. 7. Ludouic. Lopez,

Lopez, in instruc.conscient. 2. par.cap.57. quæst.1.concluſ.5.& capit.59.colum. 467. & non ſemel Michael Palat.de contractib. lib.2. capit.2.pag.52. colum.1. qui in lib. 4. capit.3.concluſ.8.verſic. verum, pag.244. inquit,neceſſum eſſe vt ſit vſura,quòd dilatio ſit cauſa acceſsionis , aut anticipatio, quippe ſi hæc non ſit cauſa,non erit vſura.

5 NEQVE ſupradictis obſtat, id quod ex aduerſo obiici poteſt, ipſum ſcilicet anticipationem pretij,eſſe efficacem præſumptionem ad credendum contra emptorem,propter anticipationem vilius emiſſe, aut dilationem contra venditorem ad credendum propter eam carius vendidiſſe, & quod in dubio præſumendum ſit vnũ, propter aliud contigiſſe. Id enim iure non probatur immò repugnat deciſioni, textus in dicto cap. conſuluit, iuncta gloſ. fin. & in dicto capit. in ciuitate. ac menti, & intentioni omnium quos ſupra retulimus, qui ſi id ſolum ſufficeret, aut in dubio præſumeretur,minimè affirmarent, debere de illa mentis ſeu vendentis intentione aliter conſtare , adhoc vt in exteriori foro contractus vſurarius iudicetur , & ſic id non ſufficere , nec in dubio præſumi, ſigillatim aduertunt Beroi. in dicto capit.in ciuitate, num.3. verſic. nec verum videtur. & Gutierrez in dicto cap. 39. num. 15. ad fin. aſſerens quod ſola præſumptio mẽtalis , quod habitus fuerit reſpectus ad terminum , ſi de hoc non conſtat in foro exteriori , non ſufficit ad iudicandum huiuſmodi contractum vſurarium ex ſua forma, vt patet in dicto cap. in ciuitate,quãuis in foro interiori animæ , propter depraũatam intentionem iudicandus ſit male agere, & ad reſtitutionem teneatur, vt in dicto capit.conſuluit, idipſumq; confirmatur optimè ex his,quæ in conſimili quæſtione circa textum in hoc capit. nauiganti , in primo caſu contra Corneũ,benè reſoluunt & tuentur Petr. Santerna , in tract.de ſponſion. 1. par. ex num.13.& Bapt.Lupus, in hoc cap. nauiganti.ex num.87.

6 IN hoc etiam textu incidit illa quæſtio celebris ac valdè controuerſa inter ſcribentes iumores,de lanarum emptione,anticipata ſolutione viliori pretio facta , & quidem pro ipſius quęſtionis vera dilucidatione,eſt conſulendus Anton. Cordub. in tract. caſ. de conſcienc.quæſt.85.Michael.de Palatio de contract.lib.4.capit.3.ex pag.246.verſo hoc exploſo. Ioan. Garcia de contract. 1. par.capit.24.ex pag.713. Ludouic. Lopez, in inſtruct. conſcienc.2.par.capit.65. Ioan. Gutierrez, lib.1.canon.quæſtion.capit.39. num. 43. Nauar. in manual. latin. capit. 23. num.82. Barthol. Medin. 1. par. inſtruc. de confeſ. cap.14.§.23.verſic. compra vn mercader, fol.96.Ioan.Medin.C.de reſtitutio. quæſt.38.in verſic.ſequitur amplius nõ eſſe excuſandos, fol.117.Domin.Sot.lib.6.de iuſtit.& iur.quæſt.4.art.1. verſic. de ſecundo etiam membro. Thom.Mercad.in lib.5. de contractib.cap.9.

7 ELEGANS etiam dubiũ eſt, in hac materia , An qui debet centum aureos ſoluendos in fine anni , poſsit eo quòd in principio anni eos ſoluit, demere aliquid de centum illis aliàs in fine anni ſoluendis , & ſic minoris emere debitum ſoluendum in futurum?quòd dubium examinant Innocent. in capit.in ciuitate,num.fin.verſicul.vel facies quod , vbi etiam Abbas, num. 7. verſic. & per hoc,& Beroi. num.10.de vſuris.Bellug. in ſpecul.Princip.rubr.11.§.de vſurariis,ex num.45.Nauar.in manual. latin. cap.17.ex num.230. Armil,in ſum.verb.vſura num.33. & optimè in num. 50. latè Caietan.in ſum. verb.vſura, in capit.fin.incip. cogor hoc in loco reſpondere, ex pag. 682. Dominicus Sot.lib.6.de iuſtit.& iur.quæſt. 4.articul.1. colum. antepenult. Thom. Mercado, lib.2. de contractib.capit.16. Franciſc.Garcia, in eodem tract.1.par.capit.19.Michael.Palat. in praxi Theolog. de contractib.lib.4.cap. 4. ad finem. Petrus à Nauarra,tom.2.de reſtitut.lib.3.capit.2. ex num.162.Ludou.Lopez in inſtruct. conſcien .2. par. capit. 57. verſic.porrò & illa quæſtio, ex col.446.& in inſtruct. negotiant. lib.1. capit.4. ex pagin.7. Silueſtr. in ſum. verb.vſura, el 2. nu. 14.Angel.verb.vſura, el 1. num.63. & Tabienſ.in verb.vſura,el 5.num.10.

8 AN etiam, & quando ratione lucri ceſſantis , vel damni emergentis mutuanti liceat paciſci tẽpore mutuationis,de aliquid ſibi dando à mutuatario ipſo, vltra ſortem mutuatam: & illud tale exactum ſuta conſcięntia retinere, ſine crimine prauitatis vſurariæ? latiſsimè & pulchrè poſt alios examinat Alphonſ. Villagut. tract. de vſuris, quæſt.18.& quæſt.19. Alexand. conſili 141. volum.5.ex num.2. Afflict.deciſ.20. num.2. optimè Dominic. Sot.lib.6.de iuſt. & iur. quæſt.1.articul.3.Nauar.in manual. lat.cap. 17.num.211. latè Ludou. Lopez , in inſtruc. conſcien.2.par.capit.61. & latiſsimè in lib. 1.inſtructor.negotian.ex capit.23. vſque ad capit. 26. latiſsimè Medin. C. de rebus per vſur.acquiſit.in capit. in quibus caſibus licitum eſt mutuanti vltra ſortem recipere,verſicul.ſecunda cauſa eſt, ex fol.129.latiſsimè Petrus à Nauar. tom. 2.de reſtit.lib.3.cap.2. ex num.276.

9 *IBI , ratione huius dubij* . De materia iſtius verſiculi , vtrum ſcilicet liceat , rem credito, carius quam præſenti pretio vendere , quando rei dominus non erat tunc venditurus, vltra textum & Doctores in capit. in ciuitate, ſupra hoc titul. eſt conſulendus Abbas, in conſil.22.colum. 2. volum.1. Syluеſt. in verb.vſura, el 2.quæſt.2. Bertachin. in verb.vſura non eſt vendere, fol. 323. latè Dominic.Sot. in lib.6.de iuſtit.& iur.quæſtion.4.articul.2.Ioan. Gutierrez, lib.1. canonic,quæſtion.capit.39.ex principio.Medin.C.de reſtitution.quæſt.38.in quinta cauſa, fol.112. Didac.Couar.lib.2. variar.reſol. capit.3.num.6.Michael.Palat. de contract. lib.4.capit.3.pag.250. verſic. porrò autem. Beroi.hic,ex num.17.Ioan.Baptiſt.Gemin. in repetit. iſtius textus, in §.5.num.120.fol. 129.Ioſeph.Angles,in flor.Theolog.2.par. in quæſt. de contractu mutui,artic.2.ex fol. 130.Caietan. in ſum.verb.vſura, in capit.de vſura implicite cõmiſſa, pag.679.Mercad. de contractib.lib.2.capit.13.verſicul.de eſta regla comun, fol.70.Sebaſt.Medic.in ſum. peccat.1.par.titul.6.quęſt.97.verſicul.quando venditor. Ludouic. Lopez , in inſtruct. conſcien.2.par.cap.66.

AD TEX. IN CAP. 3. De infantibus, de his qui filios occider.

COLLECTAN. 48.

SVMMARIVM.

1 *De parente vel nutrice,quæ infantem dormiendo ſuffocauit in lecto.*

2 *De eo qui dormiendo , aliquem interfecit.*

3 *Infans quo modo cognoſcatur , quod fuerit ſuffocatus.*

4 *Occidens Titium volens occidere Sæium, An puniatur pœna ordinaria?*

1 DE parente vel nutrice , quæ tenellum infantẽ dormiendo ſuffocauit in lecto , diſſerit Auendan.lib.1.de exequend.mandat. capit.1.num.18. verſic. alia cuſtodia eſt nutricium.Sebaſtian.Medic. in ſum. peccat.1. par.titul.4.quæſt.104.verſic. octauo, ſi mater.Pedraz.in ſum.in quinto precept.decal. fol.46.verſic.quarto, ſi açotò la madre. Armil.in ſum.verb.irregularitas, in numer.51. Anton.Gomez de delict.tom.3 cap.3. num. 19.Menoch.de arbitr.caſ.327.in princip.Plaça, de delict. cap.22.num.29. Nauar.in man. lat.cap.15.num.13.verſ.decimo octauo,& in capit.27. num.236. verſic.vigeſimo quinto, optimè Viuald. in candelabr. eccleſ. titul. de irregul. ex homic. volunt. ex num.252. Tabienſ.in ſum.verb.irregularitas, el 3.nu. 15.verſic. ſexta. Felician.de cenſur.titul. de irregular.capit.de quinta ſpecie irregularitatis, verſicul.habentes ſecum, pagin.489. Chaſſen.in conſuet. Burgun.rubr.1.§.1.numer.34.verſic. quid de nutrice?Bonifac. de Vitalin. in tractat. de malefi.titul. de parricid.num.5.

2 PLVRA etiam , de eo qui dormiendo aliquem interfecit,vltra Menoch. in dicto caſ. 327.cumulat Iul. Clar. lib.5.§. finali quæſt.60.num.13.Sebaſtian.Medic. in tractat. mors omnia, fol.1.par. num.102. Vol. 1.commun.opinion.pag.362. verb. comparantur dormientes, poſt medium. Volum.1. commun.opin.pag.378.verb. furioſus & infans , & habes etiam in 3. par. in collectan. ad textum in clement.1.verb.dormiens, de homicid. vbi etiam Didac.Couar. in init.3. par.num.6.Tiraquel.de pœn.temper.cauſ. 5.ex num.9.

3 INFANS autẽ, quo modo cognoſcatur, An fuerit à nutrice ſuffocatus ? optimè tradit AEgid.Boſsius, in prax.titul.de homicid.num.106. Boer.in deciſ.166. num.1. verſicul.& in curia noſtra. Et quòd Epiſcopus poſsit facere conſtitutionem ſynodalẽ, vt

vt parentes non teneant filios paruulos in lectis eorum, tradit Steph.de Gaeta,in rep. capit.ad limina.30.quæſt.1.§.5.num.350. & vide Tabienſ.vbi ſupra.

4 *IBI, vbi non voluntas ſed euentus.* Hinc quidem dubitatur, An puniri debeat pœna ordinaria occidens Titium (errore quodam iuſto) volẽs occidere Sæium, cum in morte talis Titij, nec dolus nec voluntas concurrere videantur? pro quo eſt videndus Iaſ.l.1.ff.de legib.ex num.18.Iul.Clar.§.homicidium,num.6.Corraſ.in lib.4.miſcella. capit.2.num.7.Boer.deciſ.84. Dec. conſil. 9.num.1.Rippa,in l.fin.de donat.& grat. reuocan.in quæſt.21.num.71. latiſsimè Petrus Plaça, de delict.capit.27. ex num.1. Couar, in capit.alma mater.1.par.§.10.num.14. Caballin.in milleloq.139.num.4. Carol. Molin.in conſuetud. Pariſ.tit.1. §.30.num.153. Anton.Gomez, de delict.tom.3.capit.3.numer.34.latiſsimè Iacob.Menoch.de arbitr. caſ.324. optimè Ioan. Rojas, de hæretic. 1. par.ex num.135.Iul.Clar.lib.5.§.fin. quæſt. 84.num.1.Andr.Tiraquel.de pœn.temperan.capit.13.num.10.& capit.14.numer.4. Ioan.Rojas, ſingul.56.verſic.quòd qui volebat.& in ſingul.103.verſicul.& idem ſi vult. Didac.Perez, lib.8.titul.13.l.14.pag.269. verſicul.ſed dubitatur quis fortè. Laurent. Chirchou,centur.4.concl.63.AEgid.Boſſius, in prax.in titul.de homicid.numer.73. Hyppol.ſingul.176.num.2. Paul. Fuſc. ſingul.23.literæ H. Gaſp. Caballin.in ægidia. conſtit.lib.4. capit. 54. in gloſ. F. Matth. Gribaldus, de homicid.§.homicidium proditorium, ex num.33.

AD TEX. IN CAP.1. Capellanum, de ſecun. nuptiis.

COLLECTAN. 49.

SVMMARIVM.

1 *Secundæ nuptiæ non ſunt benedicendæ, & punitur parochus qui eas benedixerit,& plura circa intellectum iſtius textus referuntur.*

2 *Quædam mulier ſepeliuit viginti & duos viros, & nupſit cum viro qui viginti vxores habuerat.*

3 *An ſit peccatum conſummare matrimonium,ante benedictionem nuptialem?*

1 NOTATVR ex hoc textu, ſecundas nuptias benedici non debere, & qua pœna puniatur parochus, qui eas benedixerit: de quibus & pro eorum intellectu vtraber nard. Diaz, in prax. canonic.capit.68.textus & Doctores in capit.3.vir autem, hoc titul. eſt videndus Nauar. in manual. lat. cap. 22.numer.83.Iul.Clar.lib.5.§.fin.quæſt. 75. num.2. Floſcul.beneficial. titul.caſus papales,verſic.ſeptimus eſt.Alphon. Veracruz, in ſpecul.coniug.1.part.artic.13.ad fin. pag. 91. Couar. in 4.2. par. capit.8.§.11. num.2. Sebaſt. Medic.in ſum.peccat.2.par.titul.8. quæſt.38.verſ. vigeſimoquarto. Lancellot. Conrrad.in templ.omnium iud. lib.2. capit. 12.num.21.in fine.Hyppol.Bonacoſ.in commun. opinion.crimin. verb. ſacerdos benedicens. Roſiniac.de re pontif.lib.2. rubr.13. capit.65.optimè Didac.Perez, lib.5.titul. 1.l.1.pag.52.col.1.verſicul.eſt & alia pœna. Guilierm.Durand.in ration.diuin.officior. lib.1.capit.9.numer.15. Petrus Mozius, de contract. titul. de matrimon. §. de naturalibus matrimonij, num.10.fol.186.Iacob.Menoch.de arbitrar.caſ.417. vbi in num.2.ait, conſtitutionem iſtius textus, non corrigi à ſacroſancto Concil. Trident. in Seſſ.24. capit.1.de refor.matrim. quò ſimpliciter cõſtitutum eſt,nuptias eſſe benedicendas,quia de primis nuptiis eſt Concilium intelligendum,& non de ſecundis.

2 ADVERTE tamen,quòd omnes nuptiæ poſt primas dicuntur ſecundæ, vt tradunt Gloſ. & Doctores, in rubr. C. de ſecund. nupt. Roland. conſil. 71. volumin. 1. numer. 31. etiam ſi quis contraxerit tot vices, quot referuntur ex D. Hieronymo à Boer.deciſ.186.numer.3. Guilielm. Benedicto, in repetit. capit. Raynuntius, in verbo qui cum alia matrimon. num.221.Camil. Borrel. in regia Aragon.§.2. gloſ. 4. num.22.verſicul. non videmus inſuper. Petrus Sanchez,in 1.par.hiſtor.moral.tit.de la vida de Ciceron.§.3.fol.82.verſ.el bienauenturado. Pineda,in 2.par.de la agricul. chriſt. dial.29.§.5.Maiol.de irregul.lib.1.capit.33. in fin.Menoch,in dict.caſ.417.nu.5.Rebuf. in l.13.mulieris, de verb.ſign.pag.3.poſt me diũ, de quadã muliere quæ poſtquã viginti &duos ſepelierat viros,nupſit cũ eo qui vincẽs,ipſam ſepeliuit poſt viginti aliàs vxores quas iam antea habuiſſe & ſepeliſſe fertur.

3 EXTAT tamen grauis quæſtio, An ſit peccatũ mortale conſummare matrimoniũ ante benedictionem nuptialem, vt per Couar.in 4.2.par.cap.7.§.2. nu.2. Nauar. manlat.cap.16.num.38. Vtuald. in cãdel.eccleſ. tit.de debito coniugal. num.254. Victor. in ſum.ſacram.tit.dematrim.num.267.Matienço,lib.5.recoll.tit.1. de matrimon. in gloſ.1. rubr. num. 98. Concil.Trid.Seſſ.24.de refor.matrim.cap.1.verſ.prẽterea,optimè Didac.Perez.lib.5.tit.1.l.1.pag.11.verſ. quæri poteſt vtrum.Angel.in ſum.verb. debitum coniugale, num.1. & ibid. Sylueſt. num.11. & Armil.num.12.Caietan.in ſum.verb.matrimonium. §. matrimonij peccata, verſic. octauum caput, pag.493.

AD TEX. IN CAP. 5. Vigilanti, de præſcriptio.

COLLECTAN. 50.

SVMMARIVM.

1 *Malæ fidei poſſeſſor nullo tempore præſcribere poteſt.*

2 *Quando præſumatur bona vel mala fides.*

3 *Mala fide ſuperueniente poſt completam præſcriptionem, An teneatur præſcribens rem reſtituere in conſcientia?*

4 *Quæ denunciatio,impediat præſcriptionẽ?*

5 *Dubitans de re quam poſsidet, An ſit ſua vtrum præſcribat eam?*

1 MALAE fidei poſſeſſor, nullo tẽpore præſcribere poteſt,iuxta textum in cap.fin. hoc tit. & in regul poſſeſſor,de regul. iur. in 6.pro cuius regulæ intellectu, eſt conſulendus Medin.C.de reſtit.quæſt.17.verſ.deinde quæritur.ex fol.57.Caballin.milleloq. 797. Vol.1.com.opin.pag.418.verb. poſſeſſor.Balb.de præſcript.3.par.q.13.ex num.2. Ioan.Gutierrez,lib.1.can.quæſt.cap.34.ex num.68.Crauet.conſil.146.ex princip.Anton.Gabriel,lib.5.com.opin.tit.de præſcriptio.concl.1.ex nu.55.& in concl.3 Couar. in regul.poſſeſſor.2.par.§.8.num.4.& in §. 11.ex num.3.Læl.de Zanch.de priuil.eccleſ. 69.priuil.ex princip.Sylueſt.in ſum.verb. præſcriptio,el 1.num.3.Ludo.Molin. de primog.lib.2.cap.6.num.67.Campeg.in tract. de teſtib.reg.420.Petr.Magdal. de numer. teſtiũ,in teſtam.3.par.cap.3.nu.136.Crauet. de antiq.4.par. §. materia iſta, ex num.16. Bern. Diaz,regul.578.vbi etiam Salzed. in additionib. Læl.de Zãchis,de priuil.eccleſ. 22.priuil.num.10.Ludouic.Meſsia,in prag. tax.pan.concl.1.ex num.134.

2 QVANDO autem præſumatur bona vel mala fides poſſeſſoris, tradit latiſsimè Maſcard.vol. 2.de probat.concl.1000.& latiſsimè Menoch.lib.3.præſump. 130. & ex quibus coniecturis detegatur mala fides, tradit Menoch.de arbitr.caſ.225.per totum.

3 VTRVM autẽ mala fide ſuperueniente,poſt completam præſcriptionem,teneatur præſcribens rem reſtituere in foro conſcientiæ,vltra gloſ. hic verb.nouerit, eſt videdus Abb.in cap.fin.num.37. hoc tit. & in cap.quia pleriq́ue,de immun. eccleſ. nu.25. vbi additio margi. in liter. G.Sylueſt.verb. præſcriptio,el 1.num.13.Menoch.de recup. poſſ.remed.16. num.17. Guid. Pap. ſingul. 836.Gomez in l.3.Tau.n.125.Beroi.in cap. nauiganti,de vſur.num.73. verſ. vel melius pro cõcordia, latè Petr.Magdal. de numer. teſt.in teſtam.3.par.cap.3.num.134. Steph. Gaet.in rep.cap.ad limina.30.q.1.§.5.num. 411.in princip.Mencha. contr.illuſtr.lib.2. cap.74.Tiraq.de præſcrip.§.1.gloſ.2.nu.13. Ludo.Meſsia, in prag.tax.pan.concl.1.nu. 133.verſ.quo fit.optimè Ioan. Gutierrez, in pract.lib.2.quæſt.1.ex num.24.Mencha.ſucceſ.creat.lib.3.§.21.lim.7. nu.117. Couar. in regul.poſſeſ.3.par.§.2 ex nu.1.Caballin. in milleloq.604.in fi.Tiraq tract.ceſſante cauſa,limit.12.ex num.16.Alciat.in cap. nouit de iudic.num.31.Faber.in § 1.inſt.de vſu capion.num.5.Sot.lib.4.de iuſt.& iur.q.5.art. 4.Medin.C.dereſtit.q.18.Sebaſt.Medic.in ſum.peccat.2.par.tit.8.q.40. num 54. Spino in ſpecul.teſtam.gloſ.33.princ.num.70. Ioſeph. Angl.flor.Theol.in q.de præſcrip. pag.269.in princip.Lib.3 regal.iur.ciuil.& pontif.pag.133,verſ. id quod procedit etiã.

Boer.decis.211.ex nu.13.Balb. de præscrip. 3.par.quæst.9.in princip.Palat.Rub. in repet.rubr.§.65.num.28.& in l.63.Tau.num. 39.Rebuf.in repet.cap.postulastis, in glos. verb.retinere,ex num.25. de cleric.excom. ministr.ex pag.498.Francisc.Sarmien.lib. 2.selectar.cap.10.ex principio.

4 QVAE autẽ denunciatio impediat præscriptionem,tradit Felin. in cap.2. ex num. 5.hoc tit.Tiraq.de retract.conuen.§.4.glos. 6.num.38.Ioan.Gutierrez, de iura.cõfir.3. par.cap.1. Et citatio, an impediat præscriptionẽ?vide Caballin.milleloq.841.Hypp. singul.291.Et ex citatione inualida præscriptio non interrũpitur. Mandos. in prax.tit. de ætat. minor.q.10. num.4. Et per citationẽ numquã interrumpitur præscriptio,nisi de tali citatione sit facta relatio per nuntiũ iudici, & talis relatio sit in scriptis redacta, ex Didac.Perez,lib.3.tit.13.l.3.in glos.o no fiziere emplaçar.Ias.in §.pœnales,instit.de action.num.129.Et dicit Palat.Rub.in l.63. Taur.num.22. quòd interrumpitur præscriptio per solã citationẽ,sed non perpetuatur, & in numer.26. quòd interruptio præscriptionis prodest soli interrumpenti.

5 ET dubitãs,an res sit sua,vtrũ habeat bonam fidem,& possit eam præscribere?est videndus Couar. in regul. possessor.2. par.§. 7.num.3.Sarmien.lib.2.select.cap.10.ex nu. 5.Sylues.in sum.verb.præscriptio. el 1.nu. 3.vers.tertium non est etiam.Abb.in capit. fin.num.39.& ibi additio,in litera B.hoc titul.vbi etiã Felin.num.9.Balb.de præscrip. 3.par.q.2.Volum.1.com.opin.pag.275.vers. dubius.Et an in conscientia eam restituere teneatur? est videndus Burgos de Paz, in proœm.legum Taur.num.406.

AD TEX. IN CAP. 10. Sanè, de celebr. Missar.

COLLECTAN. 51.

SVMMARIVM.

1 *Sacramentum eucharistiæ fideliter, & decenter custodiendum est à parocho.*

2 *Sacramentum eucharistiæ, qualiter deferendum sit ad infirmos.*

3 *An sacramentum eucharistiæ, possit ministrari infirmo non ieiuno?*

4 *Hostia consecrata non debet custodiri, vltra vnam septimanam.*

5 *Delinquens si confugiat ad sacerdotẽ portantem per vias eucharistiam ad infirmos, An gaudeat eadem immunitate, ac si confugisset ad ecclesiam?*

6 *Si quis dum audit Missam recitat horas canonicas, An satisfaciat præcepto? & An dùm audit missam, possit quis recitare pœnitentiam sibi iniunctam?*

1 PRAECIPIT in hoc textu Romanus Põtifex,quòd parochus sub fideli custodia in loco decẽti teneatur conseruare hostiam consecratã pro infirmis,iuxta text.in cap.præsbyter.de cõsecr.dist.2.text.& Doctores in cap.1.de custod.euchar.Albar.Pelag.lib.2.de plan.eccl.cap.27.vers.vigesimo tertio, quia non. Foller. in prax.can. in vlt. par.cap.37,nu.21.Cõcil.Trid.Sess.13. in decret.de sancto euchar.sacra.cap.6.Menoch. de arbitr.cas.410.Bern.Diaz, in prax.can. cap.40.Capel.Tholos.decis.219.Petr.Bollo,in œcon. eccl.2. clas.cap.4.§.6.pag.257. Villadieg.de irregul.cap.5. num.8. Duran. in ration.diuin.offi.lib.4.cap.1.num.22. Victor.in sum.tit.de eucharist. num.68. Paul. Fusc.de visit.lib.1.cap.5.ex numer.3. & ex nu.9.Læl.de Zanch.de priuil.eccles.21.priuil.Mich.Timot.de eccles.visitan.lib.2.tract. 1.cap.22.& cap.23.& tract.4.cap.18.& cap. 19.text.& Doctores,in cap.officiũ,de offi. Archipres.& extat cõstitutio Synod.11.sub tit.de sacram.celebrata à Reuendis.Episcopo,& colendissimo domino meo D.Mich. Cercito,in ciuitate Barbastren.qua iubetur vniuersis parochis,vt locũ illum lumine illustrare studeãt, sitq; ad minus vna in eo lampas,quę noctu dieq; perpetuo ardeat,de quo etiã differit,& est videndus Paul.Fusc.in dicto lib.1.cap.5.nu.6.Mich.Timoth.de eccl. visit.lib.2.tract.1.cap.24.& tract.4.cap.20.

2 DE modo tamen deferendi corpus domini nostri Iesu Christi ad infirmos,est videda AEgidiana constit.lib.3.cap.5.Petr. Bollo in dict.§.6.pag.258.in princip.& etiã const. Synod. Valen.anni 1578.act.1.§.cum sacrosancta, ex pag.28.& cõstitut.Synod. Cæsaraug.in tit.de celebr.miss.incipit, quoniã sacerdotũ,fol.49.vbi etiã habetur quod dũ ducitur sancta Eucharistia ad infirmum campanella

nella pulsetur,quòd etiam admonet Paul. Fusc.de visit.lib.1.cap.14. num.11. & lib.2. cap.32.num.3.versic.eucharistia item.Villadieg.de irregular.cap.5.num.5.de quo& de modo etiam deferendi eucharistiam ad infirmos,est videndus Michael. Timoth. supra,lib.2.tract.1.cap.25.& in tract.4.cap.21. Læl.Zecch.de casib.reser.cas.1.num.26.versic. & quando.Paul.Fusc.de visit.lib.1. cap. 5.num.10.& extat constitutio,Synodi Teruelen.2. & 3. in titul.de sacrament.eucharist.fol.57.celebrata ab excellentissimo Domino Episcopo, & meritissimo Prorege Aragonum, ac obseruandissimo Domino meo D. Iacobo Ximeno,viro integerrimo, & ob eius vitæ integritatem & sanctitatis exemplum omni laude dignissimo, quem Deus optimus maximus, incolumem huic Reipublicæ diuturno æuo conseruet,vt omnibus malis imminentibus omni ratione subueniat.

ADVERTIT tamen Albar. Pelag.in dicto cap.27.versic.42. quòd cum parochus vadit ad communicãdum infirmum debet portare duas hostias consecratas, vt cum vna communicet infirmum,& aliam reportet honorificè vt populus adoret;si verò non portauerit nisi vnam,vel ex copia infirmorum omnes particulæ ministratæ fuerint vt nulla remãserit, in reditu ab infirmo debet cessare lumen,& sonitus campanellæ, quia vacuus redit calix, ne populus ex ignorantia adoret tabernaculum, quòd etiam tradit Mich.Timoth.de eccles.visitan.lib.2. tract.1.cap.25.& tract.4.cap.21.Paul.Fusc. in dicto cap.5.num.10.

OPORTET etiam vt cautus sit parochus,nè eucharistiam ministret ægroto vomenti,ex Guilier.Duran.in ration.diuin.offic.lib.4.cap.42.num.13.&id etiam iubet dicta constit.2.Synodi Teruelen.Et quid debeat fieri de hostia masticata ab infirmo per vomitum reiecta,vide Guilier.Episcopum Parisien.de sacram.eucharistiæ,cap.11.versic.& eodem modo, fol.27.

3 INFIRMO tamen non ieiuno instante necessitate, bene poterit eucharistia ministrari, ex Sylues.in sum.verb.eucharistia el 3.nu.8.vers. vt quãdo infirmus. Paludan. in 4.dist.8.quæst.2.vers.quantũ ad primum Sot.in 4.dist.12.quæst.1.art.8.vers.secunda conclusio.Anton.Bernad in sum.cap.22.in fin.num.47.pag.356.Victor.in sum.tit.de eucharist.num.83.vers. si autem.Episcopus de Elna,in direct.curat.cap.5.§.2.pagin.61. vers. a lo vltimo dize.Guiliermi.Episcopus Parisien.in dict.cap.11.vers.nisi causa infirmitatis.Læl.de Zanch.de priuil.eccles.158. priuil.nu.8. Medin.1.par. instr. confes.cap. 14.§ 42.versic.pero quando. vbi etiã tradit An nõ ieiunus possit bis in eadẽ infirmitate recipere viaticũ? pro quo est etiã consulendus Viuald.de sacram. eucharist. num.158. Tabiens.in sum.verb.communio. num.54.

4 HOSTIA verò consecrata,non debet custodiri à parocho vltra vnã septimanam ne putrescat, sed eam debet sumere & consecrare aliam recentem,ex Iacob.Bainerio in enchirid.iudic.eccles. notab. 155. Villadieg.de irregular.cap.5.num.7. Paul. Fusc. de visitat.lib.1.cap.5.num.3.in fine,& id fieri potest in feria quinta, per tradita à Mich. Timoth.de eccles.visitan. lib.2. tract.1. cap. 22.& in tract.4.cap.18.

5 PRO vera tandem resolutione quæstionis,quæ ab scribentibus in hoc textu tractari solet,An scilicet delinquens gaudeat immunitate ecclesiæ, si confugiat ad sacerdotem portantem corpus domini nostri Iesu Christi, ad infirmos per vias & plateas,vide notata in collectan. ad textum in cap.6. inter alia,de immũn. eccles.

6 *IN glos. incliner*. Dicit Decius in cap. ad audientiam,num.25.de rescript. quòd dũ missam audit,non debet quis aliàs orationes dicere, nec legere, sed attentè audire quæ recitantur:pro quo est videndus Cosmas,in pragm.sanct.tit.quo modo diuin.offic.sit celebran.in §.statuit igitur, in glos. dicat,fol. 130.Ferdin. Paez,in repet.cap.missas,de cõsecr.dist.1.ex num.109. & quamuis hoc sit optimum consilium pro literatis saltim, vt dicunt dicti Doctores,vera tamen resolutio est,ex Nauar.in man.lat.cap.21.num.8. posse quem eodem tempore satisfacere præcepto de audienda missa, & de dicendis horis canonicis aut aliis deuotionibus vel votis iuratis vel in pœnitentiã iniunctis,modo non adeò vni rei intendat,vt alteri necessariã attentionem non adhibeat:videbis tamen circa hoc dubium Caietan.in sum.verb.festos dies violare, vers.& quamuis dũ sacerdos. Medi.1.par.instr.de cõfes.cap.14.§.9.vers. pero es denotar. Angel.in sum.verb.feria.

§.46. Armil. in verb. festum, num. 11. Sylueſt. in verb. missa, el 2. num. 6. versic. tertiũ qui audit. Victor. de sacrament. tit. de satisfactione, nu. 204. Medin. C. de confes. in cap. de pœnitentia iniuncta, tempore quo missa celebratur adimpleta, fol. 105. optimè Ludouic. Beja, in respon. cas. consc. cas. 21. Sebast. Medices, in sum. peccatorum. 2. par. titul. 7. quæst. 33. iuxta finẽ. Ferdin. Paez, in repet. cap. missas. de consecr. dist. 1. ex num. 113. Viuald. in candelabr. eccles. titul. de satisfact. num. 14.

AD TEX. IN CAP. 1. Audiuimus, de reliq. & venerat. sanctor.

COLLECTAN. 52

SVMMARIVM.

1 *Sancti & eorum reliquiæ sunt venerãdæ.*
2 *De Veneratione sanctæ Crucis.*
3 *An vestes sanctorũ venerari debeamus?*
4 *Qui sunt venerandi pro sanctis?*
5 *Aduersus venerantes aliquem non canonizatum ab ecclesia.*
6 *An ecclesia, possit errare in canonizatione sanctorum?*
7 *Reliquias sanctorum, An super portare liceat?*

1 RELIQVIAS sanctorũ, ex hoc textu pios omnes venerari & honorare debere, sanctosq; oportere orare, vt pro nobis ad Deũ intercessores esse velint, probat Concil. Triden. Sess. 25. in decret. de inuocat. veneratione, & reliquiis sanctorum, & refert Simon. Maiol. de sacris imagin. centur. 16. ex cap. 59. & id etiam latissimè constat, ex his quæ tradit Sebast. Medic. in sum. omn. hæres. 1. par. verb. reliquiæ sanctorum, & in verb. sancti. Conrrad. Brun. de cœremon. eccles. lib. 3. cap. 6. Rosiniac. de re pontif. lib. 2. rubr. 8. cap. 42. & cap. 43. in princip. Sebastia. Medic. in sum. omnium virtut. tit. 8. q. 19. & quæst. 27. in fin. verbis. Sot. in 4. dist. 45. quæst. 3. art. 1. Hosius in tit. de spe. capit. 58. Frat. Paulinus, ordin. Prædicat. lib. 5. de cõcil. eccles. cap. 4. latissimè Chassen. catal. glor. mun. 3. par. ex consid. 21. (& plura circa hanc materiam, & de veneratione sanctarum imaginum, habes infra in 3. par. in collectan. ad textum in cap. 3. li canonici. §. cæterum, de offic. ordin. lib. 6.) Anton. Cordou. in quæst. theol. lib. 1. quæst. 5. vers. secundum punctum est. Paul. Fusc. de visit. lib. 1. cap. 8. ex num. 7. Mich. Timoth. de visitan. eccles. lib. 2. tract. 1. cap. 36. versic. voluit, latissimè Robert. Belarminus, disputatio. fidei catho. controuers. 7. lib. 1. per totum. Anton. de san Roman, in lib. consuelo de peniten. 2. par. tract. 2. cap. 11. Medin. C. de oration. cap. quis orandus, Deus solus an etiam sancti, in vers. sed an sancti, pag. 163. latissimè & pulchrè multa cumulat, doctissimus Francisc. Suarez, in 3. par. quæst. 25. art. 1. disputat. 52. ex sectione. 1. cum sequent. ex pag. 733. & optimè in dicta quæst. 25. art. 6. disputat. 55. in sect. 1. & 2. ex pag. 767. & plura eleganter cõgerit Petr. Canisius, in doctr. christia. cap. 3. §. 8. ex pag. 81. Alph. Castr. lib. 13. aduers. hæres. verb. reliquiæ sanctorum, & in verb. sancti. vbi id satis liquere probat, ex Cõcil. Aurelian. in cap. rogationes, de consec. dist. 3. Concil. Gerunden. capit. 3. Concil. Toletan. el 5. capit. 1. Concil. Toletan. el 6. capit. 2. Concil. Bracaren. el 2. capit. 9. quibus in locis huiusmodi concilia præcipiunt litanias, hoc est rogationes sanctorum, quotannis à fidelibus solẽniter in ecclesia fieri, in quibus ad omnes sanctos orationes & preces emittũtur, vt ipsi Deũ pro populo orẽt, facit etiam ad id, ipsius ecclesiæ vniuersalis auctoritas, & vetusta nimis & obseruata cõsuetudo, quę dies festos in veneratiõe sanctorum quotannis celebrat, & à toto populo Christiano celebrari præcipit, vt prosequitur Couar. lib. 4. variar. cap. 19. num. 8. vers. præter has. Alphon. Castr. in dicto verbo sancti. col. 944. Conrr. Brun. de cœrem. eccles. lib. 6. cap. 7. Petr. Gregor. in syntag. iur. lib. 2. cap. 16. ex num. 6. & circa suprà dicta quòd honorari debeant, ab omnibus hominibus reliquiæ sanctorum, est etiam videndus Guilierm. Durand. in ration. diuinor. offic. lib. 7. cap. 1. ex num. 1. Gabriel. Prateolus, de vitis & sect. omnium hæret. lib. 9. cap. 6. Conrrad. Brun. de cœremon. eccles. lib. 3. cap. 1. in princip. & in capit. 6. & in

in lib. 6. cap. 7. Chassen. in 3. par. catal. glor. mund. consid. 44. Martin. Ayala, de tradition. eccles. 3. par. cap. de veneratione reliquiarum sepulchrorum, & basilicarum sanctorum, fol. 143. vbi etiam in fol. 149. vers.
2 inter reliquias. ait, quòd inter omnes reliquias præcipuas partes obtinet lignum Crucis, & ibi plura cumulat pro veneratione Sanctæ Crucis, de qua etiam disserit in dicta 3. par. capit. de antiq. imag. fol. 156. vers. tertius canon. & latissimè Simon. Maiol. de sacris imaginib. centur. 13. ex cap. 3. & plura habes in dicta collectan. ad cap. 3. §. cæterum, de offic. ordin. in 6.

3 AN autem vestes sanctorum venerari debeamus: & quo modo, tradit Sanctus Thomas 3. par. quæst. 25. art. 6. Ambros. Catherino, de certa gloria sanctorum, in cap. de veneratione reliquiarum. Chassen. in dicto catal. glor. mund. 3. par. consid. 44. post principium. Petrus Canisius, in dicto. §. 8. ex pag. 97. ex num. 12.

4 ILLOS tamẽ ex hoc textu venerari pro sanctis debemus, qui pro talibus sunt a Summo Pontifice declarati & non alij, vt tradit Paul. Fusc. de visit. lib. 1. cap. 8. num. 11. Læl. de Zanch. de priuil. eccles. 130. priuil. ex nu. 4. Mich. Timoth. de visitan. eccles. lib. 2. tract. 1. cap. 36. vers. & ideò nemo. Mandos. in prax. tit. de ingratitud. cap. 8. versic. de illis autem. Solus enim Papa potest canonizare sanctos, pro quo est videndus Boschi. Codecha, in repet. rubr. de constit. num. 83. & ibidem Ioan. Ferretus, num. 13. Barthol. Humad. in l. 66. tit. 4. par. 1. glos. 3. Chasse. in dicta 3. par. consid. 47. & cõsid. 48. glos. verb. sedis Apostolicæ, in cap. vnic. hoc tit. lib. 6. & ibi Franc. num. 3. & Gemin. num. 12. Abbas in cap. conquęstus, num. 4. de feriis. Gãbar. de offic. & potest. legat. de lat. lib. 2. ex num. 233. Couar. lib. 4. variar. cap. 19. nu. 8. versic. pręter has. Ioseph. Mascard. vol. 1. de probation. in concl. 262. ex num. 50.

5 ET an Inquisitor fidei catholicæ, possit punire venerantes corpus alicuius non canonizati ab ecclesia? tradit Zanchin. de hæretic. cap. 22. numer. 8. repert. Inquisit. verb. adorare, vers. sed an liceat, & in verb. canonizatus. Et de forma instituto & vsu canonizationis sanctorum, est videndus Chassen. in dict. 3. par. consid. 50. Petr. Galesin. in canonizatione sancti Didac. 3. par. cap. 6.

6 QVAERI autem solet, vtrum ecclesia vel Pontifex possit errare in canonizatione sanctorum? quod quidem examinant Felin. in cap. venerabili, numer. 2. de test. lib. Francis. Pegña, in 2. par. direct. schol. 33. in fine. Ioseph. Mascard. vbi supra, numer. 57. Melch. Cano, de locis theolog. lib. 5. cap. 5. pag. 195. ex col. 2. Couar. lib. 1. varia. cap. 10. num. 13. Petr. Aragon. 2. 2. quæst. 1. art. 10. pagin. 100. vers. est aliud dubium, & ibi etiam latè Domin. Bañes, in dicta quæst. 1. art. 10. ex col. 169. vers. dubitatur prętera, optimè Anton. Cordou. in quæst. theolog. lib. 4. quæst. 12.

7 INTERROGATVS tamẽ sum, An reliquias sanctorũ portare super, liceat? pro quo est videndus Paul. Fusc. de visit. lib. 1. cap. 8. num. 13. Nauar. in man. lat. capit. 11. nu. 35. versic. verumtamen.

AD TEX. IN CAP. 5. Dilectus filius, vt lit. penden. nihil innouetur.

COLLECTAN. 53.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium concessum, non facta mentione litis pendentiæ, nihil valet.*
2 *Et quid quando tale priuilegium esset cõcessum cum clausula Motu Proprio, vel ex certa scientia?*
3 *De effectu clausulæ, ex certa scientia vel motu proprio.*
4 *De lite nulla, non debet fieri mentio in gratia.*
5 *Lis quando dicatur nulla.*
6 *Lis per quos actus iudiciales dicatur pẽdere.*

1 QVAMVIS priuilegium vel cõcessio alteri pręiudicialis lite pendente obtenta, non facta mẽtione litis, nihil operetur per istũ textum, & quæ latissimè cumulat Anton. Gabriel. lib. 2. commun. opin. titul. de iudic. conclus. 4. Lancellot. de attentat. 2. par. capit. 4. ex num. 630. pag. 94. Læl. de Zanch. de priuileg. eccles. 105. priuil. Capiz,

piz.decis.220.ex num.13 Felin.cap.1. num. 14.versic.fallit sexto,de rescrip.Felin.cap. super literis,num.12.& Dec.num.35.de rescrip. scribentes, in cap. cæterũ, & in dicto capit.super literis de rescript.

2 GRAVIS tamen altercatio est inter Doctores, An quando tale priuilegium esset concessum Motu Proprio Principis ali quid operetur, & si de lite pendente nulla in eo fiat mẽtio?pro qua quæstione est consulendus Anton.Gabriel.in lib.6.commun. opinion.titul.de clausulis, concl.2. ex num. 16.& in lib.2.titul.de iudic.concl.4. ex nu. 20.Petr.Rebuf.in concordat.titul.de forma mandat.apost.versic. octauus est, pag. 608. Alexand.in l. si quis quemquam, num.3.ff. si quis cautionib. Rippa,in capit.1.ex num. 80.de rescript. Menoch. de arbitr. cas.202. num.12,Ruin.consil.76.ex num.5,& in consil.80. num.4. vol.5. Rolan.consil.31. num. 19.vol.2.Gomezius in capit.1.versic. immò plus dico,de constit.in 6.Lælius de Zanch. in dicto priuileg.105, num.5.Andreas Gambar.de offic.& potestat.legat.de lat.lib.3.in rubr.de potestat.legat.in benef. confer. ex num. 55. Bellug.in specul.Princip.in rubr. 20.§.quia post ecclesiam,num.30. Lãcellot. de attent.2.par.cap.4.num. 643. & in cap. 12.limit.52.nu.28.pag.288.Rebuf. in prax. in regul.de non tollen.ius quæsit,num.9.

3 ET quando tale priuilegium, etiam non facta mentione in eo de lite,esset impetratum à Principe cũ clausula ex certa scientia, An aduersus litem aliquid operetur?dic vt per Abb.hìc num.4.Anton.Gabriel.lib. 6.commun.opin.tit.de clausul. concl.1.cum idem sit facere aliquid ex certa sciencia,vel facere expressam mentionẽ de obstantibus ex Felin.in cap. nõ nulli.§.sunt & alij,num. 51.de rescript.Alphon. Hojeda de benef.1. par.cap.24.num.56.versic.secundo pro hac parte.Philip.Dec.consil.341.num.3.Guid. Pap.singul.7. Et talis clausula adeò efficax est,vt ius alteri quæsitum auferat:pro hoc tamen est videndus Alexan.consil.216. num. 22.vol.2. Ruin. consil.175.num.22.& consil. 229.num.2.vol.1.Dec.cons.160.num.3. Anton. Gabriel, in dicta concl.1.ex num.8. & quòd factum à Principe, ex certa scientia, non possit quis impugnare,nec in dubiũ revocare cõstat, ex Natta consil.636.nu.159. Dec.consil.496.numer.26.Paris. consil.5. num.122.volum.4.& consil.1.num.78.vol. 4.Socin.Iun.consil.68.num.12.lib.3.qui in num.13.subiungit post Dec. consil.341. nu. 3.hanc clausulam habere vim clausulæ, de plenitudine potestatis: de quo etiam est videndus Rolan.consil.71.num.48.vol.2. Alphon. Hojeda de benef.1.par.cap.20. num. 11.Mandos. in regul.cancell.16. quæst.5.& quæst.7.ex num.3. Menoch. de præsumpt. lib.2.presump.12.num.4.Riminal.in repet. capit.quæ in ecclesiarum,num.304.de constit.Gabriel.in dicta concl.1.num.6.Aduersus quã clausulam nihil opponi potest, ex Rolan.in dicto consil.71.nu.49.Paris. in dicto consil.1.num.79. & huiusmodi clausula habet vim specialis expressionis,ex Hojeda, in supradicto cap.20.num.12.& vim clausulæ Motus Proprij, ex Mascard. vol.2.de probat.in concl.1075.num.3.Mandos. ad regul.16.cancel.quæst.15.num.2.& quid operentur huiusmodi clausulæ in præiudicium tertij ? latissimè tradit Menoch. lib. 2. præsumpt.9.ex num.26.

4 VLTERIVS considerabam pro declaratione istius textus,secundã concessionem vel priuilegium impetratum,non facta mentione litis pendentis valere, quando lis esset nulla, quia de lite nulla,impetrans non tenetur facere mentionem, ex Abb.in cap. dilecte in Christo,de except.numer.3.& in cap.per vestras, de donat.inter vir, num.11. Ruin.consil.76.num.8.lib.5.& consil.8.lib. 4.per totum. Menoch.de arbitrar. cas.202. num.81.Afflict.decis.366.ex nu.9.Ioseph. Mascard.vol.2.de probat. conclus.846. ex num.20.Lancellot.de atentat.2. par.cap. 4. num.651.quod intelligo verum,siue lis esset nulla ipso iure, siue veniat annullanda ope exceptionis,ex glos.verb.posterius in cap. subgestum,de iure patr.glos. verb.de facto, in cap.cum nostris de concess. præbend. vbi Abb. num.12.& optimè Felin.in cap. ex tenore, num. 2. de rescript. Mascard. in dicta conclus.846.num.25.

5 VLTERIVS, secunda concessio vel priuilegiũ impetratũ non facta mentione litis pẽdentis,existimo validũ esse,quando lis esset deserta,litis enim pendentis mẽtio, necessaria non est,quando lis est deserta:vt tradit Menoch.in dict.cas.202.num.14.& quãuis de iure canonico, nullum sit tempus determinatum ad lites finiendas,ante Concil.

cil.Trident.Sess.24.capit.20. vt constat ex cap.pœn.de iudic.Cassad.decis.5.num.4.vt lit.pend.Grauat.in additio.ad Octau. Vestr. lib.3.cap.5.num.6.Lancel.in dicto capit.4. num.275. idem tamen Cassador.in dicta decis.5.adhibet modum,quo lis tempore finiatur,videlicet quãdo à prosecutione litis, est cessatum per decem & octo annos, pro vt erat in casu per eum ibidẽ decisso,tunc enim creditur, quòd conscius non iuris aut probabiliter diffidens,à lite cessauit, & hunc modum refert etiam Menoch.in dicto num.14. Lancellot.in dicto cap.4.ex num.276.Gomezius tamẽ in regul.de triennal.quæst.61. versic. quartus casus, allerit litem censeri desertam spatio decem annorum,cuius opinionem sequuti fuerunt,in grauissimis causis domini de Rota,quando ex aliquibus cõiecturis apparet, de non iure mouentis litem,vt tradit Lancel.in dict.cap.4.nu.279.

IBI, de dicta quæstione. Lis autẽ quando & per quos actus iudiciales dicatur pendere,refert Menoch.in dicto cas.202.ex nu. 7. Cassador.in princip.decis. 6. ex num. 4. & 14.Felin.in cap.super literis,de rescript. num.13.Lancellot.de attentat.2.par.in præfat.cap.4.ex num.1.Vol.1. com. opin.pag. 131. verb. litis pendentiæ.Staphil.de literis gratiæ, & iustit. §. in primis, ex num.12.& 16.textus in clemen.2.vt lit.penden.Octau. Vestr.in prax.lib.4.cap.1.num.1.vbi etiam Grauat.in addition.ex num.5. Dec, in cap. 1.ex num.60.de rescript.Beroi. in cap.1.de rescript.num.76.latè Mascard.vol.2.de probat.concl.984.Læl.de Zanch.de priuil.eccles.105.priuil.ex num.3.Alexan.Stiaticus in prax.iudic.cap.5.num.14. Lib.10.regul. iur.ciuil.& pontif.pag.461.versic. quando autem lis pendere dicatur.

6

AD TEX. IN CAP.6. Inter alia,de immun.eccles.

COLLECTAN. 54.

SVMMARIVM.

1 *Confugiens ad ecclesiam non est extrahendus, & aduersus violantes hanc immunitatem.*

2 *Confugiens ad sacerdotem portantem sacramentum Eucharistiæ per plateas ad infirmum, An gaudeat immunitate ecclesiæ?*

3 *Palatium Episcopi, domus Cardinalis, cemeterium, vel refectorium,aut dormitorium monasterij, An gaudeat immunitate ecclesiæ?*

4 *Immunitas ecclesiastica in quibus delictis & quibus personis non concedatur.*

5 *Mercatores falliti, An gaudeant immunitate ecclesiæ? & qualiter puniebantur antiquitùs?*

6 *Mercatores falliti si deueniant ad pinguiorem fortunam, An teneantur soluere debita?*

7 *Plura aduersus ipsos mercatores fallitos, & eorum receptatores.*

1 CONSIDERA ex hoc textu ecclesiam habere immunitatem, vt delinquens qui ad eam confugerit non sit inde violenter extrahendus,& talis indemnitas An sit inducta à iure diuino? tradunt Couar. lib.2. variar.resol.cap.20.num.2.Anton.Quesad. diuers.quæst.cap.1.num.2.Petr.Pechius de iure sisten. cap.6.num.1. Petr. Rebuf.tom. 2.constitut regul.tit.de immun.eccles.art.1. glos.1.ex num.2.Remig. de Gosi, in princip.de immun.eccles.in secundo præsupos. ex pag.8. Et qualiter puniantur violatores huius immunitatis,tradit Abb.in cap. ecclesiæ, num.11.hoc titul.Nauar.in man.lat.cap. 25.num.17. Iul. Clar.lib.5. §. fin. quæst. 30. num.1. & quæst 68. numer.11. Gosi,supra quæst.9.ex pag.502.Sylvest.verb.immunitas,el 3.num.12.Mich.Salon.2.2.q.60.art.6. controuers.2.col.280.Ant. Scap.de iure nõ script.lib.1.cap.29.ex nu.2.Conrad.Brun. de ceremo.eccles.lib.3.cap.3.pag.62. Ioan. Martinez de Olan. in antinom. in litera E. num.1.Iodoc. Damhouder.in prax.crimin. cap.106.ex num.1. Viuald.in candelabr. eccles.titul.de absolut. num.54. versic. quarto est violatio. Alphan. in collectan. numer. 25. facit l. fideli.& l.præsenti C.de his qui ad eccles. confug. Chasseneus, in consuetudin. Burgund. rubr.1. tit. des justices,

verſic. es droicts dicelles, num. 57. Rebuf. in dicto articul.1.gloſ.1.ex num.30.Iacobus Menoch.de arbitr. caſ.360.nu.68. Camil. Borrel. in additionib. ad Bellug. in ſpecul. Princip.rubr.11.§.ſed quia loquitur, in litera G. Aufred.ad Capel. Tholoſ.deciſ.422. aliàs 423.num.3.

2 AN autem eadem immunitate eccleſiaſtica, gaudeat qui confugit ad corpus domini noſtri Ieſu Chriſti, dum per vias & plateas ducitur à Præsbytero ad infirmos, eſt videndus Corſet. ſingul. 207. Paulus Fuſc. ſingul.156.in liter.E. Didac.Couarru.lib.2. variar.reſolut.cap.20.num.6. Remig.Goñi de immun. eccleſ.ampl. 18. pag.179. Petr. Pechius de iure ſiſten. capit.6. num.2. Gomez, in §. pœnales inſtit.de action,numer. 50.Didac.Perez. lib.1.titul.1.l.1.pag.17. in gloſ. Igleſias, verſic.vnde notanter, & in l. 3.pag.24.in gloſ. del cuerpo de nueſtro Señor. Thom.Cerdan,in lib.viſita de la carcel capit.11.§.4,verſic. y aun aprietan mas,pagin.161.Guilierm. Duran. in ration. diuin. offic.lib.1.capit.1.num.50. Bellug.in ſpec. Princip.rubr.11.§. ſed quia loquitur,nu.29. vbi Camil.Borrel. in addition. in litera M. Iul.Clar. lib.5.§.fin.quæſt.30.num.24.Læl. de Zanch. de priuil.eccleſiæ.13.priuil.num. 18.Menchac.de ſucceſ. creat. lib.3.§.22. limit.17, num.55. Anton.Gomez, tom.3.variar. capit. 10. numer. 1. Abbas, in capit. ſanè,de celebr.miſſ.num.1.vbi addit.marginal, in litera E. Coſmas in pragmat. ſanct. titul. quo modo diuin. officium ſit celebr. in §.ſtatuit igitur, in gloſ. inclinet.Roman. ſingul.339.incip.dicamus,&ibi additio.Corſet. ſingul. 68. incip. dixit, in verſicul. vbi quæſiuit. Petrus Plaça, de delict. capit.34. num.16.additio ad Felin. in capit. querenti de offic.delegat. in litera E. Bonacoſ.in cõmun.opinion. criminal. verb.condemnatus ad mortem. Palat.Rub.in repet. rubr. §.38. num.15. Volum.1.commu. opin.pag.31.verbo,condemnatus ad mortem, & in pag.88. verb.fugiens.

3 PALATIVM autem Epiſcopi,domus Cardinalis,circuitus eccleſiæ, Eremitorium,monaſterij clauſtrum,refectoriũ aut dormitorium, & alia huiuſmodi loca, An gaudeant immunitate eccleſiæ? tradit Rebuf.ſupra artic.1. gloſ.1. ex num.8. Nauar. in manual.latin.capit.25.ex num.17. Goñi, ſupra,ampliat.4.ex pag.82.& ampl.12. ex num.3.pag.149.& ampliat.15.ex pag. 155. Nicol.Moronus de Pace, quæſt.130.ex nu. 6.Coſmas in pragmat.ſanct.titul.de his qui temp. diuin. offic. vagantur per eccleſ. in princip.in gloſ.verb.circa.Boſsius in prax. tit.de captur.nu.30. Lapp. allegat.12. num. 4.Iul.Clar.lib.5.§.fin. quæſt. 30.ex num.2. & 26.Couar.lib.2.var.reſolut. cap.20. num. 5.Anton.Scap. de iure non ſcrip. lib.1.cap. 26.ex num.4. Læl.de Zanch.vbi ſupra,priuileg.14. ex num.8.optimè Conrrad.Brun. de cerem. eccleſ. lib.3. capit. 3. ex pag. 61. Rebuf.de priuileg.ſcholar.priuileg.102.vbi etiam vide, An ab ſcholis liceat delinquentes extrahere?de quo etiã videbis Iul.Clar. in dicta quæſt.30.num.25. Thom.Cerdan,in lib.viſit.de la carcel, capit.11.§.4. verſ.mas dize, pag.162.

4 QVAE autem perſonæ, & in quibus delictis & caſibus,non gaudeant huiuſmodi immunitate eccleſiæ, tradunt Anton. Gomez, tom.3.capit.10.ex num.2.Rebuf.tom. 2.titul.de immunit. eccleſ.artic.1.gloſ.1. ex num.14.Thom.Cerdã,ſupra,in cap.11.§.4. verſic. y pues auemos tratado, ex pag.163. & in §.5.Nauar.in man.lat.cap.25.ex num. 20.Hierony.Portol.in tract.de competent. quæſt.7.Ioan.Gutierrez,in pract.quæſt.lib. 1.quæſt.1.ex num.1. & quæſt.2. ex princip. optimè Barthol. Humada l.4.titul.11. par.1. gloſ.8.ex principio, fol.96.Dueñas regul. 228.Boer.deciſ.109.ex num.1.Corraſ. lib.5. miſcell.capit.23.Iul.Clar.lib.5.§.fin. quæſt. 30.ex num.9.Bellug.ſpec.Princip.rubr.11. §.ſed quia loquitur, ex num.11.Anto.Queſad.diuer.quæſt.cap.1. ex numer.4. Couar. in dicto capit.20.ex num.7. latè Remig. de de Goñi,ſupra,ex fallent.1.ex pag.216.Didac.Perez,lib.1.tit.2.l.6.in gloſ.ſerà defendida.Iodoc Damhoud.in prax. crimin.cap. 106.num.5.

5 MAXIMVM tamẽ dubium eſt, An mercatores falliti (vulgò dicti alçados) gaudeant hac immunitate eccleſiæ? pro quo ſunt conſulendi Didac.Couar. in dicto cap. 20.num.14.poſt medium.Nauar.in man.lat. capit.25.num.19.ad fi.Remig.Goñi, limit. 38.Dueñas regul.389.verſic. & iſti mercatores.Benuenut.de de coctorib.3.par.ex nu. 42.Petr.Pechius,de iur.ſiſten.cap.9.num. 6.Ioan.Gutierrez,lib.1.pract.queſt.1.nu.4. Iodoc.

Iodoc. Damhouder. in dicto cap.106.num. 17.Petrus Rebuf.in dicto tom. 2. tit. de immun.eccleſ.art.1.gloſ.2. ex num.1. Thomas Cerdan,vbi ſupra,cap.11.§.4.verſ.los mercaderes,pag.164. Salzed.in addit.ad Diaz, regul.303.verſ.octauo vltra auctorẽ.Maran. de ordin.iud.4.par.diſt.9.nu.131. Portol.in ſchol.ad Molin. in tract.cõpet.q.14.latè Alphon.Azeued.lib.1.nou.recop.tit.2.l.13. ex nu.6.&qualiter antiquitus puniebãtur tales mercatores falliti,refert Menoch.de arbitr. quæſt.90.ex num.14. &plura de ipſis,& de eorum pœna,cumulat Ioan.Matienç.in lib. 5.recollect.titul.19.per tot. Mandoſ.in praxi,titul.de ingratitud.capit.108. verſic.rurſus ingrati. Ioan.Martinez de Olano,in antinom.in litera M. ex num.41.

6 ADVERTIT tamen in hac materia Ludouic.Lopez in inſtruct.conſcien.1.par. cap.109.in fine. Quòd iſti mercatores frangentes fidem & cum creditoribus conuenientes,vt ſoluta ſibi certa debiti parte reliquum dimittatur, ſi ad pinguiorem fortunam veniant,tenentur ad reſtitutionem: de quo eſt videndus Robert. Maranta in dicta 4.par. diſtin.9.numer.132.Boeri. deciſ.215. numer.8.

7 ACCIDIT etiam aliquãdo, quòd huiuſmodi mercatores excoctionem bonorũ fingunt,& facultates ſuas abſcondunt,vt ſe componant cum ſuis creditoribus,vt per talem compoſitionem dilationem ſolutionis vel remiſsionem alicuius partis debitorum obtineant,& tales ad quid teneantur in conſcientia?tradit Ludouic. Lopez in dict.cap. 109.ex colum.662. in fi. Et tales falliti, An repellantur à teſtificando?vide Maſcar.vol. 2.de probation. concluſ. 738. Et receptans mercatorem fallitum, an teneatur ad intereſſe, vel ad illum exhibendum creditoribus? tradit Hyppolit. ſingul.366. incipit aliqua. Auiles in capit.3.prætorum,in gloſ. iuriſdiccion, numer. 18. Et is qui notificauit debitori alicuius quod aufugiat,quia creditor ſuus ordinabat eum capere, ad quid teneatur? eſt videndus Hyppol. Marſil. in ſingul.137.numer.2.& in ſingul.43.num.4. Abendan. reſponſ.22. ex numer.1. verſic. ſi ergo delinquens.Baeça,de inope debit.cap. 5.num.21. Auiles in cap.3.prætorum,in gloſ. iuriſdiccion,num. 16. Petr. Ancharran. in conſil. 341. incipit viſo themate.in fine.

AD TEX. IN CAP. 13. Excommunicamus, el 1. §. damnati, de hæretic.

COLLECTAN. 55.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitores hæreticæ prauitatis,non ſunt irregulares tradendo hæreticos iudicibus ſecularibus, vt eos debitè puniant.*
2 *An iudex ſecularis teneatur abſq; cauſæ cognitione exequi ſententiam promulgatam contra hæreticos ab Inquiſitoribus?*
3 *Hæretici,conſuetudine generali,igne cremantur.*
4 *An portantes ligna ad comburendum hæreticum, ſint irregulares?*
5 *Aduerſus clericum hæreticum, quomodo procedatur.*
6 *Bona clerici hæretici,cui applicari teneantur.*
7 *Plura de hæreticis poſt ſententiam redeuntibus ad fidem catholicam.*

1 IBI, *ſecularibus poteſtatibus.* Nõ tamen tradẽdo iudicibus ſecularibus, hæreticos vt ipſi eos debito ſuplicio puniant Inquiſitores hæreticæ prauitatis ſunt irregulares: vt tradit Iacob.Simanc.de cathol. inſtitutio.cap. 34.num.48. Didac.Perez lib.8.titul.4.l.3. pag. 92. verſ. ſed dubiũ occurrit. Couar. in clemen.1.2.par.§.5. num.6. Felician.de cenſur.titul.de irregular. capit.de ſecunda ſpecie irregularitatis, quæ contrahitur extra bellum,verſic.Inquiſitor tradens. Alphonſ. de Azeued.ad cur.piſan. lib.2. cap.21. num. 1.fol.83.in principio. Armil.in ſum.verb.irregularitas,num.24. Vivaldus in candelab. eccleſ.titul.de irregular.ex homicid.volun. num.246. Medin.1.par.inſtruccion de confeſſor.capit.11.§.10. verſic.tambien los Inquiſidores,fol.40.Franciſ.Pegña in 2. par. director.commentar.20.ex pag.131.Simon. Maiol,de irregul.lib.5.cap.48.§.2.num.9. in finalib.verb.

2 EST tamen elegans dubium, An iudex secularis teneatur exequi sententiam ab Inquisitoribus promulgatam contra hæreticos, absque vlla causæ cognitione? & quid etiam in aliis iudicibus? An similiter vnius iudicis sententiam teneatur alter exequi, absq; cognitione causæ? de quibus omnibus latè differit Campeg. in additio. ad Zanchin. de hæretic. cap. 8. in litera A. Volum. 1. commun. opinion. pag. 96. verb. an si aliquis tanquam. Iacob. Simanc. de cathol. institut. capit. 36. ex numer. 4. & facit textus in capit. inquisitionis. §. prohibemus, de hæretic. in 6. Felin. capit. ad auolendam, num. 4. de hæretic. Ioan. Gracian, regul. 422. latè Gundisalu. de Villadieg. de hæretic. quæst. 19. versic. an iudex secularis, pag. 73. Mencha. de succeff. creat. §. 6. ex num. 16. ad fin. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæst. 96. num. 7. optimè Paul. Fusc. de visit. lib. 2. capit. 21. num. 8. Robert. Marant. in disput. 1. ex princip. Chassen. in consuetud. Burgun. rubric. 1. §. 8. versic. sans coge & licence, ex numer. 4. Ioan. Rojas, de priuileg. Inquisit. num. 450. Bonacos. in commu. opin. crimin. pag. 477. versic. exequi debet laicus, & pag. 497. verbo, iudex ecclesiasticus. & pag. 498. verb. iudex secularis qui. Nicol. Boer. decis. 90. num. 2. Bernard. Diaz, in prax. canon. capit. 133. num. 2. vbi Salzed. in addit. in litera A. latissimè Lucern. Inquisitor. in verb. executio contra damnatos. Anton. Scapp. de iure non script. lib. 5. capit. 132. nu. 4. Flammin. Chartar. de execut. senten. capto bannito, in capit. fin. num. 6. Bossius in prax. titul. de denuntiat. num. 11. Thom. Cerdan in additionib. margin. in lib. visita de la carcel, cap. 13. num. 6. in litera E. Ioan. Redin, de maiestat. princip. §. non solum armis, num. 149. Felician. de censur. tit. de depositio. & degradat. cap. 10. Francis. Pegna in 3. par. direct. schol. 99. versic. ex hac assertione. Bellug. in specul. principum. rubric. 11. §. visso. num. 1. vbi Camil. Borrel. in additionib. in litera B. & in litera O. Bellug. in specul. principum, rubric. 11. §. tractandum. num. 3. Petr. Rebuf. in concordat. titul. de public. concubin. §. & cum omne. in glos. qui hodie remissus, pag. 723. Et quòd sententias ab Inquisitoribus promulgatas cõtra hereticos, teneantur exequi magistratus seculares sub pœna excommunicationis, absq; vlla reuisione proces-

suum, indistinctè probat motus proprius Innocen. VIII. incip. dilectus filius, Datum anno 1486. die 30. Septembr. & extat etiã ad id, alius motus proprius Alexan. IIII. editus anno 1260. incip. ad audientiam. Dat. 13. Calen. Februar. anno 6. sui pontif.

3 *IBI, animaduersione debita puniendi.* Generali autem omniũ consuetudine, impij heretici cõburi solẽt (postquam prius strangulantur ex Flamin. Chartar. de execut. sentent. capto bannito, capit. final. numer. 451) Iul. Clar. §. hæresis. num. 8. Rolan. consil. 75. volum. 3. numer. 5. Bursat. consil. 7. num. 30. Corras. lib. 3. miscellan. cap. 8. ex num. 3. latè Ioan. Rojas, singul. 91. A Egidius Bossius, in prax. titul. de hæret. num. 16. Iacob. Simanc. de catholic. institut. cap. 46. ex num. 45. & in enchirid. titul. 67. ex numer. 1. Couar. lib. 2. variar. cap. 10. num. 10. Didac. Perez lib. 1. titul. 1. l. 1. in glos. con animo pertinaz, versf. vlterius etiam dubitatur, pagin. 21. Andreas Gambar. de officio & potestat. Legat. de later. lib. 8. ex num. 85. Menoch. de arbitr. cas. 374. num. 2. Iodoc. Damhouder. in prax. crimin, capit. 61. ex numer. 58. Thom. Cerdan, in lib. visita de la carcel, cap. 13. num. 6. prope finem. Anton. Gomez, de delict. tom. 3. capit. 2. numer. 1. Hieronym. Roman, lib. 5. de la republica christiana, capit. 20. fol. 264. versic. tiene oy la santa Inquisicion. Sebast. Medic. in sum. omnium hæres. 1. par. quæst. 13. Alphons. Castro, de iusta hæreticor. punitione, lib. 2. cap. 12. Anton. Scappus, de iure non script. lib. 5. cap. 32. numer. 8. Lelius de Zanchin. de priuileg. eccles. 143. priuil. num. 10. Dominic. Bañes 2. 2. quæst. 11. artic. 4. pagin. 653. versic. sed notandum est. Didac. Perez lib. 8. tit. 4. l. 3. pag. 91. versf. est & alia pœna contra hæreticum. vbi in pag. 92. versic. quæri potest. ait, quod idem est seruandum etiam si puniẽdus sit nobilis, immò si hæreticus fuerit pertinax, viuus comburendus est: de que & quis dicatur pertinax, est videndus Rojas 2. par. de hæret. assert. 45 ex num. 557. Castr. de iusta hæret. pun. lib. 1. cap. 9. Sebastian. Medices, in sum. ma omnium hæres. 1. par. quæst. 8. Didac. Spino, specul. testam. in glos. rubricæ. 12. par. num. 46. Iacob. Simanc. de cathol. institutionib. cap. 48. per totum. & maximè in numer. 6. & in enchirid. titul. 30. Iul. Clar. lib. 5. §. final. quæstion. 99. numer. 7. Flammin. Chartar. in dicto

cto cap. final. num. 452. Couar. lib. 2. variar. capit. 10. numer. 10. versic. hi verò qui hæresim. latissimè Didac. Perez, lib. 8. titul. 4. l. 3. ex pag. 101. versic. quæritur præterea.

AN autem Rex vel Princeps secularis possit dispensare in huiusmodi lege præcipiente, vt hæretici traditi brachio seculari moriantur? est videndus Petr. de Aragon, 2. 2. quæst. 11. articul. 4. pagin. 356. versf. sed dubitauit aliquis. A Egid. Bossius in prax. criminal. titul. de hæretic. num. 35.

4 ET quia de hæretico comburendo mentionem fecimus. Quæritur vtrum portantes & ministrantes ligna vt talis comburatur, absque vllo vindictæ vel malo animo, sed tantum ob zelum fidei, sint irregulares? pro quo est videndus Viuald. in candelab. eccle fiæ, titul. de irregularitate, ex num. 287. Nauar. in manual. latin. capit. 27. num. 217. versf. decimo quod est. Læl. Zecch. cas. 1. num. 34. versic. secundo ampliatur. Anton. Bernad, in sum. capit. 35. num. 36. Armil. in summa, verb. irregularitas, numer. 61. Barthol. Medin. 1. par. instruccion de cõfessores, cap. 10. §. 10. versic. pero duda se. Tabiens. verb. irregularitas, el 3. numer. 24. Felician. de censuris, tit. de irregularit. in cap. de secunda specie irregularit. quæ contrah. extra bellũ, in versic. portantes ligna, pag. 459.

5 *IBI, degradatis.* Clericus igitur hæreticus, degradatur, & iudici seculari: est tradendus, iuxta ea quæ tradit Simanc. de catholicis institutionib. capit. 46. numer. 69. Villadieg. de heretic. q. 15. versf. pœna autẽ, & plura de materia degradationis & de eius forma & solẽnitate, habes in 3. par. in collectan. ad textum in cap. 2. degradatio, de pœnis, in 6. & tradit Didac. Perez lib. 8. titul. 4. l. 3. ex pagin. 88. versf. cum ergo. Ioan. Rojas, singul. 48. & in singul. 49. Villadieg. de irregularit. quæst. 19. Iul. Clar. lib. 5. §. final. quæst. 74. Francis. Pegna in 3. par. director. schol. 63. §. considerandum autem hîc est.

6 *IBI, applicentur ecclesiis.* Bona igitur clerici hæretici, quæ ex ecclesia vel eius respectu acquisiuit, eidem ecclesiæ inspecto iure communi restituenda sunt, & non fisco principis secularis: de hoc tamen est videndus Simanc. de catholic. institution. cap. 9. numer. 89. Lucerna Inquisitor. verb. bona hæreticorum, num. 2. Guilierm. Benedict. in cap. Raynuntius, verb. & vxorem nomine Adel. de succeff. ab intestat. numer. 244. Francis. Pegna, in 3. par. director. schol. 154. Anton. Scapp. de iure non script. lib. 5. cap. 133. Gundisalu. de Villadieg. de hæretic. quæst. 15. ex fol. 59. Bernard. Diaz, in prax. canon. capit. 106. num. 4. vbi Salzed. in litera D. Franc. Pegna in 3. par. director. q. 112. comment. 161. Couar. lib. 2. variar. resolutio. capit. 9. numer. 12. Iul. Clar. lib. 5. §. hæresis, numer. 13. versic. punctus est. Camil. Borrel. in additionibus ad Bellug. in specul. principum, rubric. 11. §. visso, in litera Q. in final. verbis.

7 VIDI tamen dubitari à præstantissimis viris, An hæretici si post sententiam redeant ad fidem sint admittendi, vt euadant supra dictam pœnam relaxationis? pro qua quæstione sunt consulendi Iacob. Simanc. de catholic, institutionib. capit. 47. num. 36. & in enchirid. titul. 58. numer. 11. Iul. Clar. §. hæresis, numer. 9. Ioan. Rojas, de hæretic. 2. par. assertion. 16. numer. 192. Menoch. cas. 373. Alphons. Castr. lib. 1. de iusta hæretic. punition. capit. 22. Paul. Grillan. de heretic. quæst. 5. latissimè Gundisalu. de hæretic. quæst. 20. Simanc. de catholic. institutionib. cap. 60. numer. 11. Boer. decis. 341. ex num. 3. Alphons. Aluarez in thesau. christian. relig. cap. 53. de hæretic. numer. 15. Bonacos. in commun. opinion. crimin, verb. ecclesia admittit. Syluestr. in sum. verb. hæresis, el 1. numer. 18. Volum. 1. commun. opinion. pag. 379. verb. hostes fidei, versic. crescentibus autem. Felinus, consil. 10. Vbi etiam vide, an hæretici redeuntes ad sinum ecclesiæ recuperent bona cõfiscata? vel an ea bona Inquisitores possint eis iustè remittere? de quo etiam pulchrè differit Iacob. Simanc. in annotat. ad Zanchin. in cap. 14. Iul. Clar. §. hæresis, num. 8. versic. & nota quòd quando. Ioan. Rojas, de hæretic. 1. par. ex numer. 117. & in 2. par. assertion. 16. numer. 191. & in numer. 201. & in assertion. 27. ex numer. 272. versic. ipse verò. Sylvest. in sum. verb. hæresis, el 1. numer. 17. Simanc. de catholic. institution. capit. 47. ex numer. 15. Volum. 1. commun. opinio. pag. 527. verb. abiurans. Francis. Pegna, in 2. par. director. schol. 6. versf. nec ad eos bona. Et hæreticus qui, postquam traditus est curiæ seculari, dicit se velle pœnitere, an sit recipiendus? est videndus

dus Pegña in 2.par. director. ſchol.27. verſ. poſtquam traditus. & in 3. par. ſchol. 65. crederem de miſericordia. Et de hæretico qui in tabulato id dicit, eſt videndus Franciſ.Pegña in 3. par.director.ſchol.59.verſ. his adiungo.

AD TEX. IN CAP. 5: Ad decorem, de inſtitutionibus.

COLLECTAN. 56.

SVMMARIVM.

1 *Iuſtitia quid ſit? & plura in eius laudem.*
2 *Recti iudices meliorem vitam agunt, quã multi boni religioſi.*
3 *Iudices quales eſſe debeant, & quæ requirantur in eis.*
4 *Præficiendi in eccleſia, debẽt eſſe literati.*
5 *De ſcientia eorum qui debent promoueri ad eccleſias, & ad eccleſiaſticos ordines.*
6 *An & quando peccet qui eligit dignum ad beneficium, omiſſo digniori?*
7 *An ſit iuſta lex vel ſtatutum, quod beneficia eccleſiaſtica & officia ſecularia nõ dentur exteris, ſed tantum oriundis?*
8 *An iuſtè manu regia impediantur reſcripta, à Sede Apoſtolica impetrata contra huiuſmodi ſtatuta quòd exteris non conferantur beneficia eccleſiaſtica.*

1 IBI, *qui facit iuſtitiam, acceptus eſt Deo.* Iuſtitia quid ſit? & plura in eius laudem, tradit Bellug. in ſpecul. Princip. rubric. 11. §. poſtquam, ex numer. 1. vbi latè Camil. Borrel. in additionib. in litera A. & optimè idẽ Camil. Borrel. in addit. ad eũdem Bellug. in rub. 8. in litera C. idẽ Camil. in præfa. in reg. Aragon. ex numer. 5. latè Chaſſen. in conſuetud. Burgund. rubr. 1. des iuſtices, in principio, ex numer. 1. vſq; ad 27. Chaſſen. in catal. glor. mund. 5. par. conſiderat. 5. in principio. Coſmas, in pragmat. ſanction. titul. de cauſis. §. 1. in gloſ. iuſtitia. Mandoſ. in gloſ. facultatum, in procem. in verb. iuſtitiam, pagin. 28. Lancellot. Conrrad. in templ. omnium iudicum, lib. 1. capit. 1. §. 3. verb. iuſtitiã collere, numer. 2 fol. 23. Camil. Borrel. in additionibus ab Bellug. in ſpecul. Princip. in rubric. 1. in litera G. Guilierm. Benedict. in capit. Raynuntius, verb. duas habens filias, numer. 106. Ioan. Redin, de maieſtat. Princip. §. & fiat tam iuris, ex num. 22. Ludouic. Meſsia in pragmatic. taxæ panis, concluſ. 1. num. 83. latè Ioan. Matienç. dialog. relator. 3. par. capit. 60. Caballin. in ægidian. conſtitutionib. lib. 1. capit. 19. in gloſ. A. pagin. 35. Iacob. Bennius, de priuileg. iuriſconſul. in procem. ex numer. 1. & facit textus in cap.
2 1. §. caueant, de ſenten. & re iudic. in 6. Vbi etiam habetur, quòd recti iudices meliorem vitam agunt quam multi boni religioſi, iuxta dictum Iaſ. in l. 1. in princip. numer. 8. de iuſtitia & iure, de quo vltra multos ex proximè citatis, eſt vidẽdus Neuizan. in Sylua nuptial. lib. 3. verb. eſt nubendum, num. 20. Iacob. Bennius, de priuil. iuriſcon. 3. par. priuileg. 71. in principio. Alexan. Stiaticus, in praxi iudic. capit. 24. numer. 26. additio marginalis ad Staphil. de gratiis & expect. §. tertia forma. in litera D. pagin. 11. colum. 2. Paul. Granut. theoremat. 1. numer. 12. in fin. Sex autem requiſita in optimo iudice, recẽſet Auiles, in capit. 1. prætorum, in gloſ. fiel. numer. 26. Neuizan. in Sylua nuptial. lib. 5. num. 91. Ioan. Segura Daualos, in director. iudic. eccleſ. fori, in init. 1. par. ex numer. 4. in fine. & aliqua refert Matienç. in dialog. relat. 3. par. cap. 9.

3 ET Iudex qualis eſſe debeat? tradit Caballin. in ægidian. conſtitution. lib. 3. cap. 2. in gloſ. A. ex numer. 3. pagin. 153. latè Alexan. Stiatic. in pract. iudic. cap. 24. & Dionyſ. Carthuſian. ſuper capit. 7. Euangel. S. Ioan. ſuper illa verba, Nolite iudicare ſecundum faciem, ex fol. 298. Flammin. Chartar. de execut. ſenten. capto bannito, in præfat. numer. 100. Auiles in capit. 2. prætorum, in gloſ. en juſticia. Ioan. Matienç. in dialog. relat. 3. par. ex capit. 6. Caballin. in ægidian. conſtit. lib. 2. cap. 3. in gloſ. B. pag. 50. Ioan. Segura Dabalos in init. 1. partis, num. 5.

4 *VIROS literatos.* Hoc quidem per quam iuſtum eſt, vt præficiendi in eccleſia ſint literati, per ea quæ tradit textus in cap. cum

cum ſit ars, de ætat. & qualitat. & in cap. ſuper ſpecula, de magiſtr. Staphil. de grat. & expect. form. 3. numer. 4. Paul. Fuſc. de viſitat. lib. 2. capit. 28. numer. 4. Rebuf. in concord. in titul. de collation. in rubr. poſt principium, ex pagin. 251. & ex pag. 253. verſic. vltimo præmittendum eſt. & in §. præfatiq; ordinarij, in gloſ. viris literatis, pagin. 321. Hypp. Marſil. de Colũna de eccleſ. reddit. origine, 2. par. capit. 19. in principio. latiſsimè Chaſſen. in 10. par. catalog. glor. mundi, ex principio, & optimè peritiſsimus dominus meus doctor Ioan. Gaſpar Ortigas, in patrocin. pro Cæſarauguſt. Gymnaſ. 2. par. ex numer. 47. & latè ex numer. 72. Corraſ. in paraph. ſacerdot. 3. par. capit. 5. in principio. Deci. in cap. cum in cunctis, ex numer. 12. de elect. & in capit. prudentiam, ex nu. 2. de offic. de legat. Alphonſ. Azeued. lib. 1. nouæ recopilat. titul. 3. l. 31. numer. 1. optimè Gigas, in conſil. 3. ex num. 15. & conſil. 144. ex numer. 1. Rolan. conſil. 47. volum. 1. ex numer. 75. Felin. conſil. 18. numer. 5. Alphonſ. Hojeda, de benefic. 1. par. capit. 24. ex numer. 28. Anton. de Butrio, conſil. 42. numer. 3. Felin. in capit. ſi quando, de reſcriptis, numer. 7. Bernard. Diaz in prax. canonic. capit. 18. Lancellot. Conrrad. in templ. omnium iudicum, lib. 2. capit. 1. §. 4. fol. 135. ex numer. 1. Quintil. Mandoſ. regul. 16. queſtion. 15. numer. 3. Petr. Rebuf. in capit. peſtulaſtis, ex numer. 33. de cleric. excommunicat. miniſtran. Lambertin. de iure patron. lib. 2. par. 3. quæſt. 5. artic. 11. ex numer. 5. in fine. Menoch. de arbitrar. caſ. 425. Vbi la
5 tiſsimè differit de ſcientia eorũ qui ſunt promouendi ad eccleſias & eccleſiaſticos ordines, de quo etiam eſt videndus Ancharran. in clementin. cum ei quem, de conceſſ. præben. numer. 1. latè Ioan. Fero, de examin. ordinandor. in titul. de officio & examine eorum qui ad parochias, ex pagin. 328. Concil. Tridentinum, Seſſ. 23. de reformatione, capit. 7. cum capit. 5. Alphonſ. Hojeda, de benef. 1. par. capit. 24. ex numer. 31. Corraſ. in paraph. ſacer. 3. par. capit. 5. ex numer. 5. Anton. Bernad. in ſum. capit. 27. titul. de los beneficiados, numer. 37. Soto in 4. diſtinct. 25. quæſt. 1. artic. 4. verſic. tertia concluſio. Nauar. in capit. ſi quando, de reſcript. excep. 11. Viuald. in candelabr. eccleſ. titul. de ſacrament. ordin. numer. 39. Michael. Salon in 2. 2. queſt. 63. artic. 2. controuerſ. 1. §. tertia cõditio, ex colum. 987. Paul. Fuſc. de viſitat. lib. 2. ex capit. 5. num. 2.

6 IBI, *aliàs idoneos.* De eo qui ad eccleſiaſtica beneficia eligit non idoneum vel dignum omiſſo digniori, an & quando peccet & teneatur ad reſtitutionẽm? eſt videndus Lib. 5. regul. iuris ciuil. & pontif. regul. 236. incipien. eligere qui habent. Dinus in regul. non præſtat impedimentum, & ibi additio in litera B. gloſ. verb. magis vtilem, in capit. conſtitutis, ei 2. vbi Abb. numer. 7. de appellat. textus & Doctores in capit. graue nimis, de præben. Nauar. in apolog. de reddi tib. eccleſ. quæſt. 2. monit. 23. Dominic. Soto lib. 3. de iuſtit. & iur. quæſt. 6. articul. 2. Padilla in l. cum quidam, de legat. 2. numer. 18. latè Petr. Rebuf. in repet. capit. poſtulaſtis, de cleric. excommunicat. ex numer. 49. Alphonſ. Azeued. lib. 1. nouæ recopil. titul. 3. l. 31. ad fin. latè Petrus Sanchez 1. par. hiſtor. moral. titul. de la vida de Ariſtoteles. §. 3. ex fol. 4. Pedraz. in ſumma, in 7. præcep. decalog. ex fol. 91. verſic. 36. ſi dio beneficio. Iacob. Bennius, de priuileg. iuriſconſul. 2. par. priuileg. 29. ex numer. 4. optimè Ludouic. Molin. de primogen. Hiſpan. lib. 2. capit. 5. ex num. 57. optimè Ioan. Matien. in Dialog. relat. 3. par. cap. 8. ex numer. 16. & capit. 19. numer. 4. verſic. quando autem. & capit. 56. numer. 16. & capit. 66. numer. 22. latè Couar. in regul. peccatum. 2. par. §. 7. ex numer. 2. peritiſsimus & omni laude digniſsimus aduocatus Doctor Martin. Mirauete de Blancas, in doctiſsimis iuris allegationibus pro regno Aragon. in cauſa Viceregis extranei, pagin. 159. latiſsimè & pulchrè Michael. Salon. in 2. 2. D. Thom. quæſt. 63. articul. 2. in 3. controuer. ex colum. 994. & in 4. controuer. ex colum. 1022. Abendan. in dictionar. verb. electio. fol. 183. Palat. Rube. in repetit. capit. notab. 3. §. 26. ex numer. 2. Coſmas in pragmatic. ſanction. titul. de election. in cap. ſicut. §. ego, in gloſ. vtiliorem. fol. 93. Roch. de Curt. de iure patronat. verbo, honorificum, numer. 40. & in verb. oneroſum, numer. 5. pulchrè Barthelom. Humada, l. 5. titul. 15. par. 1. in gloſ. 3. fol. 106. latiſsimè Petr. de Bollo, in œconom. canonic. in 2. claſſe, cap. 1. §. 4. ex pag. 173. Didac. Perez, lib. 1. titul. 6. l. 2. ex pagin. 150. verſic. quæro etiam vtrum latè Lambertin. de iure patronat.

patronat.1.par.2.lib.in 3.articul. 10. quæst. principal.fol.90.latissimè & pulchrè Petr. à Nauarra tom.1.de restitution. lib.2. cap.2. ex numer.120.

I S autem qui eligit illum quem ex sola confessione sacramentali scit esse indignũ, An peccet? tradit Viuald. in candelabr. eccles.titul.de sigillo confess.num.29. Nauar. in capit.si sacerdos,de pœniten.distin.6.ex numer.147.

7 *I B I, Vndecunque originem duxerint.* Occasione horum verborum dubitari solet, An sit iusta lex vel statutum quod beneficia ecclesiastica, & similiter officia secularia nõ conferantur exteris,sed tantùm oriũdis ex oppido vel ciuitate aut saltim de regno vbi sunt beneficia conferenda? de quo est videndus Ioan. Martinez de Olano, in antinom. in litera B. numer. 31. & in litera P.numer.58.& 70. Rebuf.regul.20.cancel. latissimè Quintil.Mandos.in regul.16.quæstion.39. Alphons.Hojeda,de benef.1.par. capit.23.ex numer.84. & latè in capit. 24. ex numer.43.& ex numer. 86. & ex num. 115.Ludouic.Messia in pragmatic.taxę panis, conclus. 5. numer. 95. optimè Selua de benef.2.par.quæst.23. ex numer.34. & latè 3.par.quæst.26.ex numer.1.Andr.Gambar. de offic.& potestat. Legat. de Later. lib. 3. ex numer.537.& lib.6.ex numer.379.glos. verb.exterorum, el 2. in procem. pragmat. sanction.in §.nam ecclesiarum. Couarru. in practic.cap.35.numer.5.Dominic. Soto, de iustitia & iure,lib.3.quæst.6.articul.2.vers. enascitur autem.Alciat.regul.1. præsumpt. 37.Roland.consil.47. volum.1. ex num.67. Dueñas regul.202. latissimè Hieron. Portoles in schol.ad Molin.§.alienigena,ex numer.1.Barthol.Humada l.13. titul.15.par.1. in glos.2.numer.4. folio 108. latissimè Salzed.in prax.canonic. capit.54. Paul. Fusc. de visitat.lib.2. capit.5. numer.14. Mandos. consil.55.ex princip. &consil.27. ex num. 19. Matienç. de stylo cancellar.titul.1.preeminentia 22. capit.2. glos.2. pulchrè Michael.Salon in 2.2. quæst.63. articul.2. controuers.3.in §. in quibusdã ecclesiis, ex col. 1018. Petr.Rebuf.de nominat.quæst.9.numer.48.post medium. Caballin.in ægidian. constitut.lib.2.capit.2.in glos.A.pagin.47. Rebuf.in concord.titul. de pacific.possess. numer. 217. optimè Guilierm. Benedict. in repetit.capit.Raynuntius,verb.& vxorem nomine,de success.ab intestat.ex num.482. Rebuf.in prax.3.par.titul. de rescript.mixtis,in princip.ex numer.6.& in glos.1.& in glos.2. Ludouic.Gomez, regul.19. cancell. Chassen.11.par.catalog.glorię mundi, consider.22. Quintilian.Mandos.regul.19. de infirm.quæst.15.ex numer.17.Corras.in paraph.sacer.3.par.cap.5. ex numer.9. Burg. de Paz,l.3.Tauri, num.374. textus & Doctores,in capit.bone,el 2. de postu.præl. latissimè & pulchrè Alphons.Azeued.lib.1. nouæ recopilat.titul.3.l.14.ex num.1. Petr. à Nauarra, de restitutione, lib.2. capit.2. ex numer.165. Arnulph. Ruzeus, tractat. iur. regal.29.priuileg. numer.7. Ioan.Ferraurt, de iurib.& priuileg.regn.Franc.iur.9.ad finem.Carol.de Grass.lib.1.iure 15. post principium.& optimè lib.2.iure 8. Alphons.de Azeued.ad cur.pisan.lib.1.cap.12. ex num. 8.latissimè Didac.Spino,in specul.testam. in glos.3.princip.ex numer.32.latè Ioan.Segura Dabal.in direct.iudic.eccles.for.1.par. capit.9. Rebuf.in §.qui verò,in capit.extir pandæ, de præbend. versic. septimus casus est,pagin.388.pulchrè & latissimè insignis aduocatus ac dominus meus obseruandissimus doctor Didac. Morlanes in doctissimis allegationib. in causa Viceregis extranei, in 3. par. Didac.Perez lib.1. titul.3.l.18. in glos. que ningun estrangero. Vbi vide,An alienigena cui prohibetur habere beneficiũ in regno, possit habere pensionẽ super fructibus beneficij regni? de quo extat apud Castellanos quędam pragmatica regis Henrici tertij, anni 1396. & est videndus Gregor.Lopez in l. 13. versic.de aquel Obispado,titul.15.partit.1.Didac.Perez lib.7.tit. 2.l.23.pagin.414.in glos. è naturales dellas. Hieronym.Portoles in dicto §. alienigena, num.11. Azeued.lib.1.nouæ recopilat.titul. 3.l.18.optimè Andr.Gambar.de offic.& potestat.Legat.de Latere, lib.6.ex num.371. glos.in pragmat.sanction.in dicto verb. exterorum, el 2. in fin. versic. punctum huius glossę.Ioan.Martinez de Olano in dicto numer.31.Quintil.Mandos.consil.55.

ADVERTIT tamẽ Carol.de Gras. in dicto lib.2.iure 8. versic. & idem in officiis secularibus pag.265. quòd quamuis officia secularia & beneficia ecclesiastica nec conferri nec assignari debeant alienigenis, est

est tamen in hoc differẽtia, quia officia dari non debent illis de loco aut territorio sicut beneficia, quia illi de loco melius noscunt parochianos & conscientias eorum & viuendi ritum,quam extranei: ideò beneficia eis cõferri debent, sed in officio secus,propter amicitiam,odium, familiaritatem,affinitatem & notitiam quam habet iudex aut præsumitur habere cum illis de loco & de sua patria,quæ peruertunt iudicium, iuxta textum in capit.pœn.vt lit.non contest.& notatur in capit. 1. de senten. & re iudic. in 6.& per alia quæ ipse ibi allegat.Cogitandum tamen est de hac ratione licet in ea se subscribant Guilier. Benedict. Chassen. & alij ex supra allegat. & Azeued.lib.1.nouæ recopilat.titul.3.l.14. numer.28. cum vbiq; sint angustiæ. Sed de his omnibus qui plenissimam cognitionẽ habere voluerit, perlegat ea quæ doctissimè congessit peritissimus dominus meus Petrus Ludouic. Martinez,in suis eruditissimis iuris allegationibus,in causa Viceregis extranei,pro regno Aragon.scriptis, in 1. par. ex numer. 258. cuiusquidem viri laudes , in excogitando peracutum ingenium , in iudicando acerrimum iudicium , in dicendo & explicando etiam difficilia, sermonis elegantiam,ac venustatem,& si apud cõcives nostros sint notissimæ, & omnium prœconiis celebratę,eas tamen,ne tòt eius animi dotes & ornamenta præclara posteritas ignoraret, libentissimè literis cõsignassem : nisi veritus fuissem, me illi & sanguinis propinquitate & amicitia conuictissimum,periculũ incurrere posse , ne quis suspicaretur, me aliquid amplius consanguinitati & amicitiæ dedisse, quam veritas pateretur : ideoq; ab eius laudibus abstinendum censeo,ne quid meo testimonio detractum videatur.

E T an filius procreatus ex patre naturali alicuius regni , natus tamen ex externa matre,tempore quo eius pater in alio regno habitabat, possit habere beneficium in regno, in quo eius pater erat naturalis? latè tradit Burgos de Paz in l.3.Tau.ex nu.375.

8 A N autem iustè manu regia impediantur rescripta à Sede Apostolica impetrata contra huiusmodi statuta,quòd exteris non conferantur beneficia ecclesiastica? tradit Couar.in practic. capit.36. numer.3. versic. hoc ipsum fieri, Abendan.lib.1.de execuẽ. mandat.cap.1.numer.32.versic. item ex eadem. Azeued.lib.1.nouæ recopilat.titul.3.l. 14. num.19. versic. ideo iustè. Rojas singul. 148. Hieronym. Portoles in schol. ad Molinum. §. alienigena. numer.10. Couar. in pract.capit.35.num 6. Viuald. in candelab. eccles. in explanat.bullę Cœnę,casu 14. ex numer.101.Salzed.in prax.cap.54.ex num. 17. vbi pulchrè,pro quibus bene faciũt,quę tradunt Simanc. de catholic. institut.capit. 45. numer. 35. & Nauar. in capit. cum contingat,de rescript.in 1. remedio. fundamen.10.& quę habes in 1. par. in collectan. ad textum in capit.regum officium,23.quęstione 5.

AD TEX. IN CAP.10. Propter,de donationib.

COLLECTAN. 57.

SVMMARIVM.

1 *Donatio perfecta,propter quas causas ingratitudinis reuocari potest?*
2 *Quid sit ingratitudo? & plura aduersus eam.*
3 *Ius reuocandi donationem propter ingratitudinem,an transeat ad hæredes?*
4 *An donatio possit reuocari propter alias causas non expressas in hoc textu?*
5 *An si donatarius proferat in donatorem verum conuitium, ex hoc possit reuocari donatio?*
6 *Atrox iniuria,quæ dicatur.*

1 CAVSAS ingratitudinis propter quas donatio perfecta & valida potest reuocari,referunt vltra textum & scribẽtes in l.fina. C.de reuocan.donat. Iul.Clar.in §. donatio. quæst. 21. ex numer. 1. Cotta, in memorab. verb.donatio perfecta. Ioan.Matiençolib. 5.recollection.titul.10.l.7. glos. 5. numer.3. Volum.1.commun.opinion.pagin.52.verb. donatio ex quinque causis.Anton.Gomez, tom.2.variar.capit.4. numer.14. Alphons. Azeued.lib.1.nouæ recopilat. titul.1.l.2.ex num.2.latissimè Petr.Mozius, de contract. titul.

titul.de donatio. §. quo modo annullet̃ur & reuocetur donatio. ex numer. 20. Ludouic. Molin.de primogen.lib.1. cap.9. numer.31. Sebastia.Medices, de acquir.rerum domin. glos.2.par.1.numer.416.pagin.88.

2 ET quidem non mirum, quòd propter ingratitudinem reuocetur donatio,ingratitudo enim excœcat oculos benefaciẽtis, & vt ex D. Bernard.de contempt.mundi,sermon.2.referunt Petr.Mozius,vbi supra,numer.21. Palat.Rube.in repetit.rubric.de donat.inter vir.& vxor. §. 78. numer.18. Alphons.Azeued.in lib.1.nouæ recopliat. tit. 1.l.2.numer.1.Petr.Sanchez 1. par. historię moral, titul. de la vida de Ciceron. §. 11. ex principio. Ingratitudo est ventus vrens,& siccans fontem misericordiæ,rorem pietatis fluẽta gratiæ,& prouenit ex superbia, quia plerunq; putant ingrati omnia seruitia sibi debita,vnde non mirum si huiusmodi ingrati & superbi perdunt gratias, in hoc textu,
3 & in dicta l. final. Quorum iurium decisio intelligitur,dummodo donator ipse reuocet donationem, non enim transit ad eius hæredes hoc ius reuocandi, vt insinuat iste text. in verb. final. per rationes quas tradunt Ripa in dicta l. fin. ex numer. 201. Azeued.in dicto numer. 2. Anton. Gomez, vbi supra. Ioan.Matiençolib.5. recollect. titul.10. l. 7. glos.5. ex numer.5.Quod intellige verum, quotiescunque donator ipse sciuit ingratitudinem & habuit tempus reuocandi donationem & non reuocauit nam tunc hæredibus eius non competit ius reuocandi eam, secus verò si ignorauerit donator,vel non habuerit tempus reuocandi,quoniam tunc hæredes ipsius donatoris reuocare poterunt ex Abb.consil.3.volum.2.quæst.9.ex num. 6.in fin.Alphonsi.Azeued.in dicta l.2.num. 2.Tiraquel.in l. si vnquam, verb. susceperit liberos,numer.215. Anton.Gomez in dicto capit.4.num.14. versic. item adde. Volum. 1.commun.opinion.pagin.52. verb.donatio ex quinque causis, versic.declaratur primo. Matienç.supra,numer.7.

4 AN autem ob alias ingratitudinis causas in dicta l. final. & in hoc textu non expressas possit donatio reuocari? est videndus Iulius Clar.§.donatio.quæst.21.numer.2.Molin.de primogen.lib.1.capit.9.ex numer.32.Plaça de delict.capit.1.numer.16. Carol.Moline. in consuetud.Paris.titul.1.§.30. numer.136. Francis.Viuius in sylua commun.opin.lib. 1. opin. 223. num.1. Fichardus, in commun. opin. pagin.92. colum.2. Soarez in thesau. recept.verb.donatio,pag.462.Anton.Gomez in dicto capit.4.numer.14. Matiençolib.5.recollect.titul.10.l.7. glos.5. numer.3. Ioan.Faber in §. sciendum est, institut. de donationib.ex numer.6.Riminal.Iun.in §. 1. institut.de donat. numer. 1374. in noua impressione.

5 QVAERIT tamen Pet.Mozius,vbi supra, num.24. An si donatarius protulerit in donatorem verum conuitium licet acerbum priuari possit donatione? de quo, & an is teneatur,qui alteri verum crimen vitiumvé obiecerit? est videndus Couar. lib. 1.variar.capit.11.numer.6. Paul.Granutius theoremat.5.num.13.Iul.Clar.§.iniuria,numer 15.Anton.Gomez tom.3.variar.cap.6. numer.2.& habes plura in collectan.ad textum in capit.1.innotuit,de maledic. Ripa,in l.fin.numer.23.& 29.C.de reuoc.donat.

6 *IBI, atroces iniurias.* Quæ autem dicatur atrox iniuria,est videndus Felin.in cap. cum illorum, num. 13. de senten. excõmun. Plaça de delict.lib.1.capit.6.num.3.Anton. Gomez,de del.ct. tom.3. capit.6. numer.4. latissimè Menoch. de arbitrar. cas.263. ex princi.§.atrox iniuria,institut. de iniur. vbi etiam scribentes.l.7. prætor edixit. §. atrocem autem.ff.de iniur. Matth. de Afflict. in constitut. Neapol. rubr. 54. de transaction. colum. 2. versic. quarto nota,ex num.4.lib. 1.fol.130. Didac.Perez lib.8. titul.19. l.27. in glos.palabra deuedada, versic.pro quorũ declaratione,fol.380.

AD TEX. IN CAP.1. Si quis clam.de clandest. desponsation.

COLLECTAN. 58.

SVMMARIVM.

1 *Quæ clam fiunt, videntur habere delicti præsumptionem.*
2 *Matrimonium clandestinum ex defectu denuntiationum,an valeat?*
3 *Matrimo-*

3 *Matrimonium clandestinum ob defectum præsentiæ parochi & testium,non valet.*
4 *In quo casu valeat matrimonium contractum absq; præsentia parochi & testiũ.*
5 *Leges ciuiles promulgatæ aduersus cõtrahentes matrimonium clãdestinum, An & quando valeant? de quo etiam in numero 7.*
6 *An valeat conditio, quòd si nupserit de cõsilio Titij quis cõsequatur tale legatũ?*
7 *An matrimonia cõtracta à filijs familias sine consensu parentum, valeant?*
8 *Filij contrahentes matrimonium sine consensu parentum,an peccent,& an possint exhæredari?*
9 *Salutare præceptum adhibuit,Concil.Triden. nè matrimonia contrahantur clãdestinè.*
10 *Laudabilis esset consuetudo iudicio auctoris,si ante denũciationes in ecclesiis fieri consuetas, à parocho voluntas cõtrahentium matrimonia exquireretur, vt omnino libera essent matrimonia,proVt fit ab Ordinario, antequam moniales professionem emittant.*
11 *Norma procedendi traditur circa matrimoniorum impedimenta, quæ proclamatum tempore opponuntur.*
12 *Si probatio deficit actori, An & quando reus super matrimoniũ cogatur iurare?*

1 HIC textus communiter legitur vt per glossam hìc,aduerte tamẽ quòd quia quæ clam fiunt videntur habere delicti præsumptionem, capit.consuluit, versic. qui male agit, odit lucem. de offic.delegat.glos.verb.lucẽ amans, in extrauag. Ioan. XXII. sedes, de concess.præben.& tradit Iodoc.Damhoud. in prax.crimin.cap.61. num.120. Menoch. de præsumpt.lib.2.præsumpt.10.num.59.& Borat. dicit,vt iugulent homines, surgunt de nocte latrones. Ideò hic asserẽti clam cõtraxisse matrimonium incumbit probatio, alias enim ecclesia quę non iudicat de occultis,tale matrimonium non admittit,interim quò nõ probatur,cap.si quis diuinis.30.quæstion.5.cap.2.infra eod.quòd si probetur,tenet matrimoniũ in specie huius textus,absque eo quòd clandestinitas illud vitiet,cum solus consensus licet clam fuisset præstitus sufficiat ex iure antiquo, cap. nec illud.30. quæst.5.& tradunt Ant.Cuchus lib.3.institit. iuris canon.tit.8.verf.nolim tamen.Couar. in 4.2.par. cap.6.num.7.in prin.Paleot.de noth.& spur.cap.5.ex n.5.verf.propterea. & in cap.19.num.5.versic.quoniam tamen. Victoria,de sacramen.matrim.num.266.in prin. Guilierm.Episc.Paris.in tract.1.de sacramen.matrim.cap.26.in fi. verf.notandũ. fol.98. Chassen.in consuet.Burgund.rubr. 4.§.6.in prin.num.8.Ioseph.Mascard.vol. 2.de probat.conclus.1023.num.11.Ioan.Matienç.lib.1.recollect.tit.1.de matrimo.l.1. in glos.1.ex num.4.Ex quibus omnibus & ex sancto Concil.Triden.Sess.24.cap.1.de reform.matrim. apertè colligitur, clandestina matrimonia libero cõtrahentium consensu celebrata,rata & vera esse matrimonia quãdiu ea,ecclesia irrita non fecit, & pro inde iure damnandos esse illos, vt eos sancta Synod.Tridentina anathemate damnat qui ea vera & rata esse negant.

2 ADVERTENDVM tamen est, ex dicta Sess.24.in allegato cap.1.quòd clãdestinitas in matrimonio potest euenire,aut ex defectu denunciationum ex causa omissarum, & tunc bene hodie valet matrimonium,vt probat dictum cap. 1. verf. ordinarius,sic intellectus à Nauar.in man. lat. cap. 22.num.70. verf.tertio aduertendum, & facit pro eo quòd tradit glos. verb. clandestina,in cap.3.infra eod.vbi Abb.num.9.Illustriss.Paleot. de noth.& spur.cap.5.num.8. pro hoc tamẽ est omnino videndus Menoch. consil.69.vol.1.Francis.Sarmien.lib.1. selectar.cap.6.num.7.Rolan.consil.93.vol.3.ex num.23.verf.nec habet. Viuald. in candel. eccles.tit.de matrim. num.85. & num.242. Salzed.ad Diaz in prax.canon. cap. 73. ex pag.mag. 234. pulchrè Riminal. con. 691. vol.6.Didac.Spino spec.testam.in glos.15. princ. ex num.24. optimè Caualcan.decis. 29.num.18.& latissimè Zephal.consil.421. Ioan.Gutierrez in pract. lib.2. quæst.4. ex num.13.optimè Io.Matienç.lib.5.recollect. tit.1.in glos.1.rubr. ex num.34. Io. Segura Dabal.in direct.iudic.2.par.cap.15.ex num. 30.& optimè in cap.16.ex num.1.

3 AVT nascitur & euenit talis clandesti-

nitas ex defectu præsentiæ parochi & testium, & tunc irritum est matrimoniũ, quia personas ad sic contrahendum sine parocho & testibus inhabiles reddit sancta Synodus in dicto capit. 1. versic. qui aliter: & tradunt Nauar. vbi supra, num. 69. in fin. versic. aduertendum, & numer. 70. versic. aduertendum quarto. Catechis. ad parochos, titul. de matrimonij sacramento, pag. 347. versic. in primis autem ne adolescentes. Petr. Magdalen. de numer. testium in testam. 3. par. capit. 3. numer. 200. & in numer. 208. Salzed. in dicto capit. 73. pagin. mag. 237. Ioan. Gutierrez in pract. lib. 2. quæst. 4. num. 13. Menoch. lib. 3. præsumpt. 1. numer. 102. Didac. Spin. in dicta glos. 15. princip. num. 25. Ioan. Segura Dabalos in dicta 2. par. capit. 15. numer. 44. Caualcan. in dicto numer. 18. & in Indice, verb. matrimonium, pag. 1087. Guilerm. Episc. Parisiens. in tractat. 2. de sacramen. matrimon. in titul. quo modo differunt sponsalia & matrimon. versic. animaduertens, fol. 191. & notant pulchrè Ioan. Rojas de succes. capit. 2. ex num. 23. Francis. Sarmien. lib. 1. selectar. capit. 6. numer. 7. versic. at hodie. Ioan. Gutierrez, de iuramen. confirmat. 1. par. cap. 51. num. 25. Didac. Perez lib. 5. titul. 1. l. 1. ex pag. 26. colum. 1. in fine. versic. & primum vtrum. Lancellot. Gallia in consuetud. Alexan. in glos. vxori, in principio, num. 14. Zephal. supra, in numer. 17. latè Alphon. de Veracruz, in appendice ad specul. coniug. in dub. 5. ex pag. 12.

4 SOLVM enim erit validum (vt multi dicunt) tale matrimonium sine testibus & parocho cõtractum, in eo casu relato per Couar. in 4. 2. par. capit. 6. num. 8. versic. ex quibus. Dominic. Sot. in 4. distin. 28. quæst. 1. articul. 2. versic. tertia conclusio. Vt puta quando matrimonium in facie ecclesiæ celebratum est, quod tamen nullum fuit propter impedimentum occultum, quod tempore contractus cõtrahentes ignorabant: nam impetrata postea dispensatione, non debet matrimonium iterum publicè contrahi coram testibus & parocho, sed sufficit nouo præstito consensu, clam contrahi ad euitandum scandalum, vt ex mente Pontific. Pij Quinti, id refert Nauar. in manual. latin. capit. 22. numer. 70. versic. sed quod valdè. Est tamen consulendus in præsenti dubio Ant. Cordoua, tractat. cas. de conscien. quæst. 51. Ioan. Gutierrez, de iuramen. confirmat. 1. par. cap. 51. num. 21. & 24. Nauar. in manual. latin. & hispan. cap. 16. num. 37. in princip. Ludouic. Lopez. 1. par. instructor. conscien. capit. 86. versic. primo vt iam. & optimè in cap. 85. col. 557. versic. authore autem. Ioan Matienç. lib. 5. recollect. titul. 1. l. 1. in glos. 1. num. 3. in fin. Didac. Spino specul. testam. in glos. 15. princip. numer. 62. Ioan. Gutierrez lib. 1. canonic. quæst. capit. 18. num. 3. & in num. 8. Alph. Veracruz in appẽdice ad spec. coniug. dub. 10. ex pag. 45. latè Ioan. Segura Dabalos, in director. iudic. eccles. fori. 2. par. capit. 15. ex num. 39. Pedraça in summa in 3. præcep. decalog. fol. 30. versic. duodecimo si casò, ibi, verdad es.

5 SCIENDVM tamen est, quòd leges ciuiles quę promulgari rectè possunt in casibus nõ repugnantibus iuri canonico pœnas aduersus contrahentes matrimonia clandestina (ex Couar. in 4. 2. par. cap. 6. ex num. 17. & latissimè Didac. Perez lib. 5. titul. 1. l. 1. ex pag. 24. Salzed. in additionib. ad Bernar. Diaz in regul. 698. Ioan. Gutierrez in practic. lib. 2. quæst. 1. num. 29. vers. secundo respondeo quòd non poterit. Petr. Mozius de contract. titul. de matrimo. §. de naturalibus matrimonij, num. 22. fol. 190. Menoch. de arbitr. cas. 398. num. 47. Ioan. Matienç. lib. 5. recollect. tit. 1. de matrimon. l. 1. glos. 7. num. 4. Idq; ni fallor sentire videtur sancta Tridentin. Synod. in dict. cap. 1. vers. si quę prouintiæ aliis vltra prędictas laudabilibus consuetudinibus, & ceremoniis in hac re vtuntur eas omnino retineri sancta Synodus vehementer optat) non solum obtinebunt locum quando clandestinitas procedit ex defectu præsentiæ parochi & testium, sed & quando trina denunciatio est omissa, vel nõ legitimè vel congruo tempore facta, vel sine consilio parentum sunt contracta matrimonia, hisce enim casibus & in aliis patriis iustis institutis & decretis nõ seruatis, bene matrimonium dicetur clandestinum, quoad alios effectus pręter quam annullationis matrimonij, per ea quæ tradit doctissimus Paleot. de noth. & spur. capit. 10. numer. 1. Nauar. in dicto numer. 70. versic. tertio aduertendum. & ad declarationem l. 49. Taur. ad uertit Didac. Perez, vbi supra, ex pag. 38. in versic. primum dubium erit quærere. Didac. Spino, in specul. testamen. in glos. 15. princip. num. 74. Ioan. Gutierrez in pract. lib. 2. in quæst. 4. ex num. 7. & num. 13. Ioan. Segura Dabalos in dicta 2. par. capit. 15. ex num. 30.

6 ET vt supradicta omni scrupulo careãt, aduertendum erit, prędicta verba sancti Cõcil. Trident. versic. si quæ prouintiæ aliis vltra prædictas laudabilibus consuetudinibus & ceremoniis hac in re vtuntur, eas omnino retineri sancta Synodus vehementer optat. Intelligenda fore, dummodo tales consuetudines & ceremonię, decisionibus & legibus canonicis non contrarientur, aliàs dici non possunt laudabiles. Et hinc est valere vt dixi legem vel legatum conditionale, quod nubat ad consilium Titij, vel parentum. Felin. capit. ex parte, num. 1. de rescript. Couar. in 4. 2. par. cap. 3. §. 8. num. 3. optimè Natta cõsil. 355. Menoch. cõsil. 69. vol. 1. num. 29. Burs. consil. 151. vol. 2. num. 60. Palat. Rube. in repet. cap. per vestras, notab. 3. §. 7. num. 11. pag. 276. Guilier. Benedict. in repetit. cap. Raynuntius, verb. qui cum alia matrimon. num. 88. Mencha. lib. 1. controuers. vsu frequen. cap. 5. nu. 15. Illustriss. Cardin. Paleot. de noth. & spur. cap. 8. num. 7. & facit text. & ibi not. in l. cum tale. §. rescriptum. ff. de condit. & demonstr. & assignant rationem, quia tale cõsilium non debet necessario sequi, nec illud petere repugnat legibus & constitutionibus iuris pontificij, quæ omnimodam libertatem exigũt in matrimoniis, vt patet ex dicto Cõcilio in supradicto cap. 1. gemma, de sponsal. & alibi passim.

7 EX quibus meritò damnari debent, pro vt dicta sancta Synod. Trident. in dicto cap. 1. anathemate damnat, asserentes matrimonia à filiis familias sine consensu parentum contracta irrita esse: vt importunè cõtendit Chassen. 12. par. catal. glor. mund. consid. 36. & idque septem rationibus probare nititur Ioan. Oldendorpius in 4. classe actionum, actione 26. Nec minus mihi placet noua opinio Corras. in lib. 1. miscell. cap. 17. ex num. 6. nempè matrimonium vel nuptias à filiis familias contractas absq; parentum consensu, sententia rescindi posse, modo carnis cõmixtio sequuta non fuerit: contra quos omnes inuehit Couar. in dicto §. 8. num. 1. Alphons. Veracruz 1. par. specul. cõiug. artic. 2. versic. ex hoc sequitur, pag. 28. Vinius in sylua com. opin. 327. num. 8. Matienç. in dicto lib. 5. tit. 1. de matrim. l. 2. in glos. 2.

ET quidem pro supradicta quęstione, de qua in numer. 5. an scilicet leges ciuiles possint aliquid statuere circa matrimonium? est consulendus Felin. in capit. ecclesia Sanctæ Mariæ, de constitution. num. 59. Iaf. in l. 1. §. huius studij, numer. 12. de iustit. & iur. latè Paleot. in dicto cap. 8. per tot. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæst. 82. stat. 3. num. 3. Menoch. cas. 453. ex num. 8. Ioan. Gutierrez lib. 1. canonic. quæst. cap. 20. num. 2. & quamuis valdè honestum sit atq; reipublicę conueniens, filias in contrahendis nuptiis parentum exigere consensum, nec virginali pudori expediat maritum eligere, vt ait textus in cap. honorantur. 32. quæst. 2. nihilominus tamen matrimonium absq; partis consensu contractum, irritum non est, per supradicta, & tradit Suarez in l. 2. titul. delos casamientos. num. 2. Gutierrez lib. 1. canonic. quæst. cap. 20. ex num. 1. Sic leges & constitutiones patris consensum in matrimonio filiæ exigentes, ad honestatem, & non ad necessitatem referuntur, nè impediant libertatem matrimonij, ex Francis. Mantic. de coniectur. lib. 11. tit. 18. num. 17. & aliqui ex allegat. supra. & Alphons. Veracruz in dicta pag. 28. vers. si alius. Ioan. Matien. in dict. l. 2. glos. 2. num. 1. Didac. Spino in specul. testamen. in glos. 14. princip. ex num. 80.

8 FATEOR tamen, quòd tales filiæ sic contrahentes matrimonium sine consensu parentum, malè faciunt, & patri iniuriam irrogant & ex consequenti possunt peccare mortaliter: & maximè si id faciunt sine rationabili causa, iuxta ea quæ notantur in l. sed si ea. ff. de sponsalib. Nauar. in manual. latin. cap. 14. numer. 15. Menoch. consil. 69. volum. 1. ex numer. 27. in fin. Viuald. in candelabr. eccles. titul. de matrimon. numer. 89. Ant. Bernad. in sum. cap. 15. numer. 15. pag. 138. optimè Ioan. Gutierrez lib. 1. canonic. quæstion. capit. 20. ex numer. 3. Cordo. tract. cas. de conscien. quæst. 171. Non tamen poterunt exhæredari, ex eo quòd contrahant huiusmodi filiæ absq; licentia & consensu suorum parẽtum, nec legatum relictum sub tali conditione valebit, cùm talis lex, seu cõditio legati repugnet legi pontificiæ requirenti liberum consensum in matrimoniis, vt per Couar. in dicto §. 8. ex numer. 5. Guilierm. Benedictus in dicto verb. qui cum alia matri-

matrimon.numer.9. latè Ioan.Matienç. in dicta l.2.glos.4. Francis.Sarmien.lib. 1. selectar.cap.11.numer.8. Alphons.Veracruz supra,3.par.articul.20.Francis.Viuius in syl ua commun.opin.327.numer.2.& 6.Rebuf. responſ.7.versic.ſuper ſtatuto. Claudius de Battandier,in tract. de liberorum parentum ac fratrum , articul. 13. ex numer. 9. & 28. pulchrè & latiſsimè Michael.Salon,in 2.2. quęſt.5.de dominio,articul.5.in §.incipien. quæſtio hæc in primis,ex column. 518. Ludouic. Molin. de primogen. lib.2.capit. 16. ex principio. Pariſ.conſil.29. volum.3. ex numer.6. Alexand. conſil.97. volum. 1. ex princip.Natta conſil.355. & tradit Matienço in dialog.relat. 3.par. capit.31. numer.9. Guilherm. Benedict. in repetit. capit. Raynuntius, verb. dotẽ quam ei dederat,ex numer.30. latè Gutierrez in prædt.quęſt.lib.2. quæſt.1.ex numer.2. optimè Didac. Spino, in ſpecul.teſtamen. glos.20.princip. ex numer.66. Ioan. Martinez de Olano, in antinom.in litera P. numer.10. Secundum quos de iure canonico ſunt abrogatæ leges ciuiles permittentes patri filias exhæredare,ſi ſine eorum conſenſu nupſerint: licet his contradicat Sot.in 4.diſtin.29.quæſt.1.articul.4.ex verſic.extant autem in Hiſpania. Cordoua in dicta quæſt.171.verſic.el ſegundo punto. Palat.Rube.in repetit. capit. notabil.3.§.3.ex numer.9 & in §.8.

AN autem quando tales filiæ cum indignis viris nupſerint & contraxerint matrimonium, vel e contra filius inhoneſtam duxerit vxorem,iuſtè exhęredari poſsint à parentibus? tradit Iul.Clar.lib.5.§.final.quęſt. 82.ſtat.3.numer.5. Didac.Perez lib.5.titul. 1.l.1.pag.36.colum.2.ad medium. Alexand. l.1.numer.32. ff. ſolut. matrimon. Tiraquel. de nobilitat.capit.20.numer.176.Guilherm. Benedict.ſupra,numer.34. Suarez,l.2.titul. de los caſamientos,ex numer.28. & pro his omnibus recurrendum eſt ad gloſ.verb.excuſata, in capit.de raptoribus.36.quæſt.1.

9 VNDE ſi rectè conſideratur ſanctiſſimè dictum Concil. Tridentin. in dicto capit.1.adhibuit ſalutiferum remedium,quo hodie non ſolum diſſenſionem & inimicitiarum tollitur materia,litium & iurgiorum admitur occaſio , ſed & honori & dignitati parentum filiarumq; ſuarum optimè conſulitur,& tandem per ipſum reprimuntur & iam ceſſant fraudes & ſeductiones,quibus imbecillæ virgines & aliæ fœminæ ſub patris, aut aliorum poteſtate & protectione conſtitutæ decipiebantur,atrociſsimam iniuriam vniuerſæ ſuæ familię inferẽtes,prohibuit namq; dicta ſancta Synodus nè clandeſtinè contrahi poſsit matrimonium , ſed coram parocho & teſtibus , & ſi aliter fuerit contractum,ſit ipſo iure nullum tale matrimoniũ, vt in eodem decreto in dicto cap. 1. cõtinetur. Vnde tales filiæ non audebunt palàm cõtrahere ſeruatis denunciationibus & forma eiuſdem Concilij abſq; parentum, & aliorum,ſub quorum protectione ſunt,cõſilio & licentia,quòd quam ſit quieti reipublicę conducibile,nemo eſt qui ambigat,& videat Alauam,de concil.2.par.§.34.verſic. ſimiliter: plura namq; inconuenientia olim ſequebantur ex matrimoniis clandeſtinis, vt tradit dictum Concil. Triden. Seſſ.24.in dicto capit.1.de reformat.matrimon. Domi nic.Sot.in 4.diſtin.28.quæſt.1.articul.1.Couar.in 4. 2.par.cap.6.num.7. Didac.Perez lib.5.titul.1.l.1. pagin.27. colum.2. verſicul. quæri etiam poteſt. Alaua,de Concil.2.par. §.34.in princip. Ioan. Segura Dabalos, in director.iudic. 2.par. capit.15. in principio. Petr.Mozius, de contract.tit.de matrimon. §.de ſubſtantialibus,formalibus & eſſentialibus matrimonij,num.16.

ADVERTIT etiam Rebuf. in reſponſ.7. verſic.poterit tamen, quòd Epiſcopus rectè ſtatuere poteſt, vt ſinguli curati in ſuis eccleſiis moneant parochianos,ne ſine parentum conſilio aut conſenſu contrahant matrimonia , vt honor & reuerentia parentibus conſeruetur,& ne odium inter parentes & filios oriatur,& vt mores boni ſeruentur , ac ne iuuenes filij & filiæ in his matrimoniis decipiantur,quæ monitio ſic facta à parocho multum poteſt prodeſſe , vt proſequitur idem Rebuf.vbi ſupra.

10 ET fortè laudabilis conſuetudo eſſet,& maximè libertati, quæ in matrimoniis contrahendis requiritur , conſuleretur , ſi parochus antequam contrahentes ipſos in eccleſia publicè denunciaret, illos ſeorſum alloqueretur,eorumque de contrahendo matrimonio exquireret voluntatem , ita vt de libera & ſpontanea voluntate contrahentium certus redderetur. Nam ſæpè contingit, vt patres , tutores, fratres & agnati , filias,

lias,pupillas, ſorores & affines matrimonio coniungere faciant cum his, quos ipſe oculis fugiunt, mẽte perhorreſcunt, cogitatione tandem deteſtantur. Curant enim vtilitatis propriæ cauſa , vt prædicti parochi dictas monitiones in eccleſia faciãt ipſis prorſus contrahentibus inconſultis , & ignaris, aut etiam renuentibus & contradicentibus, quibus factis,non facilè poſſunt nec audent miſeræ puellæ à ſuorum parentum voluntate diſcedere,qui eis minantur,per dictas denunciationes & publicationes iam ad alia matrimonia honeſtè contrahenda illis viam eſſe precluſam,atque ita fit,vt pro pace iurgia , pro concordia coniugali rixæ , & crebræ contentiones , ac pro amore odia inter coniuges paſsim oriantur, & ſemel orta diu perdurent, aut certè difficilimè extinguantur,ac deniq; ſacroſancti Concilij & iurium omnium decreta effectu careãt,quibus propoſitum fuit , vt à ſui principio matrimonia omnino liberè contraherentur. Et quidem meo iudicio hæc cõſuetudo non eſſet à Concilij Tridentini diſpoſitione aliena , cum enim non minor libertas deſideretur in matrimonio carnali quam ſpirituali , & in ſpirituali hæc præuia diligentia ex parte ordinarij requiratur, vt habetur in capit.17.ſeſſ. 25.de reformat. vbi cauetur ne moniales ad profeſsionem admittantur , niſi prius ordinarius certus ſit de ſpontanea voluntate volentis profiteri:id ipſum iuſtè & piè ſtatuendum eſſe videretur in matrimonio carnali, vt ſcilicet,parochus tanquam proprius & peculiaris ſacramenti matrimonij miniſter etiam ante denunciationes,certus de libera contrahentium voluntate redderetur. Eò præſertim quia rariſsimè contingit, vt cum præſente populo , cognatis & amicis , contrahentium voluntas à parocho exquiritur, tunc liberè , pro vt opus eſſet, audeant, ſaltim puellæ,quæ natura ſunt verecundiores, ſiue metu parentum perterritæ, ſiue pudore aſtantium præpeditæ, negare ſe velle contrahere cum his,cum quibus matrimonium contrahendum eſſe in eccleſia publicè denunciatum eſt.

11 ALIVD etiã ſatis vtile & neceſſariũ, in hac materia aduertit doctiſsimus Ioan Segura Dabalos,in 2.par. direct.cap. 16. num. 26.vt quia ſæpius contingere ſolet , vt qui matrimonium impedire cupiunt, falſa pœnitus deferant impedimẽta vt matrimonio & denunciationibus à iudice interdictis detur temporis interuallum,quo liberè aliiſq; de cauſis matrimonium impediatur, ob idq; iudex cautus eſſe debet vt ipſum delatorem ſtatim impedimenta iurare faciat,ſin autem iurare noluerit, ex eo calumnioſè impedimenta detuliſſe præſumitur,& denunciationes continuari in eccleſia poſſunt & matrimonium legitimè celebrari, immò & ſi delator impedimẽta iurauerit, ſi intra breuem terminũ ea non probauerit calumniari præſumitur iuxta gloſſam cõmuniter receptam in cap.final.de calumn. Iurato tamen impedimento iudex debet illico matrimonium bannaq; interdicere aliàs enim punitur, vt tradit Præpoſit.hic num.8. niſi ſtatim malitioſè oppoſitum fuiſſe conſtiterit per oppo nentis confeſsionem vel alio legitimo modo,quia interdictum relaxabitur, vt banna parochus proſequatur & matrimonium illico celebretur.

12 *IBI, probatio.* Quæ probatio ſi defecerit actori, An & quando reus ſuper matrimonium cogatur iurare? tradit Præpoſit. numer. 8. in capit. continebatur, vbi etiam Abb.numer.8.de deſponſ. impub. Abb. in capit.atteſtationes,num.11.de deſponſ. impub. Abb.in capit.2.numer.2.hoc titul.Couar.in 4.1.par.cap.4 §.1. numer. 5. Corraſ. lib.3.miſcellan.capit.4. numer.6. latiſsimè Maſcard.volum.2.de probationib. concluſ. 1030. gloſ.verb.abſolutio,in capit. mulieri, de iur.iuran. Gigas,ſingul.3. Suarez in l. 4. lib.2.titul.de las juras,numer.10.pagin.425. Nicol. Boer.deciſ.95.numer.6.Petr.Mozi. de contract.titul.de matrimon. §.de naturalibus matrimonij,numer.35.fol.191.

AD TEX. IN CAP. 9. Sicut Iudæi,de Iudæis.

COLLECTAN. 59.

SVMMARIVM.

1 *An Iudæi vel infideles aut eorum filij,inuitis parentibus,poſsint compelli vt baptizentur?*

2 *Quare ritus & conuenticula Iudæorum*

ferat eccleſia, non vero Sarracenorum & hæreticorum?

3 *Iudæi à Chriſtianis diſtingui debent habitu.*

4 *An in pœnis alternatiuis electio ſit iudicis?*

1 IBI, *ad baptiſmum venire compellas.* An & quando infideles qui nũquam fidem ſuſceperunt, aut iudæi ſeu eorum filij paruuli, inuitis parentibus, poſſint compelli vt baptizentur? eſt videndus Stephan. de Gaeta, in repetit. capit. ad limina. 30. quæſt. 1. §. 1. numer. 64. latè Dominic. Soto in 4. diſtin. 5. quæſt. vnic. articul. 10. Franciſ. Viuius lib. 2. commun. opinion. 151. Anan. in capit. quidam, de apoſtat. numer. 6. Caualcan. 2. par. deciſ. 21. ex numer. 14. Anton. Scapp. de iure non ſcript. lib. 2. capit. 41. optimè Gregorius Lopez in l. 2. titul. 23. partit. 2. in gloſ. 3. Afflict. deciſ. 151. Volum. 1. commun. opinion. pagin. 301. verb. Iudæorum liberi. Didac. Perez lib. 8. titul. 3. l. 12. in gloſ. tornar a la Fe catholica. pulchrè Viuald. in candelabr. eccleſ. in titul. de baptiſm. numer. 55. latiſsimè Sebaſtian Epiſcopus Oxomenſ. in comment. in 3. par. D. Thom. quæſt. 68. artic. 10. ex numer. 5. fol. 94. optimè Iacob. Simancas, de catholicis inſtitutionib. capit. 29. ex numer. 51. & in capit. 35. numer. 13. latè Ioſeph. Angl. flor. theologic. in quæſt. 2. de recipien. baptiſ. artic. 2. per tot. ex pagin. 50. Zanchin. de hæretic. capit. 36. ex num. 1. vbi Campeg. in addition. in litera A. Marqu. de Iudæis. 3. par. capit. 8. pulchrè Didac. Perez lib. 8. titul. 4. l. 3. pagin. 117. ex colum. 1. verſic. de infidelibus verò nondum doli capacibus, latè Petrus de Aragon 2. 2. quæſt. 10. articul. 8. ex pagin. 286. & latiſsimè in articul. 12. Lælius de Zanch. de priuileg. eccleſ. 142. priuileg. numer. 10. & 13. Menchac. lib. 1. controuerſ. illuſtr. capit. 8. num. 12. Cornel. Benincaſ. de priuileg. paupertat. in 5. ſpec. in iudic. numer. 8. Burſat. conſil. 152. volum. 2. numer. 11. & 70. optimè Natta conſil. 434. Pariſ. conſil. 2. vol. 4. ex numer. 17. & ex numer. 34. Dominic. Bañes 2. 2. quæſt. 10. articul. 10. colum. 609. & latè ex colum. 614. verſic. eſt ergo quarta dubitatio. & in dicta quæſt. 10. artic. 12.

2 IBI, *nullus etiam.* Mirũm eſt cur tot fauores eccleſia & imperatores, in titul. C. de Iudæis, ipſis Iudæis concedant. Cum morte Chriſti ſerui effecti ſint, & omnia priuilegia amiſſerint, ex Burſat. in dicto conſil. 152. volum. 2. numer. 5. & 9. Pariſ. in dicto conſil. 2. volum. 4. ex numer. 4. Carol. Graſ. regal. Franc. lib. 1. iure 3. verſ. hinc eſt quod. Quare etiam in multis partibus eos habitare inter chriſtianos liceat, eorumq; conuenticula & ritus ferantur, non verò Sarracenorum vel hæreticorum? dic tamen, vt per Iacob. Simanc. de cathol. inſtitutionib. cap. 35. numer. 5. in princip. Ioan. Rojas. 1. par. de hæretic. ex numer. 568. & 570. Hyppol. ſingul. 35. numer. 2. Alphonſ. Vilagut. tract. de vſuris, quæſt. 11. num. 8. Burſat. ſupra, num. 69. & latè Rolan. cõſil. 25. volum. 3. & quos habes in collectan. ad textum in capit. 13. & ſi Iudæos, verſic. mus in pera. hoc titulo. S. Thom. 2. 2. quæſt. 10. articul. 11. vbi Petr. de Aragon quærit, An ſicut ab eccleſia tollerantur ritus Iudæorum, ita etiam ſint tollerandi illorum libri.

3 IVDAEI tamen à Chriſtianis diſtingui debent habitu, per textum & Doctores in capit. 15. in nonnullis, infra hoc titul. & tradit Guilierm. Benedict. in capit. Raynuntius, in verb. Raynuntius de Clera, numer. 64. Palat. Rube. in repetit. rubric. §. 70. nitmer. 29. verſic. & facit. Albiſius de Albertis ſingul. 191. Didacus Perez lib. 8. titul. 3. in l. 8. & in l. 37. & in l. 38. Iudæorum autem perfidia optimè confutatur à Sebaſtia. Medic. in ſum. omnium hæreſ. 3. par. in cap. incipient. Iudæorum perfidia confutatur, pagin. 727.

4 *IN gloſ. excommunicationis.* An in pœnis alternatiuis electio ſit iudicis, An verò rei? eſt conſulendus Abb. in capit. inter cæteras, numer. 5. de reſcript. vbi Deci. ex numer. 33. & Felin. numer. 5. Bernar. Diaz, in regul. §47. & in prax. canon. capit. 73. numer. 3. verſic. ſibi enim, vbi Salzed. in additionib. in litera D. Abb. in capit. à crapula, numer. 4. de vita & honeſt. clericor. Lęl. de Zanchi. de priuileg. eccleſ. 142. priuileg. numer. 20. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 85. numer. 6. Menoch. de arbitrar. lib. 1. quæſt. 94. Et de iudice, qui alternatiuè duas pœnas imponere poteſt, An poſſit quã vult eligere, vel potius mitiorem eligere teneatur? vide quæ

habes in collectan. ad textum in capit. 4. de cauſis. §. illis etiam, in gloſ. certa, de offic. iud. delegat.

AD TEX. IN CAP. 4. Calumniam, de pœnis.

COLLECTAN. 60.

SVMMARIVM.

1 *Sumptus & labores litium quam plures ſunt, & mala infinita ſuſtinent litigantes, & in hoc refertur, quòd B. Iuo, magnus aduocatus dicere ſolebat.*

2 *Quare Deus permittat lites.*

3 *Lites debent breuiari.*

4 *Victus victori An & quando in expenſis condemnari debeat?*

5 *An in expenſis non petitis, iudex poſſit victum condemnare?*

6 *Sententiam primi iudicis habens pro ſe, An & quando in expenſis condemnetur ſi coram ſecundo ſuccumbat?*

7 *Quamuis iuſta cauſa litigandi excuſſet à pœna expenſarum, non tamen hoc procedit in expenſis debitis ex diſpoſitione hominis.*

1 QVIA ſumptus & labores litium quam plures ſunt, & mala infinita ſuſtinent litigantes, vt experientia patet, & referunt Didac. Perez, lib. 3. titul. 3. l. 1. in gloſ. nos por abreuiar pleytos. Tiraquel. de retract. linagier §. 8. gloſ. 7. ex numer. 20. Rebuf. in proœm. cõcord. in verb. ſumptibus, pag. 33. Iaſ. in l. quidam æſtimauerunt, numer. 3. de reb. credit. Caualcan. deciſ. 45. num. 75. Petr. Magdalen. de numer. teſtium in teſtament. 1. par. capit. 3. ex numer. 47. optimè Ioan. Segur. Dabalos in director. iudic. eccleſ. fori. 2. par. capit. 9. Coſmas in pragmat. ſanction. in titul. de cauſis. §. inoleuerunt, in gloſ. verb. litium. Petr. Rebuf. in tom. 1. conſtitut. reg. in proœm. in gloſ. 5. numer. 154. vbi refert illud, quòd pulchrè dicebat Beatiſsimus Iuo, aduocatorũ optimus, piiſsimus ac nunquam ſatis laudatus (cuius templum Romę habetur eiuſq; diem feſtũ honorificè celebratur, vt teſtatur Mandoſ. in prax. tit. de ingratit. cap. 83. pag. 250.) quòd in cõtrouerſiis cauſarũ corporales inimicitię oriuntur, fit amiſsio expenſarũ, labor animi exercetur, corpus quotidie fatigatur, multa & inhoneſta crimina inde conſequuntur, bona & vtilia opera poſtponuntur, & qui ſemper credunt obtinere, frequenter ſuccumbunt, & ſi obtinent, computatis laboribus & expenſis nihil acquirunt, quod dictũ memorabile, etiam refert Gaſpar. Caballin. in addition. ad ægidian. conſtitut. lib. 2. capit. 21. ex numer. 7. pag. 93. pulchrè Neuizan. in ſylua nuptial. lib. 6. ex numer. 8. Ioan. Segura Dabalos, in dicto capit. 9. numer. 7. vbi

2 ex numer. 2. tradit, quare Deus permittat lites, de quo etiam Rebuf. in prax. in regul. de ſubrogan. colitigan. in gloſ. 1. & litigia in paradiſo terreſtri videntur exorta, ex gloſ. verb. lites, in pragmat. ſanction. in proœmi. in §. cæterum.

3 EX quibus omnibus rectè infertur quòd lites debent breuiari, & id tradunt Camil. Borrel, in regia Aragonum. §. 1. gloſ. 1. ex numer. 21. textus & Doctores in capit. finẽ litibus, de dol. & contum. nam improbi & inhumani ſunt, qui lites appetunt, illaſq; immortales efficere querunt, ex Prouerb. cap. 13. & multa ad hoc cumulat Quintil. Mandoſ. in dicto titul. de ingratitud. capit. 77. dum enim lites indeciſſe pendent, etiã ipſi litigantes pendent animis, animuſq; & vitę modus & qualitas à litiũ exitu, ab alienoq; animo & voluntate pendere dicitur, & notat Mandoſ. in prax. in form. 7. commiſ. cum clauſ. aduocatoria, in verb. pendeant indeciſè. fol. 49.

4 VNDE victus victori debet in expenſis condemnari, quòd an regulariter ſit verum, & quid quando victus iuſtam habuit cauſam litigandi? & quæ tunc dicatur iuſta cauſa? tradit latiſsimè Couar. in pract. cap. 27. Anton. Gabriel. lib. 2. commun. opinion. titul. de expenſ. concluſ. 1. Bernar. Diaz, in regul. 274. vbi optimè Salzed. in addition. Ioſeph. Ludouic. deciſ. peruſ. 52. latè Menoch. de arbitrar. caſ. 177. Ludouic. Meſsia, in pragmatic. taxæ panis, concluſ. 3. ex numer. 5. verſic. ideoque in expenſis. Corſet. in repertor. Abbatis in verb. litigãs temerè. optimè Coſmas, in pragmat. ſanction. titul.

de friuol. appellat. in §. quodque, in glos. verb. expensarum. Mattheſil. ſingul. 80. & ſingul. 81. Bernar. Diaz, in prax. capit. 144. Socin. regul. 139. Volum. 1. commun. opin. pag. 108. verb. iudex tenetur & pag. 244. verb. victus regulariter. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 62. numer. 4. Cremen. ſingul. 121. numer. 1. optimè Hyppolit. ſingul. 545. incip. litigantes. pulchrè Io. Gutierrez, in pract. lib. 1. quæſt. 135. ex numer. 2. Caballin. milleloq. 946. Iacob. Bennius, de priuileg. iuriſconſul. 3. par. priuileg. 82. in princip. latiſsime Ioan. Gracian, regul. 486. Læl. de Zanchin. de priuileg. eccleſ. 102. priuileg. ex principio. Seraphin. de Seraphinis, de priuileg. iuramen. priuileg. 13. Iacob. Menoch. de præſumptionib. lib. 2. præſump. 87. Ioan. Segura Dabalos, in director. iudic. 2. par. capit. 12. Tiraquel. de pen. cauſ. 51. ex num. 108. Octau. Veſtr. in prax. lib. 8. capit. 2. numer. 6. vbi Anto. Grauat. in addit. ex num. 17. Hieronym. Portoles in Schol. ad Molinum, in §. expenſæ, ex numer. 5. latè Michael. Graſſ. lib. 2. com. capit. 22. per tot.

5 NVNQVID autem iudex victum in expenſis non petitis, condemnare teneatur? vide Capel. Tholoſ. deciſ. 111. Salzed. in additionib. ad Bernar. Diaz, in prax. canonic. cap. 144. in litera A. Volum. 1. commun. opinion. pagin. 281. verb. expenſas victum. Michael. Graſſ. in dicto capit. 22. quæſtion. 6. Grauat. ſupra, num. 17. Rebuf. tom. 3. titul. de appellat. articul. 9. in gloſſ. vnic. numer. 37. Couar. in pract. capit. 27. num. 5. Caballin. milleloq. 972. numer. 2. Rebuf. in l. diuus. ff. ad Sillanian. numer. 234. Seraph. de Seraphin. in dicto priuileg. 13. numer. 35. Et victum expreſſè non condemnando in expenſis, præſumitur iudex abſoluere, ex Menoch. lib. 2. præſumpt. 89.

6 ET ſententiam primi iudicis habẽs pro ſe, An & quando ad expenſas ſi coram ſecundo ſuccumbat teneatur? eſt videndus Mattheſil. ſingul. 81. Alexan. conſil. 183. volum. 6. num. 16. Abb. cap. 1. de conſtitution. numer. 16. Capel. Tholoſan. deciſ. 223. optimè Caualcan. deciſ. 15. ex numer. 5. Guid. Pap. deciſ. 137. Paul. AEmilius. 1. par. deciſ. 179. & deciſ. 340. ex num. 3. pulchrè Ioan. Gutierrez in pract. lib. 1. quæſt. 136. ex principio. Hieronym. Portoles in Schol. ad Molin. in §. expenſæ, numer. 9. latiſsimè Paul. Granut. theoremat. 11. & pulchrè tradit in theoremat. 6. An & quando iudex appellationis dicit in ſententia victus victori, &c. videatur ſuccumbentẽ adhuc condemnaſſe ad expenſas aliarum inſtantiarum, & quando id procedat? pro quo etiam erit videndus Felin. in cap. ſignificauerunt, num. 7. de exception. Menoch. lib. 2. præſump. 88. Philip. Deci. in capit. reprehenſibilis, ex num. 22. de appellat. Et aduerte, quòd expenſarum ſolutio facienda eſt in loco, in quo iudicium eſt agitatum, ex Paul. AEmil. 1. par. deciſ. 342.

7 EST tamen aduertendum in hac materia, quòd licet iuſta cauſa litigandi excuſet à pœna expenſarum, tamen fallit hæc regula in expenſis debitis ex expreſſa diſpoſitione hominis, vtputa ex diſpoſitione teſtatoris vel contrahentis, ex Rolan. conſil. 62. volum. 4. ex numer. 7. latè Caualcan. deciſ. 15. ex numer. 29. Cremen. ſingul. 121. numer. 2. Corſet. ſingul. 212. verſic. vbi dicit. Natta, conſil. 113. numer. 9. Reus autem non interpellatus extra iudicium, non condemnatur in expenſis, vt tradit optimè Caballin. in milleloq. 622. Et actor ſuccumbens qualiter condemnetur in expenſis, tradit Paul. Fuſc. ſingul. 15. literæ A.

AD TEX. IN CAP. 5. Clericis in ſacris, ne clerici vel monach.

COLLECTAN. 61.

SVMMARIVM.

1 *Clericus iudicium ſanguinis agitare non poteſt, bene tamen poteſt ſuffragium adhibere legi criminali condendæ.*
2 *Clericus proferens ſententiam ſanguinis, ſi ſententia non fuerit executioni mandata, An ſit irregularis?*
3 *Clericus homicida vtrum ipſo iure ſit priuatus beneficio, An verò requiratur ſententia?*
4 *Perſonæ eccleſiaſticæ, An poſſint eſſe Vicecomites vel Proreges?*
5 *Cauſæ meri & mixti imperij, An ſint delegabiles?*
6 *Perſonæ eccleſiaſticæ ſi delinquunt in adminiſtratione alicuius officij ſecularis, An puniantur à iudice ſeculari?*
7 *A clerico qui habet iuriſdictionem temporalem, An appelletur ad Epiſcopum, an ad Regem?*

1 COLLIGE clericum ſanguinis iudiciũ agitare minimè poſſe, per hunc textum, & cap. ſententiam ſanguinis, infra eodem, & in capit. ex literis, de exceſ. prælat. & tradit Bern. Diaz, in prax. canon. capit. 92. Sylueſt. verb. excommunicatio, el 9. num. 28. verſic. ibi etiam. Paul. Fuſc. ſingul. 108. literæ C. Simon. Maiol. de irregularit. lib. 2. capit. 6. ex principio. Et an Summus Pontifex poſsit facere, vt clerici pœnam & ſententiam ſanguinis poſsint dictare, ſine irregularitatis metu? eſt videndus Didac. Perez, lib. 1. titul. 6. l. 1. pag. 173. verſicul. confirmatur vlterius. Bene tamen poſſunt clerici ſuffragia adhibere legi criminali condendę, & licet poſtea, ex lege ipſa aliquis mortis pœna puniatur, ipſi clerici, non erunt irregulares, ex Felician. de cenſur. titul. de irregul. in capit. de tertia ſpecie irregularitatis, quæ contrahitur verbis conſulendo, pagin. 463. Caballin. in ægidian. conſtitut. lib. 3. cap. 20. in gloſ. 1. num. 4. pag. 173. Bern. Diaz in prax. canon. capit. 56. num. 3. Petr. Plaça de delict. capit. 19. ex num. 22. Ludouic. Beja reſponſ. cal. 50. poſt princip. Simon. Maiol. in dicto lib. 2. capit. 9. num. 9. Viuald. in candelabr. eccleſ. titul. de irregularit. num. 260. Villadieg. de irregularit. capit. 6. ex num. 82. & tradit gloſ. verb. conſuluit in capit. ex literis, de exceſ. prælat.

2 QVAERIT tamen Foller. in prax. canon. 2. par. capit. 24. numer. 1. An clericus proferens ſententiam ſanguinis, ſi non fuerit executioni mãdata, puniatur pœna iſtius textus? & Maiol. de irregularitat. lib. 2. cap. 6. num. 3. ait iudicem eſſe irregularem, & ſi iudicium nõ fuerit ſortitum ſuum effectum: immò & ſi iudicium non ſit pronuntiatũ, ſed ſtatim quòd officium ſumpſit iudex irregularis eſt, eſt tamen diſtinctio, quòd hoc caſu diſpenſat Epiſcopus, ſi tamen iudicium vel effectus ſequatur, ſolus Papa diſpenſat.

3 *IBI, honore priuetur & loco.* Per huiuſmodi verba, quærit Corſet. ſingul. 349. vtrum clericus homicida ipſo iure ſit priuatus beneficio, An verò priuetur per ſententiam? de qua quæſtione diſſerit Bern. Diaz, in prax. canon. capit. 88. num. 2. vbi Salzed. in addition. in litera A. Felin. in capit. ſciſcitatus, num. 2. de reſcript. Anan. in capit. inquiſitionis, num. 3. & Felin. ex num. 3. de accuſation. Petr. Plaça, de delict. cap. 11. nu. 2. Abbas in capit. cum noſtris, de conceſ. præbend. num. 22. verſic. ex quibus. Didac. Couar. in clement. ſi furioſus. 2. par. §. 3. nu. 6. verſic. verum ad huius. Iul. Clar. §. homicidium, num. 21. Petrus Rebuf. in prax. tit. de modis amittendi beneficia, num. 50. & in tractat. de pacif. poſſeſ. num. 261. Capel. Tholoſ. & Aufred. deciſ. 208. Selua de benef. 3. par. quæſt. 2. num. 7. latiſsimè Hieronym. Gabriel, in conſil. 196. volum. 1. per tot. Rebuf. in capit. poſtulaſtis, ex num. 39. de cleric. excommun. miniſtr. Felin. in capit. de quarta, de præſcript. num. 33. verſicul. ſecundo per id.

4 *IBI, Vicecomitis.* An autem eccleſiaſticæ perſonæ, poſsint eſſe Vicecomites vel Proreges, aut de ſummo Regis prætorio? eſt videndus Caietan. in ſum. verb. excommunicatio, in capit. 76. Simon. Maiol. de irregularit. lib. 2. capit. 5. num. 15. Sylueſt. in ſum. verb. excommunicatio, el 9. num. 28. verſ. ſecundo nota. Summ. Armil. in verbo excommunicatio. §. 86. Bern. Diaz, in prax. canon. capit. 56. num. 2. aliàs in capit. 99. in noua impreſsione. Pedraza, in ſum. titul. excommunicationes papales, verſic. contra los ſacerdotes, fol. 148. Anton. Bernad, in ſum. capit. 32. num. 63. Petrus Plaça de delict. capit. 19. num. 23. Burgos de Paz, in l. 2. Taur. num. 77. in fin. Nauar. man. latin. capit. 27. num. 117. Carol. de Graſſal. regal. Franc. lib. 2. iure. 15. ex pag. 284. in fin. Albert. Troc. lib. 2. de vero & perfect. cleric. capit. 54. num. 1. Lancel. Conrrad. in templ. omnium iudic. lib. 2. capit. 5. de Epiſcopo. §. 3. num. 37. Boer. deciſ. 17. ex num. 1. Coſm. in pragm. ſanct. titul. de concluſ. eccleſ. Gallicanæ, in §. ea propter, in gloſ. verb. concilio.

lio. Barbacia, in rubric. de offic. legat. num. 11. Hieron. Portol. in schol. ad Molin. §. clericus, num. 2. Alphon. de Azeued. ad cur. Pisan. lib. 2. capit. 21. ex num. 1. in litera A. & in lib. 2. nou. recopilat. titul. 4. l. 1. ex princip. Sebast. Medic. in sum. peccat. 2. par. tit. 9. quæst. 78. num. 179. pulchrè doctissimus Didac. Morlanes, in eleganti Iuris respons. pro Regno Aragoniæ, in causa Viceregis extran. num. 496. & latissimè ex nu. 1154. cuius viri mihi amicissimi probitatem, honestissimos mores, maturum iudicium, sem per colui, & obseruaui: ardens tamen eius studium & insaciabile desiderium in peruestigandis, tum manuscriptis, tum excussis bonorum auctorum libris, satis laudari num quam potest, in huiusmodi enim monumentis, & in picturis cæterisq; magnificæ bibliothecæ suæ ornamẽtis, conquirendis, & coemendis nullis laboribus, nullis sumptibus parcit, ob eamque causam eius libris quos ille mihi beneuolè ac liberaliter commodabat frequentius quàm aliorum, ad hæc nostra collectanea illustrãda vsus sum. Ideoq; non solum me illi, sed omnes studiosos qui nostris his vtentur plurimum debituros ingenuè fateor.

5 ET pro supra dicta quæstione, bene facit textum in capit. in Archiepiscopatu, de raptorib. vbi causæ meri & mixti imperij, ab ipsis Regibus & dominis secularibus delegantur, & committuntur ecclesiasticis personis, circa veritatem tamen huius quæstionis, & an indictè sit verum, quòd causæ meri & mixti imperij sint delegabiles? est consulendus Didac. Couar. lib. 3. variar. resolut. capit. 20. ex num. 1. & in clement. si furiosus 2. par. §. 5. num. 8. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæst. 41. num. 9. Volum. 2. commun. opin. in pagin. 470. verb. delegari possunt hodie, & in verb. delegari hodie possunt. Sebast. Vanzius, in titul. quib. mod. senten. null. repar. num. 50. Abb. in cap. quod sedem, ex num. 4. vbi additio in litera B. de offic. ordinar. & ibi etiam Felin. numer. 2. Ioan. Martinez de Olan. in antinom. in litera D. ex num. 26. Ioseph. Gonçalez, variar. quæstion. capit. 19. ex principio, & latè in capit. 23. Bellug. in specul. Princip. rubric. 24. in §. mixtum, num. 4. vbi Camil. Borrel. in addition. in litera B. & in litera C. Follerius in prax. canon. in vltim. par. cap. 37. num. 29. Menoch. de arbitr. quæst. 54. ex num. 8. & in quæst. 74. ex num. 43.

6 PVLCHRA tamen dubitatio est, An personæ ecclesiasticæ, si delinquant in exercitio & administratione, alicuius officij secularis puniri debeant à iudice seculari? quam quæstionem examinant scribentes in capit. 2. hoc titul. Chassen. in consuetud. Burgun. rubric. 1. §. 5. numer. 71. col. 201. Carol. Grattal. regal. Franc. lib. 1. iure 14. versic. quarto cognoscunt, & in lib. 2. iur. 17. versic. quartus casus, pag. 299. Didac. Couar. in pract. capit. 33. num. 6. latè Hieron. Portoles, in schol. ad Molin. in §. clericus, ex num. 5. Anton. Quesad. diuers. quæstio. capit. 29. numer. 10. Guilierm. Benedict. in cap. Raynuntius, verb. & vxorem nomine. Adelesiam, decision. 2. ex numer. 127. & numer. 155. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæstion. 36. num. 25.

7 ET à clerico qui habet iurisdictionem temporalem, An appelletur ad secularem, an ad ecclesiasticum iudicem? differit optimè Felin. in capit. solitè, num. 4. de maior. & obedien. Octauian. decis. Pedemont. 30. Didac. Perez, lib. 1. tit. 4. l. 5. in fin. pag. 114. & in lib. 3. titul. 1. l. 2. pagin. 467. verlic. ex quo infertur. Alphon. Azeued. lib. 1. nouæ recopilat. titul. 3. l. 8. num. 2. & in lib. 3. titul. 7. l. 4. in fin. capit. Romana. §. debet, de appellat. in 6. Didac. Couarru. in pract. cap. 4. num. 2.

AD TEX. IN CAP. 2. Afferte, de præsumpt.

COLLECTAN. 62.

SVMMARIVM.

1 *An quando iura partium sunt obscura, possit iudex rem diuidere inter collitigantes?*

2 *An possit iudex impunitatem reo promittere, vt sic latitantem veritatem sciat? & An ex confessione sic extorta possit reum punire?*

3 *An ex exemplis aut historiis casuum similium, rectè iudicari possit?*

4 *An ex violenta præsumptione, quis debeat puniri pœna ordinaria?*

5 *Filius de quo in hoc textu, cui ex mulieribus succedere debeat, si ambo moriantur lite nondum finita.*

1 EX hoc textu in illis verbis, *Diuidite infantem*. Inferunt Doctores, quòd vbi iura partium sunt obscura, potest iudex rem diuidire inter collitigantes: pro cuius intellectu recurrito ad Abbat. in capit. licet causam, de probation. num. 37. versic. extra, vbi etiam Philip. Dec. ex num. 212. Felin. cap. 1. de constitution. num. 55. vbi Decius, in prima lectur. num. 96. Dec. in capit. 1. de probat. num. 46. Lælius de Zanch. de priuileg. eccles. 66. priuileg. ex num. 4. Decius consil. 445. num. 1. Iacob. Menoch. de retinen. possess. remed. 3. ex numer. 755. Angel. in §. quadrupli, num. 41. instit. de actionib. Alexand. in l. Titius, ex numer. 3. ff. ad Trebellian. & facit textus in l. Nessennius. ff. de negot. gest. Andrea. Tiraquel. de primogen. quæst. 17. in 4. opin. num. 9. Boer. decis. 42. num. 39. Decius, consil. 68. num. 3. versicul. nam quãdo. Iacob. Menoch. lib. 1. de arbitr. quæst. 56. Hieronym. de Monte, fimb. regund. cap. 101. num. 2.

2 DISPVTANT etiam Doctores, per hunc textum, An iudex possit vti simulationibus, impunitatemq; reo promittere, vt sic latitantem veritatem sciat? & similiter, An ex hac confessione ita extorta possit iudex reum punire? pro quibus est videndus vltra Petr. Marti, in explicat. istius textus, in verb. afferte. 1. par. ex num. 15. Felin. in capit. accedens, el 2. num. 3. vt lit. non cõtest. Hyppolit. singul. 177. ex num. 4. & in singul. 201. num. 4. Didac. Couarru. lib. 1. variar. resolut. cap. 2. num. 16. optimè Alphon. Azeued. in lib. 1. nou. recopil. titul. 2. l. 3. numer. 14. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæst. 55. ex num. 7. Philip. Decius, in l. ea est natura, ex numer. 6. ff. de regul. iur. vbi additio in litera D. & in litera E. Petrus Plaça, de delict. capit. 37. Anton. Gomez, tom. 3. de delict. capit. 12. num. 6. Alciat. in regul. 3. præsump. 27. num. 3. vbi additio in litera A. Volum. 1. commun. opin. pagin. 110. verb. iudex promittens, & pag. 286. verb. fidem quæ à iudicibus. Ioan. Rojas, de hæretic. 2. par. ex num. 264. Imol. consil. 109. num. 2. Francis. Pegnã, in 3. par. direct. schol. 29. Volum. 1. commun. opin. pag. 301. verb. iudex vt veritatem. Ioan. Rojas, singul. 94. versic. & iudex probmittens. Gomezius, in cap. 1. de constit. in 6. num. 144. Marc. decis. 516. num. 5. Nicol. Moron. de pace, quæst. 102. num. 18. Rupelq. inst. foren. lib. 3. capit. 9. vbi additio, verbo impunitatis. Simanc. de cathol. institution. cap. 13. num. 12. Ioan. Redin. de maiest. Princip. §. sed etiam per legitimos tramites, ex num. 3. Remig. de Goñi, de immun. eccles. fallent. 26. num. 8. Iacob. Menoch. de arbitr. cas. 367.

3 NOTANT vlterius scribentes, ex hoc textu quòd exemplis chronicarum historiarum, aut casuum similium vel scripturæ columnæ, rectè iudicare possumus: hoc autem quo modo intelligi debeat, colligẽ ex Paul. Fusc. singul. 48. litera E. Burg. de Paz, in prooem. leg. Faur. ex numer. 229. Chassen. in catal. glor. mundi 10. par. consid. 46. Felin. capit. inter dilectos, num. 12. per glossam ibid. verb. magis, vbi etiã scribent. de fide instrument. Abbas in capit. cum causam, num. 1. de probation. Dueñas, regul. 157. Aulles, in prooem. Prætorum in verbo Reyna, num. 9. Lazes, in allegat. pro oppido de Mula, in prima dubit. ex num. 73. pag. 157. Bellam. decis. 70. num. 3. Felin. in capit. ex parte, el 1. numer. 46. de rescript. Paris. consil. 1. volum. 1. ex num. 50. Palat. Rub. in repetit. rubricæ. §. 42. num. 2. Alphon. Hojeda, de benefic. 2. par. capit. 1. num. 37. Paul. Emil. 2. par. decis. 160. Ioseph. Mascard. volum. 1. de probat. concl. 287. Læl. de Zanch. de priuileg. eccles. 66. priuileg. num. 3. Euerard. loco ab auctorit. ex num. 5. hoc ipsum tradit optimè, in allegation. in causa Viceregis extranei, ex num. 169. dominus Licentiatus Alphons. Molina de Medrano, in Regno Aragoniæ causarum fidei diligentissimus Inquisitor, & in amplissimis & difficilimis negotiis, per Catholicam Maiestatem committi solitis, tam gerendis, quã expediendis, fidelissimus & prudentissimus consiliarius.

4 QVAERVNT præterea Doctores in hoc textu, An ex violenta præsumptione, quis debeat cõdemnari in criminalibus? pro quo recurrito ad ea quæ latissimè habes

bes in collectan. ad textum in capit. 14. literas, hoc titul. & dicit Tiraquel. de pœn. temp. cauſ. 27. temperandam eſſe pœnam vbicunque ex præſumptionibus, quis eſt cõdemnandus, contra quam deciſionem multa congerunt Sarmient. lib. 1. ſelect. capit. 1. Ferdinan. de Mendoça, diſput. iuris, lib. 1. capit. 3. num. 33. eſt tamen omnino videndus Menoch. de præſumpt. lib. 1. quæſt. 97. ex num. 25.

5 *IN gloſ. hæc eſt.* Quærit hæc gloſſa, filius iſte in hoc iudicio, cui exmulieribus ſuccedere debeat, ſi ambo lite non dum finita præmorerentur, de quo diſſerit Petr. Marti, in repet. iſtius textus, in gloſ. date illi, ex num. 1. Tiraquel. de primogen. quæſt. 17. opinio. 11. num. 7.

AD TEX. IN CAP. 3. Vt quiſque, de vit. & honeſtat. cleric.

COLLECTAN. 63.

SVMMARIVM.

1 *An rector eccleſiæ, debeat habere ſecum alium clericum?*
2 *An celebrans debeat habere ſecũ, alium clericum?*
3 *An clericus peccet mortaliter, ſi cantet epiſtolam vel euangelium, vel aliquod miniſterium ſuo ordini annexum exerceat, in peccato mortali?*
4 *An parochus teneatur ſuos parochianos docere fidei principia?*
5 *Quas orationes ſcire teneamur Chriſti fideles.*

1 NOTANT communiter ſcribentes per hunc textum, quòd in dubio redditus eccleſiæ præſumuntur ſufficere pro duobus, pro rectore videlicet & clerico, qui rectori deſeruiat, & eum adiuuet in diuinis, & ſic rector poteſt compelli, vt aliquem clericum habeat intitulatum in eccleſia ſua: vt tradunt Abbas, num. 2. Felin. num. 10. in capit. dudum, de præſumpt. Abb. per illum textum in capit. propoſuit, num. 2. de filiis preſbyter. Rebuf. in tractat. congr. portion. nu. 65. Abbas conſil. 89. volum. 2. ex numer. 6. Quòd ſi facultates rectoris non ſufficiant pro ſe, & alio presbytero, habebit ſeruitorem, iuxta gloſ. verb. ſeruitutis, in clemen. nè in agro. §. ad hæc, de ſtat. monach. poteſt etiam rector, ſi adeò inops fuerit eccleſia, nec vllum clericum, nec ſeruitorem tenere, ex gloſ. verb. adiutorem, cap. illud. 7. quæſt. 1. & tunc ſufficiet, quòd populus reſpondeat ſacerdoti in miſſa, ex gloſ. verb. amen, in capit. ſedulo. 38. diſt. Abb. in capit. 1. de vit. & honeſt. clericor. numer. 8. in fine. Rebuf. in dicto num 65. vbi in nu. 68. ait quòd licet de iure quilibet celebrans, debeat habere vnum ſacerdotem propinquum, quãdo celebrat, vt ſi impedimentum ſuperueniat celebrãti poſsit alter miſſam complere, iuxta textum in capit. illud. 7. quæſt. 1. & capit. nihil, de conſecr. diſt. 1. gloſ. verb. miniſterio, in pragmat. ſanct. titul. de his qui miſſa non compl. vel ob aliam rationem, quam tradit Albar. Pelag. lib. 2. de planct. eccleſ. capit. 27. in final. verb. Guilherm. Duran, in ration. diuin. officior. lib. 4. capit. 1. numer. 38. Stephan. Gaeta, in repetit. capit. ad limina. 30. quæſt. 1. §. 6. num. 68. tamen vt dicit Rebuf. ſupra in dicto num. 68. ad iſtum ſacerdotem communiter non habetur ratio, quo ad portionem congruam, quia iſte presbyter non eſt omnino neceſſarius, & rari ſunt qui miſſam non compleant, & in hoc ſolet Deus optimus & maximus, cooperari.

2

3 *IBI, epiſtolam & lectionem legat.* Interrogatus ſum pluries, An clericus peccet mortaliter, ſi cantat epiſtolam vel euangelium, vel aliquod miniſterium ſacro ordini annexum exerceat in peccato mortali? & pro reſolutione recurrito ad Dominic. Sot. in 4. diſt. 1. quæſt. 5. articul. 6. Ioſeph. Angl. flor. Theol. in quæſtione de miniſtro ſacramen. articul. 5. concluſ. 3. pag. 24. & in quæſtione de ſacram. ordinis, pag. 296. verſicul. vt ſupra. Nauar. in man. latin. capit. 25. num. 72. ad finem. Victor. de ſacram. baptiſ. num. 29. & de confeſ. num. 136. Sylueſt. verb. baptiſmus, el 3. num. 5. verſic. quarto vtrum, & in verb. ordo, el 4. num. 2. poſt princip.

princip. Cordou. in quæſtion. Theol. lib. 1. quæſt. 50. in princip. pag. 400. verſic. in hoc etiam dubitatur, vbi etiam vide, An in mortali etiam occulto, prædicando, quis peccet mortaliter?

4 *IBI, admonere ſuos parochianos.* Colligunt ex his verbis ſcribentes parochos, teneri ſuos parochianos docere principia fidei Chriſtianæ, ſcilicet, Pater noſter, Aue Maria, Symbolũ Apoſtolorũ, & prima literarum rudimẽta, idq; etiam ſatis ſtatutũ fuit in Concil. Maguntin. cap. 45. cuius verba refert Barthol. Carrança, in ſum. concil. fol. 330. in hunc modum. Symbolum quòd eſt ſignaculum fidei, & orationem dominicam diſcere ſemper admoneant ſacerdotes populum Chriſtianum, volumuſq; vt diſciplinam condignam habeant, qui hoc diſcere negligũt, ſiue in ieiunio ſiue in alia caſtigatione emendetur, propterea dignum eſt, vt patres filios ſuos mittant ad ſcholam ſiue ad monaſteria, ſiue foras presbyteris, vt fidem catholicam rectè diſcant, & orationem Dominicam, vt domi alios edocere valeant, & qui aliter nõ potuerit, vel in ſua lingua hoc diſcat, &c. Hactenus prædictum concilium cuius verba recenſet etiam Iacob. Simanc. de cathol. inſtitut. capit. 28. num. 8. & ſimilem conſtitutionem editam eſſe in Diœceſi Conimbricen. dicit Nauar. in cap. quando, notab. 18. ex num. 68. de conſecr. diſtin. 1. & poſt Michael. de Medin. in lib. 4. de recta in Deum fide, cap. 6. id aſſerit Iacob. Simanc. in dicto capit. 28. num. 11. ad officiũ parochi pertinere parochianos ſuos, in prædicta doctrina Chriſtiana erudire, & id ipſum tradit Nicol. Moronus de Pace, quæſt. 60. num. 12. Anton. Bernad, in ſum. capit. 12. num. 91. Paul. Fuſc. de viſit. lib. 1. capit. 4. num. 17. & lib. 2. capit. 3. num. 12. Michael. Timoth. de eccleſ. viſitan. lib. 1. tract. 2. capit. 6. Nauar. in man. latin. capit. 11. num. 18. verſic. quo circa, & in cap. 25. num. 135. & id etiam ſtatutum reperitur in Concil. Tridentin. Seſſ. 5. cap. 2. vbi parochi iubentur plebes ſibi commiſſas, ſingulis diebus Dominicis & feſtis ſolemnibus, inſtituere in his, quæ ad ſalutem animarum neceſſaria exiſtunt, & iterum in eodem Concil. Seſſ. 24. capit. 4. parochi iubentur Dominicis, & aliis feſtiuis diebus pueros in ſingulis parochiis fidei rudimẽta docere, & id etiam præcipit Concil. Prouin. Toletan. anni 1566. act. 3. §. 5. & Synod. Valen. anni 1578. act. 1. §. ſacri concilij, in verb. fin. pag. 34. & extat ad hoc optima ac pia deciſio Synod. Teruelen. anni 1588. in titul. de la fe catholica, conſtit. 1.

5 QVAS autem orationes, & an illas ex plicitè, & memoriter ſcire teneamur Chriſtifideles? eſt conſulendus Didac. Perez, lib. 1. titul. 1. l. 1. ordin. pag. 19. ex verſicul. aliud etiam ſe offert, & in verſic. vlterius dubitatur, & lib. 8. titul. 4. l. 3. pagin. 100. colum. 1. Anton. Bernad, in ſum. capit. 24. num. 92. Franciſc. Pegña, in 1. par. director. ſchol. 18. in quæſt. 3. de fide explicitè habenda. Petr. Nauar. tom. 1. de reſtitut. lib. 2. capit. 4. num. 210. optimè Iacob. Simanc. de cathol. inſtitution. capit. 28. ex num. 8. & vide quos latiſsimè habes ſupra, in 1. par. in collectan. 6. ad textum in capit. vos ante omnia, de conſecrat. diſtin. 4. num. 1. vbi etiam in num. 4. traditur, vtrum valeat conſtitutio, qua parochi prohibentur, ne aliquem abſoluant vel ei ſacramenta miniſtrent, qui non ſit in doctrina Chriſtiana probè inſtructus, eã ſciens memoriter recitare.

AD TEX. IN CAP. 12. Cum quidam, de iure iuran.

COLLECTAN. 64.

SVMMARIVM.

1 *An augeatur delictum ratione dignitatis perſonæ delinquentis?*
2 *An perſona eccleſiaſtica, plus peccet in eodem genere peccati, quam laicus?*

1 ONSONAT deciſioni iſtius textus illud Iuuen. ſatyr. 8. Omne animi vitiũ tanto conſpectius in ſe crimẽ habet, quanto maior qui peccat habetur: & An augeatur delictum ratione dignitatis perſonæ delinquentis, ita vt plus puniatur pœna ſpirituali aut temporali, in dignitate conſtitutus ſi delinquat quam ignobilis? eſt videndus Didac. Couar. lib. 2. variar. reſolut. capit. 9. ex

ex num.3.verſic.tertio. Iul.Clar.lib.5.§.fin. quæſt.60.num.24.Guilielm.Benedict. in repetit.capit.Raynuntius,verb.cuidam Petro tradiderunt, num.69.verſicul. quamuis omnibus.Paul.Caſtr. in l.nemo. C. de ſum. Trinitat.num.5.Grammat.deciſ.23.num.9. & 10.& deciſ.32. ex num.2. Hieronym. de Monte, ſinib.regun.capit.34. num.2. Ioan. Rojas, ſingul.158. Iacob.Simanc.de cathol. inſtitution.capit. 46. ex num. 67. Andræ. Tiraquel. de nobilit. capit. 20. ex num. 115. Foller. in prax.canonic.2.par.capit. 16. ex num.11. Lancellot.Conrrad.templ.omnium iudic.lib.2.capit.2.§.2.num.12.fol.144.Ancharran.in clement.multorum, de pœn.nu. 9.Ioan.Rojas de ſucceſ.capit.26.numer.13. Franciſc. Pegña, in 2. par. direct. ſchol.13. verſic.volentes tamen.Didac.Spino, in ſpecul.teſtament.in gloſ.16. princip. ex num. 73.pulchrè Ludouic.Meſsia, in pragmatic. tax.pan.concluſ.6.ex num. 21. Didac. Perez,lib.1.titul.3.l 1.pag.66.verſic.corroboratur etiam,& in lib. 4. titul.9.l.6. in gloſ. el hijo dalgo morir, & in lib. 5. titul. 1. l.1. pag.26.colum.2.ante fin. & lib.8. titul.15.l. 1.pag.283. in gloſ. fijo dalgo. Auiles in cap. 1.Prætor.in gloſ.derechamente,numer.26. Quintilian.Mandoſ. in gloſ. facultatum, in proœm. in verb.perſonarũ acceptione verſicul.quòd hic dicitur, pag.51.Alphonſ.Hojeda, de benefic.1.par.capit.2.numer.6.poſt princip. Beroi.in capit. at ſi clerici,num.8. verſicul.præterea verum,de iudic. latè Anton.Scap. de iure non ſcript.lib.5.cap. 191. Lucerna inquiſit.verb.nobilis,ex numer.1. vbi etiam Franciſ.Pegña,in addition.Ioan. Matienço,in dialog.relat.3.par.capit.37.numer.13.& in lib.5.recoll.titul.17.l.9.in gloſ. 2.num.1.latè Tiraquel.de pœn. temp. cauſ. 31.ex num.9.& ex num.17.Iacob.Menoch. de arbitrar.caſ.392. num.16. Albar. Pelag. lib.2.de planct. eccleſ. cap. 10. Hieronym. de Monte. variat.iur.quæſt.10.num. 28. & quęſt.18.num.3. textus, Doctores,& gloſſ. verb.nobilitati,in capit.fin.de pœn. Iacob. Bennius,de priuileg. iuriſcon.2.par. priuil. 41. Chaſſen.catal.glor.mundi.8.par. conſiderat.33.

ET an in foro pœnitentiali,plus punia tur in dignitate conſtitutus? eſt videndus Andr. Tiraquel. de nobilitate, capit. 20. ex numer.135. optimè Ioan. Matiençó, in dicta 3.par.cap.11. ex num.15. & plures alij ex ſupra allegatis.

2 ET An religioſus, ſeu clericus in eodẽ genere peccati ſemper plus peccet, quam laicus? tradit optimè Felin. in repert. verb. religioſus, in eodẽ genere peccati, fol.109. Sylueſt. verb. religio, el 6. num.14. Lambert.de iure patron. in 20.art.9. quæſtionis princ.1.par.2.lib.num.27. & 33. pagin. 84. Tiraquel. de pœn. temperan. cauſ. 51. numer.21.Paulus Fuſc. de viſit.lib.2. capit. 15. num.39.

AD TEX. IN CAP.2. Si quis presbyter, de cler. excommun. depoſ. miniſtrant.

COLLECTAN. 65.

SVMMARIVM.

1 *An excommunicatus, ob crimen occultum, poſsit celebrare vel alia ſacramenta miniſtrare, ante impetratam abſolutionem, ſi ei immineat magnum periculum, vel grauis ſuſpicio aduerſus eum oriatur, ſi id non fecerit?*

2 *An ſacerdos excommunicatus etiam denuntiatus, irregularis, aut hæreticus, poſsit ſacramentaliter abſoluere conſtitutum in mortis articulo?*

3 *Qua forma & ſolemnitate degradari debeant clerici.*

4 *An clericus excommunicatus, hæreticus, vel degradatus, ſi celebrat, conficiat ſacramentum?*

5 *An clericus excommunicatus, ſuſpenſus, vel degradatus, teneatur ſub præcepto recitare horas canonicas?*

6 *An clericus excommunicatus, faciat ſuos fructus beneficij? & An poſsit lucrari quotidianas diſtributiones?*

DIFFI-

1 DIFFICILIS & controuerſa nimis eſt illa quæſtio, An excommunicatus ob crimen occultum, poſsit celebrare vel alia ſacrata facere, ante impetratam abſolutionem', ſi immineat magnum periculum, vel grauis ſuſpicio aduerſus eum ſi id non fecerit? pro cuius ſolutione eſt conſulendus Anton. Cordou. tract. caſ. de conſcien. quæſt. 142.Salzed.in additionib.ad Bernar.Diaz, in prax.canon.capit.33.pag.mag.110.verſic. ſed vtrum parochus. Nauar.in man.lat.cap. 27.num.239.Barthol.Medin.1. par. inſtruc. de confeſ.capit.11.§.5.verſicul.pero mayor duda,fol.33.in fine.Felician.de cenſur.titul. de irregularit. §. de diſpenſatione ſuper irregular.per homicid.pag.504.verſic. moueri autem ſolet dubitatio.Didac.Couar.in capit.alma mater.1.par.§.2.num.11.verſic. cuius opinio mihi. Dominic. Sot. in 4. diſt. 12.quæſt.1.art.4.verſic.omnes tamen hi caſus,& in diſt.18.quæſt.2.art.5.verſic. hoc autem dubium.

2 AN autem ſacerdos excommunicatus, etiam denunciatus ſeu irregularis,aut hæreticus,poſsit ſacramẽtaliter abſoluere à peccatis conſtitutum in mortis articulo? eſt videndus Nauar.man.lat.capit.27.numer.271. verſic.ſeptimo quòd per. Armilla, in ſum. verb.abſolutio,num.13.verſic.& hoc intelli ge. Viuald.in candelabr.eccleſ.tit.de abſolut.num.64.Michael. Salon.2.2.quæſt. 67. articul.1.controuerſ.3.verſic.ſi confeſſarius ſit hæreticus, pag.1382.Sylueſt. in ſum.verbo,confeſſor.el 1.numer.16.Angel.in verb. confeſsio, el 3.num.2.verſic. dummodo talis.Salzed.ad Diaz, in prax. capit. 33. pag. mag.109.verſic.excuſabitur etiã.Anto.Bernad, in ſum.capit.29. num. 1. verſic. el qual ſacerdote.Didac.Couar. in capit. alma mater.1.par.§.6.numer.8.& habes in 1. par.in collectan.ad textum. in cap. ſi quis ſuadente.17.quæſt.4.numer.5.& in 2.par.in collectan.25.ad rubric.de cler.excommunic. miniſtran.num.9.& tradit etiam Nauar. in capit.1. in principio, numer.87.de pœniten. diſtinct.6.

3 *I N gloſ. degradatus.* Plura de materia, forma,& de ſolemnitate degradationis,tracũt textus & ſcribẽtes in cap.2.degradatio de pœn.in 6.& plura cumulant Bern.Diaz in prax.canon.cap.3.num.7. & in cap. 132. Iacob.Simanc.de cathol.inſtitut.capit.46. ex num.69.Robert.Marant.de ordin.iudic. 4.par.diſt.11.ex num.71.verſic.& circa materiã, pag.290.pulchrè eruditiſsimus Franciſc. Pegña, in 3.par. director. ſchol. 63.§. conſiderandum autem hic eſt. Iul.Clar. lib. 5.§.fin. quæſt. 36. ex numer.35. & optimè in quæſt.74.Ioan.Rojas,ſingul.48.Francif. Sarmient.lib.1.ſelect.capit.14.num.9.Carrer.in prax.titul.de homicid.§.circa primũ, fol.240.Angel. de malefic. verb. & ibi caput aſpatulis, num.39. latè Didacus Perez, lib.8.titul.4.l.3.ex pag.88.colum.2. verſic. cum ergo pœna in clericis, & ex pag. 159. latiſsimè Felician.titul.de cenſuris, titul. de degradatione. Simon. Maiol. de irregular. lib.3.capit.22.ex num.2.Concil. Tridentin. Seſſ.13.capit.4.de reform.optimè Repert. Inquiſit.in verb.degradatio, ex pag.233.& ibi Mandoſ. in additionib.in litera A.

4 PRO quæſtione tamen, quam diſſerit hæc gloſſa, An ſcilicet clericus excommunicatus,hæreticus,vel degradatus,ſi celebret conficiat ſacramentum? eſt videndus Sylueſt.in ſum.verb.degradatio,num.9. Alphon.de Caſtr.lib.2.de iuſt.hæret.pun.cap. 21. Nauar.in capit. quando, de conſecratio. diſt.1.num.18.Paludan.in 4.diſt.12.quęſt.1. Didac. Perez, lib.1. titul.3.l. 1. pagin.61. verſicul. procedit etiam, & in verſicul. ego tamen.Ioan.Rojas,ſingul.83. verſic. ſed ſupra dictis.Robert.Marant.de ordin. iud.4. par. diſtin.11.num.73.Didac. Couar.lib.1.variar.reſolut.capit.10.num.8.Petr. Sanchez 1.par. hiſtor. moral. titul. de la vida de Ariſtot.§.8.verſic.y en tanto es eſto,fol.14.Repertor.Inquiſit.in verb.degradatio,in verſicul.ratione cuius ſi de facto celebraret,pagin. 234. Armil. in ſum. verb. degradatio, num.3.vbi Tabienſ.num.3.& Angel. num. 3.Stephan.Gaeta, in repet. capit.ad limina, 30.quæſt.1.§.6. num.62. Paul.Fuſc.ſingul. 111. literæ C. Simon Maiol. de irregularit. lib.3.capit.22.num.9.& lib.4.cap.26.num. 2.Epiſcop.de Elna, in director.curat.capit. 5.§.2.verſic.demas deſto dize,pag.59.Felician.de cenſur.titul.de depoſit.ac degradat. capit.25.in princip. Victor, de euchariſtia, num. 92. Viuald. de ſacrament. euchariſt. numer.58.

I N gloſ.

1 *IBI, quandam mulierem.* Eim tamen proprio nomine nec nominauit, nec poterat nominare confeſſor, per ea quæ de ſigillo cõfeſſionis tradunt Couar.in 4.2.par. cap. 8.§.12.num.10. Ioſeph. Angles,flores theologic.in quæſt 10.de confeſſione,ex pagin. 272.in fin.Dominic.Sot.in relect.de ſecret. membr.3.quæſt.4.concluſ.2. textus & ſcribentes in capit. dilectus, de exceſſ. prælat. Lancellot. Conrad. templ. omnium iudic. lib.2.cap.12.numer.17. Ludouic. Lopez inſtructor. conſcien. 1. par. capit. 37. Bernar. Diaz in prax.canon.capit.102. ex princip. & notatur ab omnibus in cap.omnis vtriuſque ſexus,de pœnitent. & remiſsion. Medina, in ſumma 2. par. capit. 4. in princip. Viuald. in candelab. eccleſ. titul. de ſigillo confeſſ. num.11. Petr.de Bollo in œconom. eccleſ. 2.claſ. capit.4. §. 5. ad finem,verſic. caueat,pagin.254.

2 *IBI, partum ſuppoſuit.* De hoc crimine eſt videndus textus & Doctores in l. 1. C. ad legem Cornel.de falſ.A Egid.Boſsius in prax.titul.de partu.ſuppoſ.ex numer.1. Iodoc.Damhouder.in prax.crimin.capit.123. ex numer.22. Anton.Gomez in l.83.Tauri numer.12.verſic.ſexto committit.Menoch. de arbitrar.caſ.306.numer.3. Nauar.in manual.latin.capit.16.numer.43. Deci,conſil. 342.Ioan.Igneus,in l. lege Cornelia. §. ex hoc edicto,ex num.76.ff.ad Sillanian.Ioan. Martinez de Olano,in antinom.in litera F. numer.13.Ioan.Gutierrez,lib.1.canon.quæſtion.capit.38.ex princip. Hyppol.Marſil. in l.ſi mulierem, numer.2.de iniuriis.& in l.extraneo quoq;,num.4. ff.de quæſtionib.

3 *IBI, non vult facinus.* Quæritur Doctores de quæſtione illa graui, An & quando mater etiam moriens teneatur filio ſuo, adultero, vel proprio marit o propalare ſuũ adulterium,conceptumq; f uiſſe filium ex adulterio, filiuſq; eo in caſu,an teneatur fidem adhibere matri,ac ſe abſtinere à ſucceſſione hæreditatis, illius qui verus pater reputabatur? quid etiam mater teneatur in huiuſmodi caſu facere? Circa quam quæſtionem eſt conſulendus Abb.in capit. per tuas,numer.4. de probationib. Bartol. in l. filium eum definimus, num. 2. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. Guilierm.Benedict.in repetit.in capit. Raynuntius, verb. in extremis poſitus,numer.24. Paludan.in 4.diſtin. 27.quæſt.2.ex numer.6. Ioſeph.Angl.flor. theolog. in quæſt. quis à reſtitutione ſit liber,ex pagin.172. Alciat.regul.3. præſumption.37. Læl.de Zanch.de priuileg.eccleſ. 137.priuileg.ex numer.16.latè Anton.Bernad,in ſumma,capit.17. ex numer. 63. pag. 185. Sebaſtian. Medices in ſumma peccat. 2.par.titul.8.quæſt.40.numer.2. Dominici Sot. lib.4.de iuſtitia & iur.quæſt.7. artic.2. verſic.dubium autem. Antonin 2.par.titul. 2.capit.7.§.4. Petr.Sanchez. 1. par. hiſtor. moral,titul.de la vida de Platon.§.9.verſic. y eſ de notar.fol.39.pulchrè Michael.Salõ, 2.2.quæſt.62.articul.6. in 8. controuerſ. ex col.859. Sylueſt.in ſum. verb. adulterium, ex num.2.vbi etiam Caietan. Nauar.in manual. latin. capit.16. ex numer. 43. Anton. Cordoua,in tractat.caſ.de conſcien. quæſt. 102.Ioſeph.Maſcard.volum.2.de probationib.concluſ.788.ex numer.2. Barthol.Medin.1.par.inſtruccion de confeſſ. cap. 14.§. 18.fol.87.& in §.33.fol.122.colum.2.Pedraça in ſumma in 7. præcept.decalog. verſic. decimo octauo ſi tiene.fol.79.Alphonſ.Caſtro lib.2.de poteſtat.leg.pen. cap. 11. col.2. verſic.ob hanc cauſam. latè Angel. in ſum. verb. adulterium, ex numer. 4. Medina,in quæſt.3. C.de reb.reſtituen.cauſa 4. ex fol. 13. colum.4. Couar. in regul. peccatum, in princip.ex numer.3.Neuizan.in ſylua nuptial.lib.1.numer.50. Franciſ. Vtius. lib. 2. commun.opin.170. Balduin.in §. qui ex te & vxore,inſtit.de patr. poteſt. poſt mediũ. Nicol.Boer.deciſ.299. Illuſtriſſ.Paleot.de noth.& ſpur.cap.24. Alciat. lib.9. parerg. capit.12.ad fin.latè Petr.à Nauarra tom.2.de reſtitut.lib.3.capit.1. ex numer.151. latiſsimè doctiſsimus Ioan.Gutierrez lib.1.canon. quæſt.capit.38. ex numer.9. latè Ludouic. Lopez.1.par.inſtructor.conſcien.capit.88. & capit.89.Petr.Marti,in capit.afferte,de præſumptio. in verb. afferte.2.par.ex num. 2. Anton.Gomez l.9. Tauri,numer.3. & in l.80.num.75. Mencha.lib.1.controu.illuſtr. capit.48. ex num. 26. & ex numer.34.latè Anton.Cordoua in quæſtio. theolog. lib.1. quæſt.31.Menoch.de arbitrariis,caſ.89.ex num.27.Ioan.Rojas de ſucceſ.capit.2.num. 28. verſ.vnde facilè. pulchrè Didac.Perez lib.8.titul.15.l.2. pagin.300. verſic.dubium autem.

4 ET ad deciſionẽ prędictæ quęſtionis bene facit,quod natus in domo ex vxore, præſumitur filius mariti,quãuis probetur vxorẽ fuiſſe adulterã,etiam tempore conceptionis filij,iuxta notata per Doctores,in capit. per tuas,de probation. & per Ioſeph.Maſcard.volum.2.de probationib.concluſ.788. num.6.eſt tamen circa hoc videndum quod latiſsimè congeſsit Anton. Gabriel. lib. 1. commun.opin.titul.de preſumptionib.concluſ.14. Palat.Rubeus in repetit.rubric. de donat.inter vir.& vxor. §. 60. ex num. 12. Paleot.Gomez.Boer. & ferè omnes vbi ſupra, & ibidem etiam Menoch. ex num.20. & latè Ioan.Rojas in dicto capit.2.ex num. 25.Abb.in capit.intelleximus, numer.7.de adulter. & in capit.accedens, numer. 6. de purgat.canon.latiſsimè Lib.6.regul. iur. ciuil.& pontif.pag.447.verſic.filius natus in domo.Couar.in 4.2.par. capit.8.§.3. num. 8.Mohedan.deciſ.19.& deciſ.115.Hyppol. ſingul.530.num.2.Bal.ſingul.36.vbi additio in litera A. Bertran.conſil.73.volum.3. ex numer.13. Pariſ.cõſil.2.volum.2.ex numer. 234.Deci.conſil.657. vbi addit. in liter. A. Bal.conſil.379. volum.3.numer.3. Ioſeph. Maſcard.volum.2.de probationib.concluſ. 882.numer.14.

5 AN autem adulter qui ex aliena vxore prolem ſuſtulit,teneatur marito reſtituere quæ in alenda educandaq; illa prole expendit?tradit optimè Ioan.Gutierrez l.b. 1. canonicar. quæſtion.capit. 38. ex numer. 37. Sylueſt.in ſum.verb.adulterium,num.7. & ibi Angel. numer.4.in fin. Sot.lib.4.de iuſtit.& iur.quæſt.7. articul.2. verſic. ſed moleſtior. optimè Michael. Salon. 2. 2. quæſt. 62.articul.6.controuerſ.8.in §. hæc tria.ex colum.873. latiſsimè Ludou. Lopez. 1. par. inſtructor.conſcien.capit.90, Barthol.Medina in dicto §. 18. verſic. y el que cometio el adulterio, fol.87.

AD TEX. IN CAP. 4. Quærelam, ne prælati vices suas.

COLLECTAN. 76.

SVMMARIVM.

1 *Fructus beneficij ecclesiastici An possint locari vltra triennium? & plura de intellectu istius textus.*
2 *Quod tempus dicatur modicum vel longũ ad locandas res ecclesiæ.*
3 *Discutitur intellectus extrauagan. ambitiosæ, de rebus eccles. non alienan. inter communes.*
4 *Fidei præstatio quæ communiter adhibetur in chyrographis, de qua fide intelligatur.*
5 *An successor in beneficio vel maioratu, aut emptor bonorum teneatur stare locationi factæ à suo prædecessore?*
6 *An vxor teneatur stare locationi factæ per maritũ in rebus dotalibus? & quid quãdo relinquitur vsusfructuaria?*

1 NON facile dubium oritur quo modo rector iste, de quo in textu, potuerit locare fructus suæ ecclesiæ vel beneficij ad septem annos, cum tãtum triennij tempus ad talem locationem seu alienationem sit à iure præfinitum, variis adscriptis pœnis in extrauagan. ambitiosę, de rebus eccles. nõ alienan. inter commun. & tradit Couar. lib. 2. variar. capit. 16. numer. 4. Iacob. Menoch. de arbitrar. cas. 5. numer. 5. Rebuf. in compen. alienat. numer. 26. versic. vide tamen. Anton. Cordoua, tractat. cas. de conscien. quęst. 103. Arnono, singul. 66. Rodoan. de reb. eccles. non alienan. quæst. 6. de locat. rerum eccles. in capit. incip. item ex præmissis, num. 11. pagin. 347. & in princip. sui libri, pagin. 57. numer. 17. & habes plures alios in dicta extrauagan. ambitiosę. Huic dubio prima facie (ni fallor) responderi potest, decisionẽ nostri textus esse correctam per dictam extrauagãtem. Auctor enim istius textus fuit Alexan. III. qui obiit circa annos Domini 1181. Extrauagans autem prædicta fuit Pauli II. qui vixit in Pontificatu circa annos 1471. olim enim ex Boer. decis. 224. nu. 2. & Rodoan. supra, in dicta pag. 347. num. 12. ante constitutionem dictæ extrauagantis, licebat bona ecclesiæ locare, vel beneficium dare ad firmã, ad tempus septem annorum, vel ad decennium, vel ad aliquod aliud modicum tempus, ad longum verò minimè, nisi præmitterentur solemnia quæ ad alienationem requiruntur.

2 QVOD verò tempus diceretur modicum vel longum & perpetuum, prosequitur Couar. in dicto capit. 16. numer. 1. Petr. Rebuf. in dicto numer. 26. Menoch. supra, ex numer. 6. Ioan. Garsia, de expensis & meliorat. capit. 14. ex numer. 1. & tradit glos. verb. locationes, in clemen. 1. de reb. eccles. non alienan. Philip. Deci. consil. 203. in causa. Alexan. consil. 17. volum. 4. Bellamera, decis. 747. numer. 1. Rolan. consil. 9. volum. 3. num. 16. Rodoan. de reb. eccles. non. pag. 16. in capit. incip. at non solum, ex numer. 1. & in rubric. de fruct. eccles. alienan. pag. 57. ex numer. 15. Anton. Gabriel, lib. 3. commun. opin. tit. de locat. conclus. 2. Tiraquel. de retract. linagier. §. 1. glos. 6. num. 9. Hodie verò post dictam extrauag. Pauli II. transacto triennio dicetur longum tempus, vnde vltra illud alienare vel locare res ecclesiæ non licebit, ex Boer. in dicto numer. 2. & Rodoan. dicto numer. 12. Rebuf. in dicto numer. 26. & alij vbi supra.

3 ET quamuis supradicta solutio vera sit, ex plurimorum sententia ad dictum dubium responderi etiam potest, verum esse, Pauli II. constitutionem, locationem rerum ecclesiæ vltra triennium prohibuisse, ita quidem vt ipsas res prohibeat locari, non tamen fructus & redditus ecclesiasticos, sæpissimè enim contingit locari non ipsos fundos, nec ipsa ecclesiarum prædia, sed fructus & redditus ad aliquod beneficiũ pertinentes, vt euenit in hoc textu secundum interpretationem glossæ hic, in verbo ecclesiarum, quæ locatio fructuum & reddituum vltra triennium fieri potest, vt refert Couar. in dicto capit. 16. numer. 6. in fine. & Rodoan. de reb. eccles. pag. 350. ex num. 4. versic. & dicta. vbi in num. 6. agit de ratione differentiæ, inter locationem rei & locationem fructus rei ecclesiæ, de qua dicetur infra in 3. par. in collectan. ad dictam extrauagan. ambitiosæ. Iam igitur ex supradicta resolutione iustè potuit olim rector, de quo in textu, immò poterat etiam hodie post dictã extrau. locare ad septẽ annos fructus ecclesiasticos ad se vel ad suum beneficium pertinentes absq; metu censurarum dictæ extrauagan. Et quamuis supradicta attestentur grauissimi Doctores, quos tradit Ioan. Gutierrez, lib. 1. canonic. quæst. capit. 8. numer. 14. & alij supra relati. apud me tamen semper præfata opinio fuit dubia, & verius credidi prædictã extrauag. vtrumq; prohibere & rem, & fructus rei alienari vltra triẽnium, per ea quæ tradit Gutierrez in dicto capit. 8. ex numer. 15.

4 *IBI, præstita fide.* Ista autem fidei præstatio & interpositio, quæ communiter adhibetur in chirographis & in aliis scripturis priuatis, an sit iuramentum, vel quæ fides dicatur? Iudexq; ecclesiasticus an sit competens ad compellendum laicũ soluere chirographum, quod sub hac fide soluere promisit? est videndus Abb. num. 5. & Felin. numer. 7. in capit. quærelam, de iureiuran. Felin. in capit. 2. numer. 15. de sponsal. Abb. in capit. ad aures, numer. 3. & 6. de his quæ vi metũsve caus. Crauet. consil. 241. numer. 11. Ias. in §. item si quis, ex num. 52. versic. pone quòd. instit. de actionib. Alexan. in l. 3. ait prætor. §. dato, numer. 6. ff. de iur. iuran. & in l. si quis maior, nu. 16. C. de trãsact. Sylvest. in sum. verb. iuramentum, el 1. numer. 7. Nauar. in man. lat. & hispan. capit. 12. num. 2. Pedraça in summa, in 2. præcept. decalog. verb. tampoco es juramento, fol. 18. colum. 2. Pinel. in l. 2. C. de rescin. vendit. 3. par. capit. 1. numer. 3. Anton. Scapp. de iure non script. lib. 3. capit. 51. numer. 17. glos. verb. quod promisit, in final. verbis, in cap. clericus, de iur. iuran. latissimè doctissimus Hieronym. Portoles, in schol. ad Molin. in in for. 8. de las competencias, quæst. 2. Ioan. Gutierrez in authen. sacramenta puberum, numer. 145. C. si aduer. vendit. Couar. in capit. quamuis pactum. 1. par. §. 2. numer. 2. Dominic. Sot. in lib. 8. de iustit. & iur. quæst. 1. artic. 1. latissimè & pulchrè Ferdinan. Mendoça, lib. 1. disputat. iur. capit. 6. quæst. 3. ex pagin. 241. Didac. Perez, lib. 8. titul. 6. l. 1. pag. 186. versic. quæri solet vtrum. Afflict. decis. 389. numer. 2. Ludouic. Lopez, instructor. conscien. 1. par. capit. 42. colum. 316. versic. non est iuramentum. Læl. de Zanch. de priuileg. eccles. 59. priuileg. ex num. 6.

5 *IBI, in glos. terminum.* Quæri potest per hanc glossam, An & quando successor prælati alterius ve beneficiati vel maioratus teneatur stare locationi, sui prædecessoris? pro qua quæstione est consulendus Paul. Castr. consil. 2. volum. 1. num. 3. Rolan. consil. 49. volum. 2. nu. 2. & 6. Alexan. consil. 160. vol. 6. Socin. consil. 32. volum. 1. num. 6. Paul. Fusc. singul. 125. literæ C. Rot. nou. decis. 1. aliàs 332. in titul. de locat. & conduct. optimè Barthol. Humad. in l. 9. tit. 17. par. 1. glos. 2. fol. 112. latissimè Ludou. Molin. de primogen. lib. 1. capit. 21. ex principio. Michael. Grass. lib. 1. comm. opin. capit. 14. quæst. 2. Bursat. cõsil. 101. Alphan. in suis Collectan. numer. 60. versic. quid in successore. Couar. lib. 2. variar. capit. 15. Tiraquel. de retract. conuen. §. 3. glos. vnic. numer. 15. Petr. Rebuf. in compend. alienat. numer. 104. Pinel. lib. 1. 3. par. C. de bonis maternis, numer. 68. versic. infertur. 12. Didac. Spino, specul. testament. in glos. 19. princip. numer. 41. latissimè & pulchrè Ioan. Gutierrez, lib. 1. canonic. quæstion. capit. 36. ex princip. Ioan. Garsia de expens. & meliorationib. cap. 14. ex numer. 4. Melchior. Pelaez, de maiorit. 4. par. quæst. 25. ex numer. 2. Sebast. Medices, in tractat. mors omnia soluit. 3. par. num. 6. & in numer. 5. diserit quid dicendum sit in emptore aliquorum bonorum, an scilicet teneatur stare locationi factæ per venditorem? pro quo est videndus Alphan. in dicto numer. 60. & alij supra. textus & Doctores in l. emptorem. C. locat. Petr. Mozius, de contract. titul. de empt. & vendit. §. de naturalibus emptionis & venditionis. numer. 37. pagin. 81. & in 8. de naturalibus locationis, numer. 3.

OBSERVANDVM tamen est, quòd quando successor prælati, rectoris, alterius ve beneficiati, vel maioratus, non tenetur stare locationi factæ à prædecessore, etsi conductor illi velit stare, ita nec etiam ipse conductor tenebitur eidem stare quin immò poterit ab ea liberè si placuerit resilire inuito etiam successore vt æqualitas inter partes seruetur & ne contractus claudicare

care videatur? vt tradunt optimè Ioan. Gutierrez in dicto cap. 36. numer. 12. Ludouic. Molin. de primogen. lib. 1. capit. 21. num. 4. Couar. & alij, ſupra. Didac. Spino, in dicta gloſ. 19. princip. numer. 42.

6 VXOR autem an ſtare teneatur locationi factæ per maritum in rebus dotalibus? quid etiam quando ipſa relinquitur vſufructuaria bonorum mariti? eſt conſulendus Couar. lib. 2. variar. capit. 15. numer. 5. Vincen. Carocius, tractat. de locat. 1. par. titul. de iure dotium, numer. 2. Anton. Cordoua de Lara in l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his, num. 3. ff. de liber. agnoſcen. Michael. Graſ. lib. 1. commun. opin. capit. 14. quæſt. 1. textus & Doctores in l. ſi filio familias. §. vltimo. ff. ſolut. matrimon. Campeg. de dote. 2. par. quæſt. 23. Rolan. conſil. 49. volum. 2. numer. 5. Tiraquel. in dicto §. 3. in gloſ. vnica, num. 16. Volum. 1. commun. opin. pag. 132. verb. locatio facta. Carol. Molin. in conſuet. Pariſ. titul. 1. §. 30. numer. 106. Ioan. Matienço, lib. 5. recollect. titul. 2. in gloſ. 1. rubricæ, numer. 10. Melchior. Pelaez, de maiorat. 4. par. quæſt. 25 numer. 3. Caballin. milleloq. §25. pulchrè Caualcan. 2. par. deciſ. 25. ex numer. 2. vbi enumerat perſonas quæ cogũtur ſtare locationibus factis per ſuos prędeceſſores.

AD TEX. IN CAP. 16. Cum ſit nimis, de Iudæis.

COLLECTAN. 77.

SVMMARIVM.

1 *An Iudæi, nouiter conuerſi, neophyti & deſcendentes ab eis, vel ex lege Maurorum, vel ab hæreticis, iuſtè repellantur à muneribus & honoribus publicis, à beneficiis & ab ordinibus eccleſiaſticis?*
2 *Intellectus verus ad textum in cap. quando, verſi. genus. 24. diſtin. & ad Concil. Triden. Seſſ. 23. de reform. cap. 7. verſi. ordinandorum genus.*
3 *Deſcendentia ex genere Iudæorum, quo pacto probari debeat.*

1 NIMIS controuerſum eſt in iure, vt per ſcribentes hic, & in capit. eam te, in fin. de reſcript. An valeant ſtatuta quibus Iudæi, nouiter conuerſi, neophyti & deſcendentes ab eis, vel ex lege maurorum, vel ab hæreticis, etiam ſi ab ipſa infantiæ ætate ſint chriſtiani, iuſtè repellantur ab honoribus & muneribus publicis, à beneficiis, dignitatibus & ordinibus eccleſiaſticis? vt latiſſimè examinat Anton. Cordoua in quæſtio. theolog. lib. 1. quæſt. 54. Abendaño, in dictionar. verb. Iudios, verſic. deſcendentes, fol. 192. & in lib. 1. de exequend. mand. cap. 19. numer. 20. Petr. à Nauarra, tom. 1. de reſtitut. lib. 2. capit. 4. ex numer. 450. optimè Petr. Salazar, de vſu & conſuetud. capit. 1. numer. 86. Ioan. Martinez de Olan. in antinom. in literæ D. numer. 35. l. 3. & ibi Gregor. Lopez, verb. officio publico, titul. 24. partit. 7. tex. in l. fin. C. de Iudę. vbi Alphan. nu. 55. Roman. ſing. 679. latiſſimè Alphõſ. de Heredia, in lib. dechado de juezes, ex folio 46. vſq; ad fol. 58. latiſſimè Alphonſ. Hojeda de benefic. 1. par. capit. 23. & in cap. 24. ex num. 1. Mandoſ. in prax. titul. de diſpenſ. cum neophyt. Montalb. l. 2. verb. tornadizo, titul. 3. in lib. 4. for. Didac. Perez lib. 1. titul. 1. l. 9. Otalora de nobilit. 2. par. 3. partis principal. capit. 7. ex numer. 24. Couarru. in clementin. 1. 1. par. §. 2. ex numer. 6. verſic. de neophytis. Iacob. Simanc. cathol. inſtitut. capit. 47. ex numer. 82. Nauar. manual. latin. capit. 27. num. 205. poſt medium. Tiraquel. de primogen. quæſt. 66. ex num. 42. & de pœn. temper. cap. 51. numer. 19. in fine. Alphonſ. de Azeued. ad curiam Piſan. lib. 1. capit. 12. numer. 23. iuxta medium. & latiſſimè lib. 1. nouę recopilat. titul. 7. l. 22. ex princip. Melchior. Pelaez, de maiorat. 1. par. quæſt. 1. numer. 13. optimè Rojas ſingul. 104. Io. Gracian. regul. 223. Alciat. lib. 3. diſpunct. cap. 8. & eſt in hac materia quidam motus proprius Honorij IIII. incip. exhibita nobis, editus anno 1286. quinto Calen. Decemb. anno ſecundo ſui Pontific. & eſt alius motus Propr. Gregor. XIII. incip. in eccleſiis præſertim inſignibus, datus anno 1580. Idib. Nouembr. & multa referunt Ioan. Redin, de maieſtat. princip. §. ſed etiã per legitimos tramites, numer. 201. Franciſ. Pegña in 3. par. director. ſchol. 156. vbi etiã vide

vide, An filij ante delictum procreati inhabiliter tur? de quo dicetur in capit. filij, de hæret. in 6.

2 ET hoc quòd deſcendentes de genere Iudæorum vel Sarracenorum non poſſint promoueri ad ſacros ordines, multi probari & confirmari dicunt, ex text. in capit. quando, verſic. genus. 24. diſtin. hodie innouatum & approbatum à Concil. Triden. Seſſ. 23. de reformatione, capit. 7. verſic. ordinandorum genus. Ego tamen vt veriùs ſemper credidi, id ex prædictis iuribus minimè probari, nam verbum genus de quo in dictis iuribus, propriè idem ſignificat quod legitimus vel liber, & ita à dicto Concilio præcipitur Epiſcopis & examinatoribus vt diligenter inquirant An promouendi ſint liberi & legitimi? nam illegitimi & ſerui promoueri nõ poſſunt, vt patet in titul. de ſeru. non ordinan. capit. 1. de fil. presbyt. in 6. & ita omnes interpretantur dictum cap. quando, in verſic. genus, vt patet ex Turrecrem. & Archidiac. ibidem numer. 4. & faciunt ad hoc. notat. per Didac. Spino, in ſpecul. teſtamen. in gloſ. 3. princip. ex numer. 48. Idque etiam ſatis colligitur ex eodem Concil. in Seſſ. 22. de reformat. capit. 2. quicumq;, in princip. & in Seſſ. 23. de reformat. capit. 5. ad minores, quibus in locis, loco huius verbi genus vtitur, verbo natalibus, & expreſſiùs (ni fallor) id probatur ex Seſſ. 7. de reform. cap. 1. ad cathedraliũ, & ex Seſ. 24. de reform. capit. 1. incip. ſi in quibuslibet, quibus in locis agit ſancta Synod. de re magis ardua, & de dignitate præſulum prælatorum & Cardinalium, & loco illius verbi, genus, de quo ſupra, adiecit verba ex legitimo matrimonio, idem igitur verbum, genus, importat, ac verbum natalibus, vel de legitimo matrimonio.

3 DESCENDENTIA autem de genere Iudæorum quo modo probetur, tradit Abendañ. in dictionar. verb. Iudios, verſicul. & deſcendentia, fol. 192. Alphon. Azeued. in dicta l. 22. numer. 3.

AD TEX. IN CAP. 6. Debitores, de iureiuran.

COLLECTAN. 78.

SVMMARIVM.

1 *Iurans ſoluere vſuras, an ad id teneatur? & plura de intellectu iſtius textus.*
2 *An in abſolutione concedenda à iuramento, de quo in hoc textu, ſit neceſſaria partis citatio?*

1 IVRA circa intellectum iſtius textus, & iurans ſoluere vſuras quo modo obligetur, tradunt Beroius, in rubrica de vſur. numer. 36. Sylueſter in ſumma, verb. vſura, el 6. numer. 9. Didac. Couar. in cap. quamuis pactum. 1. par. §. 2. numer. 4. & latè in 2. par. §. 3. numer. 2. Ioan. Gutierrez, de iuramen. confirmator. 1. par. capit. 2. ex princip. Sebaſtian. Medices, in ſumma pec cator. 1. par. titul. 6. quæſt. 59. Felin. in capit. dilecti filij, de iudic. numer. 1. Lælius de Zanchis, de priuileg. eccleſ. 50. priuileg. ex numer. 13. Ioſeph. Ludouic. in commun. concluſ. titul. de iure iurando, concluſ. 3. Carol. Moline. in conſuetudin. Pariſ. titul. 2. §. 62. num. 28. Alexan. conſil. 49. volum. 4. ex num. 17. ad finem. Chaſſen. in conſuetud. Burgund. rubric. 4. §. 7. verſicul. ſuppoſé que les dits, ex numer. 26. colum. 660. Menchac. de ſucceſsion. creat. §. 10. numer. 648. & §. 28. ex num. 29. Michael. de Palat. de contractib. lib. 4. capit. 9. ex pagin. 336. Caualcan. 2. par. deciſ. 13. ex numer. 49. & deciſ. 32. numer. 71.

2 GRAVIS tamen eſt quæſtio, An in abſolutione concedenda à iuramento iſtius textus ſit neceſſaria partis citatio? pro qua queſtione eſt conſulendus Bernar. Diaz, in regul. 5. vbi latiſſimè Salzed. in additionib. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſ. 18. ex numer. 2. Didac. Couar. lib. 1. variar. reſolut. capit. 4. numer. 5. Gaſpar. Caballin. in additionib. ad conſil. 45. Anton. de Butrio, in litera D. Bernard. Diaz, in regul. 241. verſic. ſecundo limita. Caballin. in ægidian. conſtitutio. lib. 2. capit. 22. in gloſ. A. numer. 2. pagin. 95. Lauren. Chircou. commun. opin. centur. 2. concluſ. 96. Michael. de Graſſ. lib. 1. commun. opinion. capit. 7. quæſt. 15. Franciſc. Viuius, lib. 2. commun. opin. 1. verſicul. & abſolutio iſta. Andręas Tiraquel. in

tractat.res inter alios acta,limitat.30.ex numer.66. Rolan.consil.13. volum.1. ex num. 25. Capel. Tholosan.decis. 62.vbi Aufred. Camil. Borrel. in regia aragon. §.7. glos.2. num. 30. Ant.Scappus, de iure non script. lib.3.capit.54. Anton.Gabriel.lib.2. commun. opin. titul. de citationib. conclus. 1. ex numer.85. Lib.1.regul.iur. ciuil. & pontific. pagin. 6. versic. in absolutione à iuramento, & lib. 3. pagin. 172. versic. decimo quarto amplia. & in lib.5. pagin. 358. versicul. secundo limita. latè Brunor. à Sole,in quæstion. legalib. quæst. 22. ex numer. 59. Bartholo.Humada,l.5.titul.5.par.1.in glos. 14.ex numer.4.fol.46.

AD TEX. IN CAP. 28. Cum dilectus,de iure patronat.

COLLECTAN. 79.

SVMMARIVM.

1 *In generali reseruatione beneficiorum facta à Romano Pontifice,quæ beneficia comprehendantur?*
2 *In derogatione iurispatronatus laicalis, non cõprehenditur ius patronatus quod ad Reges vel ad alios Principes seculares pertinet.*
3 *Legatus An possit reseruare beneficia iurispatronatus?*
4 *Ius patronatus quando dicatur ecclesiasticum vel seculare.*
5 *In reseruatione generali facta à Romano Pontifice,An veniant Episcopatus & Abbatiæ?*

1 COMMVNITER à Doctoribus in hoc textu agitur de reseruatione beneficiorum, & primo queri potest, An & quãdo in generali reseruatione,cõcessione,vel derogatione beneficiorum, facta à Summo Pontifice comprehendantur beneficia quę sunt iurispatronatus laicorum, vel clericorum, vel quæ mixtim ecclesiasticis & secularibus personis competunt? pro qua quęstione erit consulendus Selua de benefic.3. par.quæst.11. numer.12. Lambertin.de iure patronat.ex 7.articul.9. quæst.3. par.2. lib. ex fol.204.Rebuf.in tractat.nominat.quæstion.8.numer.22.versic.secundo probatur. Paul.Emil.1. par. decis. 122. latè Alphonsi. Hojeda, de benefic.1.par. capit.24. ex numer.109.Arnulph.Ruzeus,tractat.iuris regaliorum,priuileg.9. numer.2. Beroi.in capit. quoniam, ex num.12.hoc tit. Rebuf.in repetit. capit. decernimus 16.quæst.7.pag. 577.versic. immò Papæ collatio. Didac. ab Alaua,de Concil.2.par. §. 25.Ioan.Corras. in paraph.sacerd.4.par.capit. 6.num.32.& 34. Ioan.Nicol.Delphinat.de iure patron. 2. par. ex numer. 226. Bernar. Diaz,regul. 400. vbi latè Salzed. in additionibus.optimè Cassador.decis.4.de probationib.Deci. consil.126. glos. in verb. Apostolicis,in clement.2. de præbend. Lappus, allegat. 96. incip. beneficia vaccantia.Renatus Choppinus, de sacra politia, lib.1. titul. 4. ex numer.1.optimè Couarru. in practic.capit. 36. ex princip.latè Rebuf.in prax.in 3.par. signat.verb.necnon iurispatronatus,ex numer.5.doctissimus Sahagun, in capit. final. de sequestr.possess. & fruct.numer.71. Rolan.consil.66.volum.2. numer.10. Aymon. Craueta,consil.63. numer.8.Mandos.in additionib.ad Lappum, allegation.84. in litera O. versic. beneficia laicorum. Iacob.Simonet.de reseruat.benef.quæst.9.vbi Paulus Granut.in additio.in litera A.& in litera B. optimè Ioseph.Ludouic. in commun. concluſ.titul.de iure patronat. concluſ.vnica, versic. declaratur secundo quòd. Iacob. Simanc.de catholic. institutionib. cap.45. numer.35. vbi dicit, quid debeat fieri,quando summus Pontifex derogat iuspatronatus laicorum? & ad idem est videndus Ioan. Rojas singul.148.

2 ADVERTIT tamen in dicto num. 71. idem doctissimus Ioan. Sahagun (qui iam primariam iuris pontificij Cathedram magna cum laude omniumq; assensu in celeberrima Salmanticensi Academia adeptus est,eumque verè contendere potero nostrę ætatis omnium Iuris Pontificij Doctorum principem extitisse) quod si ius patronatus laicorum, simpliciter fuerit derogatum per

per Pontificem maximum, tunc non censetur derogatum iuspatronatus,quod ad Reges vel ad alios Principes seculares pertinet: de hoc tamen erit videndus Rebuf. in dicta 3. par. signaturę, vbi supra numer.62. Beroi. in capit. quoniam, de iure patronat. numer.16. Melchior. Pelaez, de maiorat. 1.par.quæst.51.numer.35. optimè Lambertin.de iure patronat.in 11. articul. 9.quæst. princip.3.par.2.lib.fol.205. Ioan. Delphin. in dicto lib.2. numer.229. Paul.Fusc. de visitat.lib.2. capit. 10. numer.14. Ioseph. Ludouic. in commun.concluſ. titul. de iure patronat. concluſ.vnic. verſic. & id quod dictum est. Didac.Couar.in practic.capit.36. numer. 3. Chassen. in catalog. glor. mund. 8.par.considerat.46.versic.excepto tamen vno casu.Ioan. Selua,de benef.3.par.quæst. 11.numer.19.

3 AN autem & quando Legatus à latere possit sibi reseruare beneficia iurispatronatus laicorum vel ecclesiasticorum, aut ea quæ simul competũt laicis & ecclesiasticis, tradit latissimè Lambertin. in 8. quæst.per totam 3. par. 2.lib. ex fol. 201. Abb.in cap. dilectus, ex numer. 4. de offic. delegat. & in capit. cum propter, hoc titul. numer. 6. Rebuf.in repetitio. capit. decernimus, 16. quæst.7. pagin.577. in principio. Ioan. Nichol. Delphin. 7. par. numer. 16. Lappus, allegation.96. ex numer.2. Selua,de benefic. 2. par. quæst.3. ex numer.1. & 34.Mathę. Pac. de mandat. Apostolic. §. nosque, folio 95. colum.2. Petrus Rebuf. in dicta 3. par. signat. verb. necnon iurispatronatus, numer. 6. Didac. Couar. in dicto capit. 36. num.2. versic.cui suffragatur. Ioan.Corras. in dicto capit.6.numer.33. Paris.de Puteo, decisio.157.numer.2.lib.3. Paul. Granut. in addition. ad Simonet. de reseruat. quæst.9. numer.19. optimè Ioseph. Ludouic. commun. concluſ. titul. de Legato de Latere, concluſ. 1.ex versic.ampliatur tertio quòd, & in titul. de iure patronat. concluſ. vnica, versic. declaratur sexto quod dictæ. Gigas, consil. 48. numer. 44. Roland.consil. 66. volum.2. numer.11. Quintilian.Mandos.regul.1.de reseruat.quæst.8.ex numer.3.& 6. optimè Rolan.consil.46.volum.1.ex num. 1. Felin.in tractat.quando literæ Apostolic. numer.6.Didac.ab Alaua,de Concil.2.par. §.25. versic. quorum opinio, fol.85. Roch. de Curt.de iure patronat. verb. ius. numer. 15.post medium.Arnulphus Ruzeus,de iure regal.in 3. par. præfation. numer.5. Crauet.consil.63.ex numer.6.Rochus de Curt. supra,verb.honorificum,numer.12.

4 QVANDO autem ius patronatus dicatur ecclesiasticum & quando seculare,habes in 3.par. in collectan.ad textum in cap. 2. licet ecclesiarum,de præben.in 6. in versicul.quando verò.

ET An manualia beneficia veniant in reseruatione generali? tradit Iacob. Simonet.de reseruation.benefic.quæst.8.vbi latè Paul. Granut. in additionib. & ibi optimè num.5.tradit quod dicatur manuale beneficium. Et an litigiosa beneficia veniant in generali reseruatione,tradit idem Simonet. in quæst.10.& in quæst.11.vide An in huiusmodi reseruatione generali facta à Romano Pontifice veniãt Episcopatus & Abbatiæ, de quo etiam erit videndus Paul.Granutius in additionib. ad dictum Simonet. in quæstione 6.in litera B.Lappus,allegat.84.vbi Mandos. in additionib.in litera B. verb.abbatiæ.

AD TEX. IN CAP. 26. Cum canonicis, de censibus.

COLLECTAN. 80.

SVMMARIVM.

1 *Moneta mutata in valore post tempus contractus, An debeat solui illius valoris cuius erat,tempore quo inhitus fuit cõtractus?*
2 *Pecunia vnde dicta sit,& de eius origine tam de aurea quam de argentea?*
3 *Triginta illi denarij quibus Iudas tradidit Christum, fuerunt primi denarij qui fabricati fuerunt in mundo.*
4 *Ad quem spectat cudere monetam?*
5 *Libra auri quot nummos aureos siue scutos conficiat, & quo modo libra auri in iure summatur?*

1 TEXTVS iste decidit, quòd moneta mutata in valore post tempus contractus, debet solui illius valoris cuius erat tempore, quo fuit celebratus contractus: pro veritate tamen & declaratione huius quæstionis, est videndus Abb. num. 4. per textum ibidem in capit. 20. olim, supra hoc titul. latè Abb. in capit. quanto, ex numer. 12. de iure iuran. Bar. in l. cum quid. ff. si cert. petat. numer. 17. & ibi additio marginal. in litera L. & ibi etiam optimè Iaſ. in 1. lectur. ex num. 28. & Alexan. numer. 16. vbi additio in litera B. Pinel. in 1. par. rubric. C. de reſcinden. vendit. in capit. 3. ex numer. 21. Didac. Perez lib. 2. titul. 22. l. 4. in gloſ. a los maraudis de entonce. Roman. ſingul. 519. incip. quod tempus. Franciſ. Viuius, lib. 2. commun. opin. 183. 184. & 185. Abb. conſil. 56. volum. 1. Guid. Papę, deciſ. 493. & gloſ. verb. duos ſolidos, in capit. conquærente, de offic. ordinar. Ioan. Baccan, ſingul. 1. Lancellot. Gallia, in conſuetud. Alexan. in gloſ. ſolidos, quæſt. 2. ex numer. 1. Afflict. deciſ. 90. & in deciſ. 194. Boer. deciſ. 327. ex numer. 3. Caualcan. 2. par. deciſ. 16. ex numer. 41. Natta, conſil. 454. & conſil. 302. Corraſ. lib. 3. miſcel. capit. 13. num. 5. Lælius de Zanchis, de priuileg. eccleſ. 126. priuileg. ex princip. latiſsimè Ioſeph. Ludouic. in commun. concluſ. titul. de iure dotium, concluſ. 1. ex verſic. dubitare contigit. & in titul. de conſuetud. concluſ. vnic. verſic. infertur decimoquinto quòd. latè Tiraquel. de retractu linagier. §. 1. gloſ. 18. ex num. 26. Sapia in addition. ad Abb. in capit. 1. de Iudæis, in litera C. & ibi Anan. in dicto capit. 1. num. 4. Ioan. Faber, in §. 1. inſtit. quib. mod. toll. oblig. ex numer. 3. Ancharran. in clemen. 2. de decim. ex numer. 6. & ibi Cardinal. num. 13. AEgid. Boſsius, in prax. crimin. titul. de monet. numer. 11. Hoſtienſ. in ſumma, titul. de cenſib. §. ex quibus nu. 8. latè Couar. de numiſmat. capit. 7. §. vnic. ex numer. 2. latè Menoch. conſil. 49. volumin. 1. Caballin. in mille loq. 450. latiſsimè Anton. Gabriel. lib. 3. com. opin. tit. de ſolution. ex concluſ. 1. vbi pulchrè per ſex ſequentes concluſiones, declarat, ampliat & limitat ſupra adductam deciſionem.

2 *IBI, pecuniæ,* Pecunia vnde ſit dicta, & de eius origine, tam de aurea, quam de argẽtea moneta, latiſsimè diſſerit Camil. Borrel. in additionib. ad Bellug. in ſpecul. Principum, rubr. 36. §. graue damnum, in litera A. Vincent. Carocius, de locat. & conduct. 1. par. titul. 1. numer. 3. fol. 1. Didac. Couar. de numiſmat. capit. 1. in principio. & in cap. 2. ex numer. 1. Forcatul. in nec ioman. iuris, dialog. 68. Camil. Borrel. in regia Aragon. §. 6. gloſ. 3. ex numer. 21. verſic. pecunia autem, Tiraquel. de retract. linagier. §. 1. gloſ. 20. numer. 9. Pinel. in 1. par. rubricæ. C. de reſcinden. vendit. ex numer. 1. verſic. ex hiſtoriis. & optimè ex numer 24. & ex num. 27. Hieronym. Gigas, de crimin. leſæ maieſtat. lib. 1. quæſt. 62. ex numer. 5. pag. 109. Polyd. Virgil. de inuentor. rerũ, lib. 2. cap. 20. Luppus à ſancto Geminiano, in tractat. de vſuris, ſuper l. curabit. §. 3. ex numer. 23. Ioan. Coraſ. lib. 3. miſcellan. capit. 13. ex numer. 1.

3 ADVERTENDVM tamẽ eſt, quòd Guid. Pap. in deciſ. 495. in fi. & deciſ. 498. num. 2. quærens quis primo pecuniam fabri cauit citat Alberic. in dictionar. verb. moneta. quo loco reperiſſe dicit in quãdam ſcriptura cuiuſdam magni religioſi ordinis fratruum Heremitarum ſuper paſsione Chriſti, quod illi triginta denarij argentei quibus Iudas tradidit Chriſtum, fuerunt primi denarij qui fabricati fuerũt in mundo, quos Tharè pater Abrahæ optimus faber, ad petitionem Nini regis Niniuæ filij Beli fabricauit, deinde per multas manus perũenerũt ad Corbonam, quod etiam refert & ſequitur Hieronym. Gigas, de crimin. leſæ maieſtatis, lib. 1. quæſtion. 62. numer. 7. pagin. 110.

4 AD quem tamẽ expectet monetam cudere, tradit Caballin. in ægid. conſtit. lib. 4. capit. 64. in gloſ. A. pagin. 294. Ioan. Matienço, lib. 5. recollect. titul. 10. lege. 1. in gloſ. 13.

5 ET tandem pro complemento iſtius materiæ ſi ſcire deſideras, libra auri quot nummos aureos ſiue ſcutos conficiat, & quo modo libra auri in iure capiatur, & præcipuè his noſtris temporibus, eſt videndus Couarruuias, de veter. numiſm. capit. 4. Alciat. lib. 3. diſpunct. capit. 9. Nicol. Boerius deciſ. 327. numer. 2. latè Plaça, de delict. capit. 2. Petrus Mozius, de contract. titul. de mutuo. §. de ſubſtantialib. formalib. ſeu neceſſariis mutui, ex numer. 15. Riminald. in l. imperium, ex numer. 594. ff. de offic. eius. Seraph. de Seraphin. de priuilegiis iuramen. priuileg. 73. ex numer. 2.

AD TEX. IN CAP. 3. Cum inhibitio, de clandestin. desponſ.

COLLECTAN. 81.

SVMMARIVM.

1 *Aduerſus contrahentes matrimonia clandeſtina, mediatores & interceſſores eorundem.*
2 *Quando dicatur & quo modo probetur matrimonium eſſe clandeſtinum.*
3 *Multæ pœnæ ſunt promulgatæ aduerſus presbyterum qui intereſt matrimonio clandeſtino, & An poſsit abſolui per bullam Cruciatæ?*
4 *Tres monitiones debent fieri in matrimoniis, & quo pacto & ordine.*
5 *Huiuſmodi tres denunciationes & monitiones An poſsint omitti in mortis articulo, vel de licentia Vicarij generalis Epiſcopi?*
6 *Quid faciet ſacerdos quando per confeſſionem ſcit impedimentum alicuius matrimonij?*
7 *Aduerſus eum qui falſa matrimonij impedimenta denunciat, & quo modo probetur matrimonij impedimentum.*
8 *An benedictio ſacerdotalis quæ requiritur in matrimonio, dari debeat à paracho viri vel vxoris?*

1 IBI, *clandeſtina cõiugia.* De pœnis contrahentium matrimonia clandeſtina, diſſerit Didac. Perez lib. 5. titul. 1. l. 1. ex pag. 29. Didac. Couar. in 4. 2. par. capit. 6. numer. 9. Concil. Tridentin. Seſſ. 24. cap. 1. de reform. matrim. Michael. Timoth. de Vilitan. eccleſ. lib. 1. tractat. 3. capit. 28. optimè Alphonſ. Veracruz, in appendic. ad ſpecul. coniug. in dub. 11. ex pag. 52. Ioan. Matienço, lib. 5. recollect. tit. 1. l. 1. in gloſ. 7. Ioan. Martinez de Olan. in antinom. in litera M. ex numer. 30. Et matrimonio clandeſtino interuenientes, interceſſores & mediatores puniuntur pœna, qua & principalis, vt tradit Ioan. Matien. in dicto lib. 5. tit. 1. l. 1. gloſ. 3. & in gloſ. 4. aſſerit, quod ſimiliter puniuntur, teſtes, & tabellio.

2 ET quando dicatur & quo modo probetur matrimonium eſſe clandeſtinum, tradit Pet. Mozius, de contract. tit. de matrim. §. de ſubſtantialibus, formalibus & eſſentialibus matrimonij, ex numer. 13. Ioſeph. Maſcard. volum. 2. de probationib. concluſ. 1032. latè Didac. Spino, ſpecul. teſtamen. in gloſ. 15. princip. ex numer. 18. verſic. pro cuius rei cognitione.

3 SACERDOS etiam qui intereſt matrimonio clandeſtino, ab officio ſacerdotali eſt ſuſpenſus per triennium ex hoc textu, de quo, & an ſimiliter ſuſpenſus à beneficio ſit ſuſpenſus ab officio? eſt videndus Anton. Cuchus, lib. 2. inſtit. iur. canonic. tit. 8. verſic. parochialis autem. Couarru. in 4. 2. par. capit. 6. ex num. 13. Ioan. Segura Dabalos in director. iudic. 2. par. capit. 15. num. 34. Bernar. Diaz, in prax. canon. capit. 67. Lel. Zecch. de caſib. reſeruat. caſ. 1. num. 14. Viuald. in Candelab. eccleſ. titul. de ſuſpenſion. numer. 156. Tiraquel. de tractat. cellan. cauſa, 1. par. num. 49. addit. ad Abb. in verb. à ſuſpenſis, in capit. cum dilectus, numer. 17. de conſuetud. Sylueſt. in ſumma, verb. ſuſpenſio, numer. 5. verſicul. ſi iterum. Nauar. manual. latin. capit. 27. num. 160. verſic. neq; ſuſpenſus. optimè Didac. Perez lib. 5. titul. 1. l. 1. pag. 30. colum. 2. verſic. eſt etiam alia pœna. & in pag. 32. verſ. ad ſecundum dubiũ vide pulchrè, Virum ſuſpẽſio iſta de qua in hoc textu, poſsit relaxari ab epiſcopo vel à ſacerdote inferiori per Bullam Cruciatæ, in qua cautum exiſtit poſse ab omni ſuſpenſione lata à iure vel ab homine abſolui quẽquã ipſam habentem à quolibet ſacerdote, de quo itidem eſt conſulendus Bernar. Diaz, ſupra, numer. 3. Ioan. Gutierrez, lib. 1. canonic. quæſt. capit. 5. numer. 9. Couar. in dicto capit. 6. numer. 15. dicit tamen Ioan. Matienç in dicto lib. 5. titul. 1. l. 1. gloſ. 7. numer. 2. verſic. quod autem: quòd hodie poſt deciſionem

sionem Concil. Triden. in dicta Sess. 24. capit. 1. vbi pœna arbitrio ordinarij infligitur clerico, qui interest matrimonio clandestino, cessat supradicta pœna suspensionis per triennium.

4 *IBI, publicè proponantur.* Extat etiam constitutio sancti Concilij Trident. in dicta Sess. 24. capit. 1. de reformat. matrimon. qua præcipitur, vt antequam matrimonium contrahatur ter à proprio contrahentium parocho tribus cõtinuis diebus festiuis in ecclesia inter missarum solemnia publicè denuncietur inter quos matrimonium sit contrahendum, vt omnes reuelent impedimenta si quæ sint (etiam occulta ex Cordo. tract. cas. de conscien. quæst. 189. in final. verbis, in hoc tamẽ dic vt per Ioan. Gutierrez, in dicto lib. 1. capit. 11. ex numer. 27) & de his monitionibus, quę fieri debent in matrimonio differit Victoria de sacramen. matrimon. numer. 266. Anton. Gomez, l. 49. Taur. numer. 1. Ioseph. Mascard. volum. 2. de probationib. conclus. 1031. numer. 1. Michael. Timoth. de visitan. eccles. lib. 1. tract. 3. cap. 29. Lancellot. Conrad. in templ. omnium iudicum, lib. 2. cap. 12. numer. 21. Ioan. Matiençolib. 5. recollect. tit. 1. l. 1. glos. 1. ex numer. 1. Didac. Perez lib. 5. titul. 1. l. 1. pag. 35. versic. tertio modo ait. Menoch. de arbitrar. cas. 453. numer. 2. Nauar. manual. latin. capit. 22. numer. 69. Petr. Mozius, de contract. titul. de matrimonio. §. de substantialibus, formalibus & essentialibus matrimonij, numer. 17. fol. 183. Huiusmodi autem denunciationes fieri debent in vtriusq; parochiis, vbi contrahentes magis versati sunt, & principaliorem habent larem, ex Ioan. Segura Dabalos, in director. iudic. 2. par. capit. 16. numer. 19. & in numer. 20. dicit, quòd fiant tribus diebus festiuis non immediatè se inuicem sequẽtibus, sed per aliqua dierum interualla, & in numer. 21. ait, quòd quãdo vna tantùm fieri debet denunciatio (dimissis duabus) non incontinenti matrimonium celebrandum est, sed per aliquod temporis interuallum expectandum est.

5 ET huiusmodi tres denunciationes an fieri debeant, quandò matrimonium contrahitur in mortis articulo? tradit Francis. Sarmien. lib. 1. selectar. capit. 6. numer. 7. verfic. erit autem. Ioan. Segura Dabalos in dicta 2. par. capit. 16. ex numer. 4. in fine. Et huiusmodi numerus trium denunciationum, an minui vel remitti possit ex causa & à quo? tradit Iacob. Menoch. de arbitrar. cas. 453. numer. 5. latissimè Ioan. Gutierrez lib. 1. canonicar. quæstion. capit. 19. ex numer. 2. & in capit. 20. ex numer. 24. Ioan. Segura Dabalos in dicto capit. 16. numer. 5. qui in numer. 17. in fine dicit, quòd Episcopus non potest iubere vt fiant denunciationes in diebus ferialibus, de quo ego dubito, cùm enim absolutè dispẽsare possit Episcopus, nè fiant denunciationes etiam in diebus festiuis, ergo à fortiori dispensare poterit vt fiant in diebus ferialibus, cum id minus sit, vt constat ex dicto Concil. & habes in collectan. ad textum in cap. 1. de clandest. desponsi. & tradit Michael. Timoth. lib. 1. de visit. eccles. tract. 3. cap. 29.

ANCEPS tamen quæstio est, An Vicarius generalis Episcopi possit hodie licentiam concedere contrahendi matrimonium nõ præcedentibus denunciationibus? vt latè examinat Iacobus Menoch. consil. 69. latè doctissimus Doctor Ignatius Salzed. in prax. canon. capit. 73. versic. sed dubium, pag. mag. 245. Cephal. consil. 421. ex numer. 72. Ioan. Gutierrez in dicto cap. 19. ex numer. 13. Didac. Spino in speculo testamen. in glos. 15. princip. numer. 29. Ioan. Segura Dabalos, in dicta 2. par. capit. 16. ex numer. 2. cum videatur id tamquam personale munus ab ipso sancto Concilio Tridentin. in dicta Sess. 24. in capit. 1. de reformatione matrimon. episcopi arbitrio iniunctum, at vbi alicuius arbitrio quid committitur, non potest is vices suas alteri mandare, iuxta notata per Iacob. Menoch. de arbitrar. lib. 1. quæst. 54. quamuis contrarium resoluit in prædicta quæstione Ioan. Gutierrez in dicto capit. 19. numer. 15. versic. nihilominus, etiam in vicariis ordinariis communiter dictis generalibus, non vero in foraneis, & idem tenet Didac. Spino, in dicto numer. 29.

6 RESTAT tamen scrupulus, quid scilicet faciat sacerdos qui per confessionem sacramentalem scit impedimentum alicuius matrimonij contracti vel cõtrahendi, An teneatur reuelare? Respõdendũ est, vt per Paludan. in 4. distin. 27. quæst. 1. num. 27. versic. quarto vtrum. Simon. Maiol. de irregularit. lib. 3. capit. 25. §. affinitas, versic. est etiã hic. Driedon. de libertat. eccles. lib. 2. capit. 7. versic. & ideo sacerdos. Anton. Cordoua, tract. cas. de conscien. quæst. 189. Sylvest. in sum. verb. confessio, el 3. numer. 7.

7 ET de pœna aduersus eos qui falsa matrimonij impedimenta denunciant diserit iste textus in §. final. ad fin. & Menoch. de arbitrar. cas. 453. numer. 3. Ioan. Segura Dabalos in dicta 2. par. capit. 16. numer. 24. Stephan. de Gaeta, in cap. ad limina. 30. quęst. 1. §. 4. numer. 190. Testis tamen vnicus, vel sola fama quando probet matrimonij impedimentum, est videndus Menoch. de arbit. cas. 243. Nauar. in cap. sacerdos, num. 27. de pœniten. dist. 6. Roman. singul. 622. incip. dictũ vnius. optimè Couar. in 4. 2. par. cap. 6. §. 10. ex num. 20. Nauar. in manua. lat. cap. 22. num. 83. versic. quia ad impediendum. latè Ioseph. Mascard. volum. 2. de probationib. conclus. 1031. ex numer. 2. Crot. tract. de testib. 6. par. numer. 9. latissimè & pulchrè Ioan. Gutierrez lib. 1. canonicar. quæstion. capit. 11. ex numer. 28. optimè Stephan. de Gaeta in dict. cap. ad limina. §. 4. num. 186.

8 SCIENDVM tamen est, quòd peractis denunciationibus, benedictio sacerdotalis in templo dari debet coniugibus à parocho, vel ab alio sacerdote de licentia parochi, vt statuit dictum Concil. Triden. in Sess. 24. in dicto capit. 1. & sufficit quòd ab vno parocho viri vel mulieris detur huiusmodi benedictio, & melius est quòd semper requiratur parochus mulieris, ex Paul. Fus. de visitat. lib. 2. capit. 3. numer. 21. versic. benedictionem tamen. Michael. Timoth. de visitan. eccles. lib. 2. tractat. 4. cap. 11. versic. tertio vt benedictio. optimè Caualca. 2. par. decis. 12. ex numer. 21. vbi ait congregationem sancti Concil. Triden. sub Pio V. declarasse requiri parochum mulieris & non viri, & sic non est necesse quòd parochus viri assistat in ecclesia parochi mulieris: Aduertat tamen dictus parochus esse optimam cõsuetudinem quòd prius interrogetur mulier, an velit contrahere cum illo viro, quàm è contra? per ea quę tradit Lancellot. Gallia in consuetud. Alexan. in glos. vxori. in princip. numer. 13. Lambertin. de iure patronat. lib. 1. par. 1. in 2. artic. 7. quæstionis princip. numer. 28. Vualdus, in candelabr. eccles. titul. de matrimon. num. 41. De hoc tamen est videndus Anton. Scappus, de iure non script. lib. 4. capit. 19. ex numer. 3. Stephan. Gaeta in repetit. capit. ad limina. 30. quæst. 1. §. 4. numer. 20.

AD TEX. IN CAP. 8. Donatio, de donationib. inter vir. & vxor.

COLLECTAN. 82.

SVMMARIVM.

1 *Donatio inter coniuges, quo modo sit prohibita.*
2 *Donatio inter coniuges, An confirmetur iuramento?*
3 *Donatio propter nuptias soluto matrimonio apud quem remaneat.*
4 *Donatio propter nuptias, apud Hispanos dicitur arras.*

1 VIDES qualiter prohibita sit donatio inter coniuges cõstante matrimonio: de cuius ratione & intellectu erit videndus Iul. Clar. §. donatio. quæst. 9. ex numer. 1. Anton. Scappus, de iure non script. lib. 4. cap. 16. ex num. 1. Seraphin. de Seraphinis, de priuileg. iuramen. priuileg. 71. ex principio. Menoch. lib. 3. præsumption. 12. ex numer. 5. Petr. Mozius, de contract. titul. de donation. §. de personis inter quas cadere possit donatio vel non, ex numer. 31. Duenas, regul. 221. textus & Doctores in l. 3. §. sciendum. ff. de donat. inter vir. & vxor. Chassen. in cõsuetud. Burgund. rubric. 4. §. 7. versic. donationis, ex num. 1. colum. 622. latè Lib. 4. regul. iur. ciuil. & pontif. pagin. 305. ex colum. 1. in fine. & latissimè in pag. 326. ex princip. Lancellot. Gallia, in cõsuet. Alexan. in glos. legare. quæst. 1. numer. 32. & quæst. 2. ex num. 2. & in glos. vigint. quæst. 8. numer. 84. Couar. lib. 2. variar. resolut. capit. 7. ex numer. 4. ad medium, & in 3. par. rubr. de testamen. ex num. 2. & 5. Palat. de cõtract. lib. 6. cap. 1. versic. hæc breuiter dixi se sufficiat, pag. 506. Corras. lib. 2. miscell. cap. 25. num. 10. & latè lib. 5. ex capit. 1. numer. 1. & cap. 14. numer. 4. Alciat. lib. 5. dispunct.

ſpunct.capit.14.Pinel.lib.1.3.par.C.de bonis matern.numer.61. verſic.minus obſtat. Paul. Fuſc. ſingul. 125. literæ D. Menoch. de arbit.caſ.132.num.3.Tiraquel.l.ſi vnquã, verb.libertis, ex numer.109.& in verb.donatione largitus, numer.19. Palat.Rube.in repetit.rubric. §.28. num.3. & in §.46. ex princip.

2 DVBITVM tamen eſt, an ſi in ipſa donatione inter coniuges facta, appoſitum ſit iuramentum, nunquid virtute ipſius iuramenti talis donatio confirmetur? pro quo eſt conſulendus Abb. conſil. 95. volum. 2. numer.1. Roland.conſil.77.volum.1.ex nu. 2.Alexan.conſil.8.volum.2.num.3. vbi Carol. Molin. in addit.in litera C. Lib.4.reg. iur.ciuil.& pontif.pagin.305. verſic.ſecundo fallit quãdo.& latiſsimè in pag.333.verſ. quod donatio inter virum.Philip.Deci.conſil.201. ex numer.1. & conſil.231. numer.4. verſic.ſimiliter iſta donatio.Rolan.conſil.8. volum.1.num.16. Petr. Mozius in dicto §. de perſonis inter quas cadere poſsit donatio vel non,num.32. latè Michael.de Graſſ. lib.1.commun.opin. capit.8. quæſt.5. Ioan. Gutierrez,de iuram. confirmat.1.par.capit. 3.Aufred. ad Capel. Tholoſan. deciſ. 262. Lauren.Chircou. centur.1.concluſ.77. Iul. Clar.§.donatio.quæſt.9.ex num.3. Burſat. conſil. 183. numer. 3. Grammat. deciſ. 103. numer.73. latiſsimè Anton. Gabriel. lib.3. commun.titul.de donation.concluſ.4.latiſsimè Seraphin. de Seraphinis, de priuileg. iuramen.priuileg.71. ex numer.3. & priuileg.73.ex numer.72.Menoch.conſil 155.ex numer.9. Couar.2.par.rubric. de teſtamen. numer.10.Alexan.conſil.152. volum.6. numer.6. Volum.1. commun. opin. pagin.51. verb.donatio inter virum. & pag.53. verb. donatio facta inter. Palat.Rubeus in repet. rubric.de donat.inter virum & vxorem. §. 24.ex numer.5.& latè §.51.numer.1 Felin. conſil.30.numer.5.& 17. optimè Volum.1. commun.opin.pagin.271. verb. donatio inter coniuges. Chaſſen.conſuet.Burgund. rubric.4.§.7. verſic. ſuppoſé que les dits, numer.1.colum.653. Rolan.conſil.25.vol.2. numer.15.& latè conſil.76.volum.4.ex numer.1.An autem prohibita donatione inter coniuges cenſeatur prohibita remiſsio pignoris facta inter eos? tradit Afflict. deciſ. 232.num.7. Tiraquel. in l.ſi vnquam, verb.

donatione largitus,numer.209.

3 *IBI, ſanè ſoluto matrimonio.* Donatio igitur propter nuptias matrimonio ſoluto reddit ad donantem, nec penes vxorem remanet,pro quo eſt videndus Couar. in 4.2. par.cap.3.§.7.num.12.verſ.hæc autem donatio. Ioan.Rojas,de ſucceſſ.capit.33.num.33. Anton. Scappus, de iure non ſcript.lib. 4. capit.15. ex numer.1.Crauct.conſil.185.ex numer.1.Petr.Mozi.de contractib. titul. de donat.§. quo modo annulletur & reuocetur donatio,num.18. vbi tradit, an talis donatio reuocetur propter adulteriũ? & vide adhoc Mich.Palat.de contract.lib.6.capit.1.verſ. oportet autem intelligere,pag.507.

4 ET An idẽ ſit donatio propter nuptias quod apud Hiſpanos dicuntur arræ, quæ communiter aſsignari ſolent in præmium pudicitiæ & virginitatis vxoris? tradit Ioã. Rojas de ſucceſſ.cap.33.ex nu.34.Couar.in 4.2.par. cap.3.§.7.num 12. textus in l. res vxoris, ibi pudicitiæ præmio. C. de donat. inter virum & vxorem.Ioan.Gutierrez in practic.lib.2.quæſt.18.numer.4.

AD TEX. IN CAP. 21. Iudæi, de teſtib.

COLLECTAN. 83.

SVMMARIVM.

1 *Iudæus An poſsit eſſe teſtis contra Chriſtianum, & e contra, Chriſtianus cõtra Iudæum?*

2 *Iudæus quo modo iurare teneatur?*

3 *Translato ſacerdotio neceſſe eſt, vt legis translatio fiat, & de intell.capit.translato, de conſtitutionib.*

4 *Lex Moſayca inter Iudæos, in quibus adhuc ſeruetur.*

5 *Iudæus An teneatur obſeruare iuramentum præſtitum ſuper euangelia?*

1 AN & quando Iudæus, poſsit eſſe teſtis contra Chriſtianum, & è contra Chriſtianus contra Iudæum? eſt videndus Iacob. Nouel.in prax. capit.8. num.19. Tiraquel. de

de primogen.quæſt.66.num.15. clement.1. de Iudæis.Alphan. in collectan. num.466. Volum.1.commun.opin.pagin.229. verſic. teſtis eſſe poteſt, & in pagin. 301. verſicul. Iudæus nec ſi.Afflict.deciſ.214.Natta,conſil.394.ex num.10. Aymon.Crauct. conſil. 73.numer.2.& 18. Seraph. de Seraphin. de priuileg.iuramẽt.priuileg.123.num.4.Nepos de Monte Alban.tractat.de teſtib.num. 100.Hyppolit.Marſil.ſingul.107.num.3.Gigas,conſil.28.ex numer.1.Franciſc. Burſat. conſil. 135. volum.2. num.10. Corraſ.lib.5. miſcell.capit.20.num.6.Petr.Rebuf.de reprobat.teſtium, num.265.Ioan.Gracian, regul.248.latiſsimè Ioſeph.Maſcard. volum. 2.de probat.concluſ.944.Campeg.tractat. de teſtib.regul.46.Carrer.in prax. crimin, titul.de hæretic. §. modo qualiter, num.26. fol.280.Ioan.Rojas,ſingul.75.&ſingul.190. Didac.Perez,lib.8.tit.3.l.7.in gloſ.en todos los pleytos, & in l. 32. in gloſ. teſtimonio. Maſcard.in dicto volum.2. concluſ.857. ex numer.9. vbi etiã, ex num.12. Aſſerit quòd Iudæus cum admittitur in teſtem,iurabit de dicenda veritate non ſuper euangelia (quibus non credit) ſed ſuper legem ſuam,& id ipſum affirmat idem Ioſeph.Maſcard. concluſ.944. ex num. 15. in dicto volum.2. & Petr.d: Moncada, in addition.ad Crot.tractat.de teſtib.4.par.num.151.

3 IVDAEI enim, etiam ſi inter Chriſtianos habitare poſsint, eorumq; ritus & conuenticula ferantur ab eccleſia,non verò Sarracenorum & hæreticorum, per ea quæ tradit Ioan.Rojas,de hæretic.1.par.ex num. 568. Iacob.Simanc.de cathol. inſtitut. cap. 35.num.5. Roland. conſil.25.volum.3. Moſaycis tamen,legibus reguntur, vt tradit Didac. Couar.in 4.2.par.capit.6.§.10. num.3. licet enim iuxta illud D.Paul. ad Hæbreos capit.7.relatum in capit.translato,de conſtitution.translato ſacerdotio neceſſe eſt,vt legis translatio fiat,quòd optimè explicat Dominic,Sot.de juſtit.& iur.lib.2.quæſt.5. art. 4.& quæſt.6.artic.1.Couar.lib.1.variar.cap. 17.num.1.Didac.Perez,lib.8.titul.4.l.3.ex pagin.142. verſic. quæritur deinde vigeſimo quinto,Petrus Magdalen.de numer. teſtium.in teſtament.1.par.capit.1.numer.27. Alphonſ. Caſtro, lib.9.aduerſ.hæreſ,verb. lex. Et ſic totius legis Moſaycæ obligatio euanuerit, dicente nouo legislatore in ara

4 Crucis oblato,conſummatum eſt. Inter ipſos tamen Iudæos lex Moſayca, quo ad ritus,ceremonias & iudicialia adhuc obſeruatur, cap. qui ſyncera, verſicul. Iudæi 45. diſtin.& tradunt Præpoſ.in capit. de infidelibus,num.4.de conſanguinit.& affinit.Calderin. conſil 10.titul. de conſtit. & conſil.2. titul.de conſuetud.& in conſil.30.titul.de teſtament. Barbac.conſil.13.per tot.volum.4. Iaſ.in l.qui ſe patris,num.24.C.vnde liber. & in l.1.num.35.& Alexand.numer.32.ff.ſi cert.pet.Berous,in capit.1.ex num.164.de conſtit.Gozadin.conſil.24.num. 10. Alex. conſil.6.volum.6.num.2. Baptiſ.de Sancto Blaſio, in repet. rubricæ Decreti, num. 21. Ioan. Ferret.in capit.1.de conſtit. ex num. 57.Campeg.tract.de ſtatut.exclud. fœmin. quæſt.65. Tametſi Iudæi ſub Romano Imperio degentes, in pluribus, iura ciuium Romanorum retineant, ac pro inde Romanis legibus ac canonicis etiam cõſtitutionibus quandoq; ligantur & comprehenduntur, iux.textum, in l.Iudæi, la 1.& 2.& in l. nemo Iudæorum, & in l.die Sabbato,C.de Iudæis.Alexan. conſil.71. volum.2. num.2. & in conſil 6. volum.6. Alphan.in collectan, num.58.Alexand.conſil.99.volumin.6.ex num.3. & in conſil.75. volum.5.ex num.6. vbi additio in litera C.Felin. in capit.1. ex num.37. de conſtitut.Pariſ.conſil.2.volum. 4.num.9.

5 VNDE pulchrè dubitat Seraph.de Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg.67. ex num.39.& in priuileg.123.num.3.An Iudæi teneantur obſeruare iuramenta, præſtita ſuper Euangelia? de quo etiam diſſerit Bauer. tract.de virtut.iur.in.num.110. Tiraquel. de primog.quæſt.66.ex num.27. Anton. Gabriel. lib.3.commun.opin.titul. de donatio. concluſ.3.num.26.Felin. conſil.30. ex num. 3.Didac. Couar. in capit. quamuis pactum, 3.par.§.4.num.1. Seraph. de Seraphin. ſupra priuileg.83.num.73.

AD TEX. IN CAP. 1. Canonum, de conſtitutionib.

COLLECTAN. 84.

SVMMARIVM.

1 *Canonum ſtatutis omnes ligantur, ſi talia ſtatuta non ſint abrogata.*
2 *Non puniuntur tranſgreſſores legum quã do huiuſmodi leges, nõ ſunt vſu receptæ.*
3 *An in aliquo caſu liceat alicui tranſgredi leges?*
4 *Iudex tenetur iudicare, ſecundum magis communem Doctorum opinionem.*
5 *An potius ſtandum ſit opinioni, quam doctor in legendo ſequitur, quàm ei, quam tenet in conſulendo?*
6 *An quando ſuper aliquo dubio ſunt diuerſæ ſententiæ Doctorum, ambæq; probabiles, poſſit iudex ſuam conſcientiam conformare cum q̃a maluerit?*

1 SOLLIGE ex hoc textu, omnes ligari canonũ ſtatutis, quod etiam tradit Bernard. Diaz, regul.383. Lẽius de Zanch.23.priuileg. eccleſ. ex numer.1. Franciſc. Coſcius in capit.translato, infra eod. num.6. in fine. Duenas, regul.79. vbi etiam dicit, quòd canones abrogati nec obſeruãdi, nec allegãdi ſunt pro deciſione cauſarum, vt etiam tradit Socin.regul.230. Gomez.§.in perſonam num.17. inſtit. de action. Alphon. Azeued. lib.2.nou.recopil.titul.16.l.4.numer.6. Rebuf.verb.abrogaretur, in procem.concord. pagin.22. Paul. Fuſc. ſingul.55. literæ A. Mandoſ. de inhibit.queſt.8.num.3.

2 NON autem dicuntur tranſgreſſores legum, non ſeruantes leges vſu non receptas, ex Quintilian. Mandoſ. in addition. ad Lap. allegat.36. in litera E. & habetur in Lib.10.regul.iur.ciuil.& pontific.pag.642. Verſicul. Iex abrogata. Oldrad. conſil.259. incip. impugnatur, num.1.verſicul. quia illud ſtatutum. Ancharran.conſil.283. incip. iure ſtricto, poſt principium: vbi concludit quòd ſicut leges moribus vtentium confirmantur, ſic moribus vtentium in contrariũ nonnullæ leges abrogatæ ſunt. ita Iaſ.l. ſi filius qui, num.22.ff. de liber. & poſthum. Dec.conſil.649.numer.8. Ioan. Gutierrez lib.1. canonicar. quæſtionum, capit.8. ex num.2.

3 AN autem ſemper iudicandum ſit ſecundum canones vel leges, eaſq; ex cauſa, An tranſgredi liceat? eſt videndus Lib.10. regul.iur.ciuil.& pontific.pagin.626. verſ. leges tranſgredi. Didac. Couar.lib.2.variar. reſolut.capit.9. num.8. latiſsimè Michael. Salon.2.2.quæſt.60.articul.5.ex col.245. latè Andr. Tiraquel.in præfat.de pœn.temp. ex num.1. Dominic. Sot.lib.3.de iuſtit.& iure, quæſt.4.articul.5. Iul. Clar.lib.5.§.final. quæſt.85.num.10.& habes latiſsimè in collectan.ad textum in capit.4.de cauſis.§.illis etiam, de offic.delegat.

4 *IBI, nemo ſuo ſenſu.* Iudex igitur, nõ ad libitum ſed ſecundum communem & magis receptam opinionem Doctorum tenetur iudicare, per ea quæ tradit Alphan. in collectan.num.120. Bernard. Diaz.in regul. 107. vbi Salzed.in addit.latiſsimè Ioan. Gracian, regul.252. Alciat. regul.1. præſumpt. 51. Neuizan.in ſylua nupt. lib.5. ex num.1. Burg.de Paz, in procem.leg. Taur.ex num. 251. Bonacoſ.commun.opin. crimin.pagin. 510. verb.opinio communis. Burſat. conſil. 187.volum.2.num.40. Alexand. conſil.139. volum.1.num.9. Guid.Pap.deciſ.277.latiſsimè Volum.1.commun. opin.pag.112. verb. iudex in iudicando. Antoni. Coracius, in tractat.de commun.opin.in præfat.ex numer. 27. Auiles, capit.1. Prætorum, in gloſ.fiel, num.15.& 23. Alphon. Hojeda de benefic. 2.par.capit.1.ex num.16. Menoch. lib.1. de præſumpt.quæſt.1.num.23. latiſsimè Petr. Magdalen.de numer.teſtium in teſtamen.1. par.cap.16.ex num.50.

5 ET quia Doctores legendo magis nituntur veritati quam conſulendo, quia in lectura ceſſat affectio & cupiditas æris, ob id ſi reperiuntur opiniones contrariæ, potius ſtandum eſt opinioni, quam Doctor in legendo ſequitur, quàm ei quam in conſulendo tenet, ex Crauet. de antiquit. tempor.1. par.§.1.num.50. in fin. & in §. propoſitum noſtrum principale, num.48. eſt tamen pro veritate iſtius articuli videndus Neuizan. in ſylu.nupt.lib.5.ex num.26. Boer. deciſ. 155.num.24. Alciat.lib.12. pareg. capit.12. in fin. latè Volum.1.commu.opin.pag.150. verb.opiniones Doctorum. Menoch.de præſumpt. lib.2.præſumpt.71.ex num.48. Bruno à Sole, in quæſtion. legal. quæſtio.44. numer.6.

QVAN-

6 QVANDO tamen ſuper aliquo dubio ſunt diuerſæ ſententiæ Doctorum, ambæq; probabiles, An poſsit vnuſquiſq; ſuam conſcientiam conformare, cum qua maluerit earum, propter dubium exiſtens & auctoritatem Doctorum vnamquamque tenentium? & ſimiliter ſi vna opinio ſit probabilis, alia verò probabilior, liceat nè tam iudici quam cuiuis priuato, ſequi probabilem relicta probabiliori? ſunt conſulendi Medin.1.2.quæſt.19.articul.6. Ioan. Gutierrez, in lib.1. canonicar. quæſtion. capit.13. ex num.23. Dominic. Sot.de iuſt. & iur.lib. 3.quæſt.6.articul.5.ad 4. argumentum. Armil.in ſum.verb.opinio, num.2.verſic. nam qui ſequitur. Neuizan.in ſylu. nupt. lib.6. num.4. Burg.de Paz, in procem. leg. Taur. num.162.& numer.402. Iacob.Menoch.de arbitr.caſ.177.num.7.& caſ.339.num.19.& de retinen.poſſeſ.remed.3. num.764. Alexand.conſil.1.num.9.volum.2. Aymon Crauet.conſil.135.numer.40.in principio, pulchrè & latiſsimè Michael.Salon.2.2. quæſtion.63.articul.4. controuerſ.2. ex colum. 1083.

AD RVBRIC. TITVli, de condition.appoſ.in diſpenſat.

COLLECTAN. 85.

SVMMARIVM.

1 *An matrimonium vel ſponſalia contracta ſub conditione, ſi Papa diſpenſauerit, adueniente diſpenſatione, requirant nouum conſenſum?*
2 *An taciturnitas copulæ intercedentis inter prohibitos contrahere, diſpenſationem ipſam vitiet? & quid ſi interuenit copula poſt conceſſam diſpenſationem, & commiſſam ordinario, antequam tamen ab ordinario ipſa diſpenſatio expediatur?*

1 DIFFICILIS valdè & controuerſa nimis eſt illa celebris quæſtio, An matrimonium vel ſponſalia contracta, etiam præſente parocho & teſtibus inter conſanguineos vel affines, alios vè canonicè contrahere impeditos, ſub conditione ſi Papa diſpenſauerit, demùm Papa diſpenſante, ſint matrimonium, vel ſponſalia de futuro abſque alio nouo conſenſu, ita quòd virtute prioris contractus ſponſalitorum, alter alterum etiã inuitum compellere poſsit, vt matrimonium inter eos celebretur per verba de præſenti in facie eccleſiæ? pro qua pulchra & in vſu forenſi quæſtione ſæpius controuerſa, erit conſulendus Abbas in cap. ſuper eo, num.8. hoc titul. Calderin. conſil.1. titul. deſponſalib. Alphon. Veracruz, ſpecul. coniug.3.par.articul.12. Sylueſt. in ſum. verbo matrimonium, el 3.num.9. latiſsimè & pulchrè Ioan. Gutierrez, lib.1. canonicarum quæſtion. capit.22. ex principio. Didac. Couar. in 4.2.par.capit.3.ex num.5. Volum.1. commun. opin. pagin.136. verſicul. matrimonium ſub conditione. Ioſeph. Angles, flor. Theolog. in quæſt. de matrimon. condit. ex pag 328. in fin. Ioan. Gutierrez, de iuram. confirmat.1.par.capit.51 num.33. Iul. Clar. in §. inceſtus, numer.6. Anton. Bernal, in ſum. capit.23 num.152. pulchrè Dominicus Sot. in 4. diſtin.29. quæſt.2. articul.1. ex verſicul. nouum autem. Michael. de Palac. de contract. lib.5. capit.11. pag.497. verſic. dubium ſextum eſt. Ioan. Matienço, lib.5. recollect. titul.1. de matrimon. in gloſ.1. rubricæ, num.65.& in titul.6. de meliorat. l.6. in gloſ.5. num 2. Melch. Pelaez, de maiorat.1. par. quæſt.2. numer.6. optimè Viualdus in candelabr. eccleſ. titul. de matrimon. ex numer.54. Didac. Spino, ſpecul. teſtament. in gloſ.15. princip. ex num.66. verſicul. vlterius deriuatur. Petrus Mozius, de contract. titul. de matrimon. §. de diuiſione matrimonij, num.10. verſicul. an autem quando, fol. 175. Stephan. Gaeta, in repet. capit. ad limina. 30. quæſt.1.§.4.num 165.& in num.362. optimè Didac. Perez, lib.5. titul.1.l.1. pag. 16. verſic. dubitatur vlterius, & pag.41. verſicul. octauo etiam, optimè Anton. Scapp. de iure non ſcrip. lib.1. cap.49. Nicol. Boer. deciſ.264. num.27.

2 ELEGANS etiam dubium eſt, An taciturni-

taciturnitas copulæ intercedentis ante impetratam vel poſt conceſſam diſpenſationem, ad contrahendum matrimonium, inter conſanguineos vel affines, commiſſam ordinario loci, prius tamen quam ab eo expediatur? An vitiet diſpenſationem? pro quo erit videndus Stephan. de Gaeta, in repetit. capit. ad limina. 30. quæſt. 1. §. 4. num. 318. Anton. Cordou. in lib tractat. caſos de conſcienc. quæſt. 45. verſicul. a lo ſuſodicho ſe añade, latiſsimè Ioan. Gutierrez, lib. 1. canonicar. quæſtion. capit. 15. ex principio, optimè Bartholom. Humada, in l. 2. titul. 15. par. 2. in gloſ. 10. ex num. 5. fol. 144.

AD TEX. IN CAP. 1. Ad hoc, de ſolutionibus.

COLLECTAN. 86.

SVMMARIVM.

1 *An filius debita patris, prælatus, aut regni, beneficij, vel maioratus ſucceſſor teneatur ſoluere debita, ſui prædeceſſoris?*

2 *An ſucceſſor in beneficio teneatur ad penſiones præteriti temporis, quo non ſoluit anteceſſor?*

3 *An emens fundum, teneatur ſoluere cenſus pro annis præteritis, & quid de decima?*

1 CIRCA intellectum & materiam iſtius textus, & quando filius debita patris, aut prælatus aut Regni aut beneficij, vel maioratus ſucceſſor, teneatur ſoluere debita ſui prædeceſſoris, eſt videndus Nicol. Boer. deciſ. 204. ex num. 41. & ex num. 48. Abb. capit. ex præſentium, num. 5. de pignorib. Aufred. ad Capel. Tholoſ. deciſ. 70. num. 3. Rot. ant. deciſ. 41. aliàs deciſ. 855. in tit. de probation. Rot. ant. deciſ. 1. aliàs 330. in tit. de ſolution. Anto. Gomez. l. 40. Taur. num. 72. Rodoan. de ſpol. eccleſ. quæſt. 10. Nauar. de ſpol. cleric. §. 10. num. 6. Iacob. Menoch. de arbitr. caſ. 432. ex num. 19. Ioan. Gutierrez, in pract. lib. 2. quæſtion. 53. ex princip. & quæſtion. 84. ex principio. Bartholom. Humada, in l. 4. titul. 16. par. 2. gloſ. 1. fol. 153. optimè Ludouic. Auendaño. l. 40. Taur. gloſ. 1. ex nu. 70. & latiſsimè in l. 46. gloſ. 9. ex num. 2. Didac. Spino, ſpecul. teſtament. in gloſ. 18. princip. ex num. 39. & latiſsimè in gloſ. 19. princip. ex num. 36. latè Molin. de primogen. lib. 1. capit. 10. Didac. Perez, lib. 5. titul. 2. l. 1. pagin. 119. verſicul. quæritur vtrum ſucceſſor. Alexand. conſil. 183. volum. 6. num. 1. & in conſil. 72. volum. 5. num. 3, Andr. Tiraquel. de primog. quæſt. 35. ex num. 25. Peralt. in l. 3. §. qui fideicommiſſam, ex num. 130. ff. de hered. inſtit. eruditiſsimus Anton. Padilla, in l. vnum ex familia. §. fi de falcidia, num. 9. ff. de legat. 2. Ioan. Garſia, de expenſ. & meliorat. capit. 16. ex num. 7. verſic. expendit poſſeſſor. & ex num. 12. Anton. Cordou. de Lara, in l. ſi quis à liberis. §. idem reſcripſit, num. 141. ff. de liber. agnoſcen. Melch. Pelaez, de maiorat. 4. par. quæſt. 26. optimè Ioan. Matienço lib. 5. recollection. titul. 7. l. 6. gloſ. 3. ex numer. 16.

2 ET quidem ſumpta occaſione, ex ſupradictis, vidi aliquãdo dubitari, An ſucceſſor in beneficio teneatur ſoluere penſiones præteriti temporis, quas non ſoluit anteceſſor? pro quo eſt conſulendus Andr. Gambar. de offic. & poteſtat. legat. de Lat. lib. 6. ex numer. 428. Ioan. Gutierrez, canonicar. quæſtion. lib. 1. cap. 1. ex num. 111. Gigas, de penſion. quæſt. 39. & quæſt. 43. Cardinal. in clement. 1. quæſt. 11. de cenſib. Caſſador. deciſ. 3. num. 2. & deciſ. 4. ex princip. in titul. de locat.

3 ET An ſimiliter emens fundum teneatur ſoluere cenſus & onera pro annis præteritis? tradit Paul. Fuſc. ſingul. 53. literæ P. Ioan. Garſia, de expenſ. & melior. capit. 11. ex numer. 49. Afflict. deciſ. 95. & An idem ſit de decima quæ debetur pro annis præteritis? eſt videndus Abb. in capit. cum homines, num. 9. de decim. Ioan. Andreas, in regul. non eſt in mora, de regul. jur. lib. 6. ex num. 6.

AD

AD TEX. IN CAP. 8. Sicut vnire, de exceſsib. prælator.

COLLECTAN. 87.

SVMMARIVM.

1 *Solus Romanus Pontifex poteſt nouos erigere Epiſcopatus, vel iam erectos vnire.*

2 *Sedes Cæſarauguſtana fuit erecta in Metropolim à Ioanne XXII. conſtitutis eidem quinque ſuffraganeis Epiſcopis, ex vndecim qui antea Tarraconenſi eccleſiæ ſubiiciebantur.*

3 *Epiſcopus quas eccleſias, vel quæ beneficia poſsit vnire.*

4 *Hodie ferè omnia monaſteria regularium ſunt exempta à iuriſdictione & correctione Epiſcoporum, & hoc vtile eſſe, & de iure procedere probatur.*

5 *Archiepiſcopus non poteſt vnire beneficia, quæ pertinent ad collationem ſui ſuffraganei.*

1 IBI, *ad Summum Pontificem pertinere*. Hoc idem expreſſe dicit D. Bernard. in epiſtol. 131. ad Mediolanenſes, in hæc verba, poteſt Romana eccleſia nouos ordinare Epiſcopatus, vbi hactenus non fuerunt, poteſt eos qui ſunt, alios deprimere, alios ſublimare, prout ratio ſibi dictauerit, ita vt de Epiſcopo, Archiepiſcopum creare liceat, ſicut è conuerſo, quod refert & ſequitur alia allegando, eruditiſsimus & acutiſsimi ingenij vir, Doctor Auguſtin. Morlanes, in eleganti iuris reſponſo, pro Villa de Caſtellon, num. 84. & Robertus Bellarminus, controuer. fidei. cathol. controuer. 4. lib. 4. cap. 24. in 5. ratione, col. 1076. & idem referunt, Quintilian. Mandoſ. regul. 12. de reſeruat. quæſt. 6. num. 7. Paul. Fuſc. de viſit. lib. 2. capit. 26. num. 15. Rebuf. in prax. titul. devnionib. benefic. ex numer. 23. latè Rhenatus Choppinus de ſacra polit. lib. 2. titul. 4. ex num. 10. vſq; ad num. 13. vbi curioſè ſatis, totius ferè orbis diſmembrationes Epiſcopatuum & Archiepiſcopatuum inſerens, noſtræ Cæſarauguſtanæ Sedis, in Archiepiſcopalem, & Metropolim erectionem conſtitutis quinque ſuffraganeis Epiſcopis, ex vndecim qui antea Tarraconenſi Eccleſiæ ſubiiciebantur commemorat, quàm erectionem narrant etiam, Hieronym. de Blancas, in comment. Aragonenſium rerum, pagin. 182. verſicul. ſed Cæſarauguſtanæ eccleſiæ, & ex pag. 283. in fin. verſicul. cuius tempore. Stephan. Garibaius, lib. 32. hiſtor. cap. 11. anno 1318. doctiſsimus D. Auguſtin. Morlanes vbi ſupra numer. 85. Platina, in vita Ioan. XXII. pagin. 227. Epiſcopus Gerun. lib. 1. Paralipom. Hiſpan. capit. incip. deſcriptio Hiſpaniæ per mediterranea. Illeſcas, 2. par. hiſtor. pontific. lib. 6. capit. 2. fol. 13. colum. 4. ad med. latè Hieronym. Curita, lib. 6. annal. capit. 27. Martin. Garſia, ſerm. 90. fol. 227. iuxta finẽ. Prouinciale omnium eccleſiarum, quod apud me habetur in fine praxi benef. Petri Rebuf. pag. 642. Quod ius Metropolicum, dictam eccleſiam Cæſarauguſtanam accepiſſe teſtatur communis opinio ſcribentiũ, à Ioanne Papa XXII. anno domini 1318. à quo tempore in ea Archiepiſcopi eſſe cœperunt, & quindecim ſucceſsiuè fuerunt, vſque in hodiernum diem, quo ſummo Dei beneficio præeſt Illuſtriſsimus & vigilantiſsimus Antiſtes, D. Andræas de Bouadilla & Cabrera, vir ſanè maiorum nobilitate præclarus, animi dotibus ornatiſsimus, pietate, charitate, in omnes, & vitæ integritate laudatiſsimus, quem nobis omnibus pro ſuæ eccleſiæ & reipublicæ pace & tranquilitate, incolumen quàm diutiſsime ſeruet, qui eum tot tantiſque donis cumulauit, Chriſtus optimus maximus.

2

3 *IBI, ſuæ Diœceſis vnio*. Quæ autem beneficia, aut quas eccleſias, poſsit vnire Epiſcopus, & quã formam ſeruare debeat copioſè & latiſsimè explicãt Caſſad. Ioan. Baptiſt. Cacialup. Mandoſ. Rebuf. & alij in tractatib. & titulis qui de vnionibus ſcripſerunt, & optimè Paul. Fuſc. de viſit. lib. 2. capit. 26. Concil. Trident. Seſſ. 7. de reformat. capit. 6. & Seſſ. 21. de reform. cap. 5. Nicol. Boer. deciſ. 345.

IBI,

4 *IBI, subiectio eorumdem.* Quamuis attento iure communi (ex aliquorum sententia) monasteria & monachorum cura, & disciplina ad eum pertineat Episcopum, in cuius sunt territoria constituta, vt dicit textus in capit. monasteria. 18. quæst. 2. Petrus Rebuf. de congr. port. num. 121. Quintilian. Mandos. de signat. gratiæ, titul. exemptiones ab Episcopis, versicul. omnes ecclesiæ. Paul. Fusc. de visit. lib. 2. capit. 8. num. 9. & secundum hoc rectè decidit in hoc textu, quòd vnio monasterij, de qua in eo, vt esset valida fieri tenebatur auctoritate Diœcesani, hodie tamen ferè omnia monasteria, & loca regularia, sunt exempta ab Episcoporum iurisdictione & correctione, vt tradit Paul. Fusc. in dicto lib. 2. capit. 15. in principio, versicul. in quibus: & quidem iustissimum est, quòd antiquę & nouæ religiones, hanc exemptionem obtineant, cum succedente tempore, compertum sit, monachi eorumq; monasteria, & capitula malè tractari ab Episcopis, vt in capit. nimis iniqua, & in capit. nimis praua, de excess. prælat. vbi describuntur viginti & septẽ grauamina quæ prælati religiosis inferebant, & in clemen. 1. eod. titul. vbi Papa prouidet contra trigintã grauamina, per Episcopos & alios superiores religiosis inferri solita, vnde non solum antiquæ & modernæ religiones, sed si noua religio hodie fundaretur, facilè similem exemptionẽ obtineret à Summo Pontifice, vt refert Quintilian. Mandos. de signatur. gratiæ, titul. de exemptione ab Episcopo, versicul. antiquæ igitur & modernæ, fol. 121. & sic refert Nauar. in capit. non dicatis. 11. quæst. 1. num. 95. nullum esse monasterium, in quo priuilegio vel consuetudine non sit obtentum, vt prælatus cognoscat etiam priuatiuè ad Episcopum, de omnibus delictis religiosorum, quòd planè (ni fallor) verissimum est etiam inspecto iure communi, & cessantibus omnibus priuilegiis, & consuetudinibus, nam exceptis illis criminibus, quæ requirunt depositionem, prælati iurisdictio in suos monachos, priuatiua est ad ordinariũ, & id mihi persuadeo ex eo, quia in specie id fatentur Cosmas, in pragmat. sanct. titul. de concubinar. §. quod si hi, in glos. verb. pertinet, iuxta fin. fol. 181. colum. 2, in princip. Petrus Foller. in prax. crimin. can. in vltim. par. titul. de ordine procedendi contra monachos, ex num. 39. latissimè Abbas, in repet. capit. si quis contra clericum, de for. compet. pulchrè Benedict. Capra in commun. opin. verb. monachi claustralis correctionem; pag. mihi. 507. & multum pulchrè, in regul. 84. Roman. consil. 375. numer. 1. Felin. in capit. pastoralis, numer. 4. vbi optima additio marginalis, in litera A. de offic. ordin. Abb. capit. cum ecclesiarum, numer. 10. de offic. ordin. glossa verb. aut monachum, capit. de persona. 11. quæst. 1.

SECVNDO pro his facit, quia quãdo conceditur prælatis regularibus iurisdictio in suos monachos vel fratres, ea præsumitur concessa priuatiuè ad Episcopum, vt probat ex multis Iacob. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsum. 18. num. 22. dicens cum Puteo, decis. 239. lib. 3. sic intelligi debere Sacrum Concil. Trident. Sess. 6. de reform. capit. 3. vbi tribuitur prælatis iurisdictio coercendi excessus subditorum, vt intelligatur concessisse prælatis regularium priuatiuè ad ordinarium, Quod autem sit à iure concessa iurisdictio prælatis in suos monachos, satis probat textus in capit. abbates. §. monachi. 18. quæst. 2. capit. ad nostram, capit. reprehensibilis, in fin. de appellation. glos. verb. si prælati, in capit. quanto, de offic. ordin. capit. ea quæ, de stat. monach.

5 *IBI, Metropolitanus interposuit.* Beneficia igitur pertinentia, ad collationem sui suffraganei vnire non potest Metropolitanus, per ea quæ tradunt textus & scribentes hic Rebuf. in prax. titul. de vnionib. benefic. num. 30.

AD TEX. IN CAP. 2. Proposuit, de coniug. seruorum.

COLLECTAN. 88.

SVMMARIVM.

1 *An seruus possit contrahere matrimonium contra voluntatem domini? & si de facto contrahat, absque eius licentia, an fiat liber?*

2 *Con-*

2 *Contrahens matrimonium ignoranter cum ancilla, & si post donatam libertatem cohabitet cum ea, non dicetur verum matrimonium esse inter ipsos, nisi consensus de nouo interueniat coram parocho & testibus.*

3 *An quando matrimonium ob aliquod impedimentum nulliter fuit contractum, coram parocho & testibus, sufficiat vt de nouo validè contrahatur, quod clandestinè, & sine præsentia parochi & testium, mutuus contrahentium consensus præstetur?*

1 DE impedimento conditionis seruilis in matrimoniis, & an possit seruus contrahere matrimonium, contra voluntatem Domini, & si cum voluntate eius, vtrũ ex tali contractu fiat liber? & plura alia circa hanc materiã congerit Couar. in 4. 2. par. cap. 3. §. 7. nu. 1. & capit. 7. §. 2. num. 11. Anton. de Butrio, consil. 64. vbi Gaspar, Cauallin. in addit. in litera A. Paleot. de noth. & spur. cap. 15. Petrus Mozius, de contract. titul. de matrim. §. qui possint contrahere matrim. vel non, num. 14. latissimè Dominic. Sot. in 4. dist. 35. quæst. vnic. ex articul. 1. Viuald. in candelabr. eccles. tit. de matrimon. ex num. 121. Ancharran. capit. 1. de constit. num. 53. Anton. Bernad, in sum. capit. 23. ex num. 64. optimè Alphons. Veracruz, in specul. coniug. 1. par. artic. 29. & pulchrè in artic. 30. Nauar. in manual. latin. capit. 22. ex num. 33. Episcopus de Elna, in direct. curat. capit. 9. §. 2. versicul. el segundo impedimento, pag. 104. & in §. 3. versic. lo nono se demanda, pag. 124. Sylvest. in sum. verb. matrimonium, el 8. numer. 2.

2 *IBI, postquam illam audiuit.* Nunc verò post decisionem Sacri Concil. Trident. in Sess. 24. capit. 1. de reform. matrim. cum præsumptus consensus ex mutua cohabitatione, non sufficiat ad matrimonium inducendum, nisi post sublatum impedimentum nouus consensus contrahentium interueniat coram parocho & testibus, vt pulchrè aduertit Didac. Spin. in specul. testamen. in glos. 15. princip. num. 61. & habes in collectan. ad textum in capit. ad id quod, de spons. al. & matrimon. dicendum videtur cessare hodie dispositionem istius textus, vnde si vir liber, contraxerit matrimonium ignoranter cum ancilla, quamuis postquam sibi constiterit, eam esse ancillam carnaliter ipsam cognoscat, non est cõpellendus vt eam sicut vxorem maritali affectione pertractet, vt decidit iste textus, pari etiam ratione dicendũ est, quòd si liber, ancillã ducat, quam liberam esse crediderat, & si post donatam libertatem cohabitet cum ea, & habeat accessum ad ipsam sicut antea, non dicetur ex hoc verum matrimonium esse inter ipsos, nisi consensus de nouo interueniat coram dicto parocho & testibus, ex eo præcipuè, quia quando à principio matrimonium non tenuit, quantumcunq; contrahentes se tractent tanquã coniuges, & inter eos interueniat copula, non erit verũ matrimoniũ etiam cessante impedimento, si non adsit nouus consensus, quia vbi non est consensus, inter personas legitimas, non est matrimonium, etiam si sit traductio, & copula. Cum igitur in casu posito, non adsit consensus quia fuit celebratum matrimonium inter personas illegitimas ad contrahendum, dicendum est, inter ipsas non esse matrimonium, nec illud esse poterit, nisi nouus interueniat consensus iuxta formam Concil. Trident. in dicto capit. 1. & in confirmationem huiusmodi interpretationis, facit glos. in verb. nec facto in capit. ad nostram, infra hoc titul. & glos. verb. insciam, in cap. 1. de eo qui dux. in matrimon. quam polluit, & quæ tradunt Anto. Bernad, in sum. capit. 23. nnm. 68. optimè Alphon. Veracruz, in specul. coniug. 1. par. articul. 29. versic. dubitatur adhuc, Ioan. Gutierrez, in canonic. quæst. lib. 1. capit. 18. ex num. 5. ex versicul. quarto roboratur. Abbas, in capit. super eo, numer. 8. de condit. appos.

3 ET quidem, quamuis plures grauissimi Doctores teneant, quòd quando in matrimonio nulliter contracto, interuenit præsentia parochi & testium, sufficit cum postea de nouo validè contrahitur matrimonium illud, quòd clandestinè & sine presentia parochi & testium mutuus contrahentium consensus præstetur ad euitandum scandalum, vt tradit Nauar. in manual. latin. capit. 16. num. 37. & in capit. 22. numer. 70. versic.

verſic.ſed valdè.Cordou.tract.caſ.de conſc. quæſt.51. per ea quæ notant Didac. Couar. in 4.2.par.capit.6.numer.8.verſic. ex quibus,& Dominic. Sot. in 4.diſt.28. quæſt.1. articul.2. verſic. tertia concluſio. Apud me tamen ſemper anceps, & dubia fuit horum doctorum opinio,per ea quæ refert pulchrè inſignis Iuriſconſultus, ob eiuſque ſummam eruditionem vitæ & morum integritatem, magna commendatione digniſsimus Doctor Ioan. Gutierrez, in lib.1. canonic. quæſt.capit.18.ex numer.3.&de iurament. confirmat.1.par.capit.51.num.21.& 24.nec non etiam doctiſsimus Ioan.Segura Dabal. in director.iudic.eccleſ.fori.2.par.capit.15. ex num.39.videbis tamen pro vera reſolutione, Doctores quos pro hac quæſtione habes in 1.par. in collectan. ad textum in cap. 1.ſi quis clam.nu.4. de clandeſt. deſponſat.

AD TEX. IN CAP.1. Vt nullus, de præben, & dignitat.

COLLECTAN. 89.

SVMMARIVM.

1 *In bonis eccleſiaſticis,non datur ſucceſsio, iure conſanguinitatis.*
2 *An valeat conditio poſita in fundatione beneficij, quod illud conferatur conſanguineis & non aliis?*
3 *Si in fundatione beneficij dicatur, quòd præſentandus ad illud,teneatur celebrare bis in hebdomada vel menſe,An neceſſario debeat præſentari ſacerdos, qui actualiter celebret? An verò ſufficiat præſentari clericum ſimpliciter tonſuratum, vel non ſacerdotem, qui per alium celebret illas miſſas?*

1 LAELIVS de Zanchis, de priuileg. eccleſ. in 78. priuileg. colligit ex hoc textu eccleſiam hoc gaudere priuilegio,quod in eius bonis non ſucceditur iure conſanguinitatis,& id etiam probat textus in cap.conſuluit, de iure patronat. & tradit Paul.Fuſc.ſingul.21.literæ *B.* Bernar.Diaz in prax.canon.cap.48.fol.mag.135. latiſsimè Didac.Spin.in ſpecul.teſtamen.in gloſ. 3.princip.ex num.18.vbi etiam differit, An
2 valeat conditio poſita in fundatione beneficij,quod tale beneficium conferatur conſanguineis?de quo etiam eſt videndus Alphon. Hojeda de benef.1.par.cap.23. num.132. & in cap.24.num.107.Lambertin.de iur. patr. in 1.lib.1.par. in quæſt.9. princip. ex num. 109 fol.71.& in 1.lib.2.par.in 2.artic.2.quæſtionis,princip.ex num.1.fol.122. Alphon. Azeued.lib.1.nou. recop.titul.3.l.14. num. 13.Calderin.conſil.4.de iure patro.Aymon conſil.63.num.5.Geminian.cap.cum in eccleſia, num.5. de præbend. in 6. qui omnes indiſtinctè fatentur, huiuſmodi pactum & quaſcunq; alias conditiones poſitas à patrono, in erectione & fundatione beneficij licitas eſſe, Epiſcopi accedente conſenſu, quòd etiam tradit Sebaſt. Medices, de acquiren. rerum domin. in gloſ.1. par.3. num. 352. Immò & aliter prouiſio facta, nulla & irrita cenſeri debet,ex decreto Concil.Trident,Seſſ.25.de refor.cap.5.incip.ratio poſtulat, vbi omnes qualitates in fundatione appoſitas ad vnguem iubetur,ſeruãdas eſſe, & aliter facta prouiſio, nulla & ſubreptitia declaratur.

3 VIDI tamen dubitari in cauſa ardua, An ſi in limine fundationis diceret patronus, quòd prouiſus de illo beneficio teneatur miſſam dicere ſemel aut bis in hebdomada vel menſe? An ad illud beneficium ſit neceſſario præſentandus ſacerdos, qui actua liter celebret?An verò ſufficiat præſentari clericũ ſimpliciter tõſuratũ,vel non promotum ad ordinẽ presbyteralẽ,qui per aliũ celebret illas miſſas? & quidem pro reſolutione ſunt conſulendi Abb.in cap.dilecto, nu. 3.de teſtib.& in cap.cum in cunctis.§.inferiora,ex num.10.de electione.Rippa,in l. ex facto, num.31.ff.de vulgar.& pupillar.pulchrè Ioan.Gutierrez,in conſil.1.ex num.11. Didac.Perez,lib.1.tit.6.l.1.pag.146.verſ. notabile etiam. Roch. de Curt.de iur.patr. verb.honorificum, num.21.latiſsimè Lambertin.de iur.patr. in 2. lib.1. par. in art.27. &in 28.art.7.queſt.prin.ex princ.ex fol.67 Spin.ſpec.teſt.gloſ.4. in princip.num.68.

AD

AD TEX. IN CAP.6. Licet, de voto & vot. redemption.

COLLECTAN. 90.

SVMMARIVM.

1 *Succeſsio in regno vel maioratu, An debeatur filio primogenito, abſq; vllo gravamine?*
2 *Plura referuntur circa intellectum iſtius textus.*
3 *An regni vel maioratus ſucceſſor,teneatur alimenta præſtare ſuis fratribus, ſororeſq; ſuas dotare?*

1 IBI, *mandamus quatenus.* Torquentur ſcribentes,in aſsignanda ratione, quare in hoc textu filius Regis priuatur à ſucceſsione paterna, ob id quòd patris votum non mandauerit executioni & adimpleuerit,cũ ſucceſsio in regno vel maioratu, filio primogenito debeatur,abſq; vllo onere & gravamine, vt apparet ex traditis ab Alexan. conſil.86. volum.6.numer.4. Menchac.de ſucceſ.creat.§.21.num.146. Didac. Couar. in capit.ſi hæredes, numer.9.verſicul.præterea conſiderandum eſt,de teſtament.Iacob. Simanc.de primog.lib.1.capit.7.Palat.Rubeus,in repetit. capit. per veſtras, notab.2. §.1.ex numer.41.Ludouic.Molin.de primogen.lib.1.capit.9.ex numer.1. Tiraquel. de primog.quæſt.21.ex num.3.

2 EX quibus,dubius & difficilis redditur intellectus & ſenſus illius textus,pro ipſius tamen intelligentia eſt videndus Antonius Queſad.diuerſ.quæſt.cap.32.num.14. Guilher.Benedict.in cap. Raynunt.verb.ſi abſque liberis moreretur, ei 2. de compendioſ. ſubſtit.numer.216.Peralt.in 1.3.§.qui fideicommiſſam,ex numer.86.ff.de hęred. inſtituẽ.Capiz.deciſ.121.ex num.2.Couar.in dicto cap.ſi hæredes,ex num.9.in fin.Melch. Pelaez, de maiorat.2. par. quæſt.4. illat.1. numer.8.Ioan.Gracian, regul.194. numer. 11.Xuarez, in repet.l. quoniã in prioribus, in princip.num.20.C.de inoffic.teſtamen.latè Didac.Lopez à Stunica,de vot.quæſt.4. ex numer.50.Ioan.Lecerich.lib.3.de primogenitur.quæſt.6.Carol. Molin. in conſuet. Pariſ.titul.1.§.8.gloſ.3.num.10.Didac. Spino,ſpecul.teſtam.in gloſ.19.princip.ex numer.33.& latiſsimè ex num. 68. & optimè in gloſ.28.princip.ex numer.61.verſic.qualiter igitur. Didac. Perez, lib.5. titul.2.l.1. pagin.120.column.2.verſicul.nec obſtat, & in pagin. 121. per totam. Ludouic. Molina, de primogen.lib.1.capit.9.ex numer.3.verſicul. nec his obſtat. Ioan. Garſia, de expenſ. & meliorat.capit.16.numer.32. multum pulchrè Ludouic. Auendaño, in l. 40. Taur.ex numer.76. vbi in num.91. nouum intellectum aſsignat ad hunc textum.

3 OCCVRRIT tamen dubium, ex ſupradictis,ſi enim primogenitus ſuccedit in regno vel maioratu, abſque aliquo onere, An ipſe teneatur, vel cogi poſsit alimenta præſtare aliis fratribus, ſororeſq; ſuas dotare? pro reſolutione tamen eſt conſulendus Andræas Tiraquel. de primogen. quæſtion.4. ex numer. 33. Baeça, de inope debit.capit.17. numer.72. Lancellot. Conrad.in templum omnium iudic.lib.1.cap.1. §.4.titul. de præſtan. & poten. Imperator. verſicul. primogenituram ſtatuere poteſt. ex numer.10. Ioan. Rojas, de ſucceſ. capit. 5.numer.35.Anton. Cordo. de Lara, in l. ſi quis à liberis.§. idem reſcripſit. ff. de liber. agnoſcen.ex numer.83.& ex numer.92. Iacobus Simanc.de primogen.lib.1. capit.21. Ludouic. Molin. de primogen. lib.1. capit. 11.numer.30.& lib.2. cap.15. ex numer.61. Melchior. Pelaez,de maiorat.1.par.quæſt. 3.ex numer.2.& in 4.par. quæſt.28. Andr. Tiraquel.de primogen.quæſt.62. Pinel. in l.1.3.par.numer.101.C.de bon.mater. Et an ſucceſſor teneatur alimentare inopem vxorem ſui prædeceſſoris in maioratu?latè proſequitur Pelaez,in dicta 4.par.quæſt.27.

AD TEX. IN CAP.11, Relatum, el 1. de teſtam.

COLLECTAN. 91.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum ad pias causas valet, etiam si non seruetur in eo forma & solemnitas iuris ciuilis, dummodo voluntas testatoris constet.*
2 *Testamentum tantum nutu, vel signis conditum quando valeat?*
3 *An testamentum ob rationem incertitudinis, semper vitietur?*
4 *Legatum relictum pauperibus vel ecclesiæ, cui debeatur.*
5 *An testamentum imperfectum ob incompletam voluntatem, valeat?*

1 TESTAMENTVM igitur ad pias causas valet ex hoc textu, & si non fuerit seruata in eo forma & solemnitas iuris ciuilis, & idem tradit Iul. Clar. §. testamentum quæst. 6. ex numer. 1. versicul. est autem, latè Petr. Magdalen. de numer. testium in testamen. 2. par. capit. 6. ex principio. Francisc. Mantic. de coniectur. lib. 6. titul. 3. ex num. 4. latè Tiraquel. de priuileg. causæ piæ, ex priuileg. 1. & optimè Petr. Magdalen. in dicta 2. par. capit. 1. ex numer. 2. & in cap. 3. ex princip. vbi in num. 5. aduertit, quòd immò cum testes tunc non requirantur pro solemnitate & validitate testamenti, sed ad probationem voluntatis, vt dicit etiam optimè Felin. in capit. cum nobis, numer. 11. de præscription. Tiraquel. de priuileg. causæ piæ. 2. priuileg. numer. 1. quòd ideò valebit huiusmodi testamentum, absq; vllo teste, si de voluntate testatoris, aliter quam per testes cõstare potest, vt scilicet per confessionem partis, vel per schedulã manu testatoris scriptam, & recognitam, vt in terminis tradit Philippus Decius, consil. 158. numer. 3. Alexand. consil. 4. volum. 7. ex num. 7. cum aliis adductis per Didac. Couar. hic, numer. 12. qui tandem hanc opinionem sequitur fauore piæ causæ, & in foro poli, vt inquit Iulius Clar. §. testamentum, quæst. 7. numer. 2. & indistinctè illam probat post alios Tiraquel. supra in priuileg. 4.

2 ET hinc, est quòd licet alias testamentum nutu & signis conditum nihil valeat, ex textu in l. iubemus. C. de testament. l. hæredes palàm, in princip. vbi Paul. de Castr. numer. 3. de testament. Didac. Couarruuias in capit. cum tibi, numer. 4. de testament. Francisc. Mantic. de coniect. lib. 4. titul. 4. ex numer. 6. valet tamen ad pias causas, iuxta glos. magnam communiter approbatã, in dicto capit. cum tibi, vbi Abb. numer. 5. & Couar. num. 6. Iul. Clar. §. testament. quæst. 6. numer. 7. Iaf. in authen. si qua mulier, numer. 7. C. de sacrosanct. eccles. & in l. licet, numer. 7. C. de pact. & in l. si cui legetur. §. hoc autem, numer. 12. ff. delegat. 1. Socin. in l. cum auus, numer. 45. ff. de condit. & demonst. Iaf. l. tale pactum. §. fin. ex numer. 12. ff. de pact. Andræas Tiraquel. supra in 8. priuileg. & in l. si vnquam, verb. donatione largitus, numer. 326. Petr. Magdalen. in dicta 1. par. capit. 12. numer. 35. Iosephus Ludouic. in commun. conclus. titul. de testament. conclus. 11.

3 ET hinc est etiam, quòd licet aliàs testamentum vitietur ratione incertitudinis personarum (vt de persona hæredis, est textus in l. tẽpus. §. quoties. ff. de hæred. instituen. & in l. hac consultissima, in principio, vbi Bald. numer. 4. C. qui testament. facere pos. Bar. in l. quidam relegatus, numer. 3. ff. de reb. dub. Iul. Clar. §. testamentum, quæst. 36. numer. 1. Francisc. Mantic. de coniect. lib. 4. titul. 6. ex numer. 1. & de persona legatarij est textus in §. incertis, instit. delegat. Mantic. supra lib. 8. titul. 4. ex numer. 1. Ruynus, consil. 177. volum. 2. numer. 3.) Fallit tamen hoc, in testamento ad pias causas, quòd quidem ratione incertitudinis non vitiatur, vtputa si instituti sint pauperes, vel ecclesia in genere, vel relictum sit in redemptionem captiuorum, nullis specificatis personis, iuxta textum in l. id quod pauperibus, & in l. si quis ad declinandam, & in l. nulli licere. C. de episcopis & clericis, glos. magna in fine, in capit. cum tibi, vbi Didacus Couarru. in numer. 14. de testament. Andræas Tiraquel. de priuileg. 56. priuileg. Francisc. Mantic. in dicto lib. 8. titul. 4. ex numer. 3.

4 ET in tali incertitudine quibus pauperibus, vel cui ecclesiæ relictum intelligatur, adest adhoc glos. in verb. pauperes, in cap. si pater, de testam. in. 6. Abb. in cap. indicante num. 4. & Couar. num. 2. Iaf. §. ex maleficiis, ex

ex numer. 46. instit. de actionib. Abbas consil. 99. volum. 2. numer. 5. Paris. consil. 38. volum. 3. numer. 28. Francisc. Mantic. in dicto lib. 8. titul. 5. ex numer. 2. Lib. 10. regul. iur. ciuil. & pontific. pag. 601. versic. legatum factum ecclesiæ. Didac. Couar. in dicto capit. cum tibi, numer. 14. Tiraquel. dicto 56. priuileg. numer. 1. iuxta medium, latissimè Troilus Malui. tract. de oblationib. in 3. & 4. dubio.

5 EST tamen aduertendum pro intellectu istius textus, quòd quando testamentum est imperfectum, imperfectione vt aiunt, in completæ voluntatis, vtputa, quando testator cœpit facere testamentum & morte preuentus, perficere non potuit, vel quando tantum præparauerat se ad testandum, iuxta exemplum allegatum in l. si quis cum testamentum, & in l. ex ea scriptura. ff. de testament. non valet etiam ad pias causas, vt resoluit Abbas, consil. 105. ex numer. 2. volumin. 2. Alexand. consil. 105. ex numer. 3. volum. 7. Boer. decis. 93. numer. 10. & in decis. 240. numer. 5. Grammat. decis. 62. ex numer. 14. Iacob. Menoch. lib. 3. præsumpt. 131. numer. 10. Didac. Couar. hic, numer. 9. Iulius Clar. §. testamentum, quæst. 7. numer. 5. Andræas Tiraquel. in 7. priuileg. numer. 2. Anton. Gabriel, lib. 4. commun. opinion. titul. de testament. conclus. 9. ex numer. 6. Ex quibus inferri potest, eo in casu minime valere testamentum etiam ad pias causas, aduersus Doctores, quos allegat Andræas Tiraquel. in dicto 7. priuileg. numer. 1. quos concordat Anton. Gabriel. in dicta conclus. 9. numer. 7. dicens, quòd quando voluntas erat perfecta, quo ad piam causam, licet esset imperfecta, quo ad alias solemnitates iuris ciuilis, tunc testamentum valet, & idem attestatur Couar. hic, numer. 10. & est ad hoc omnino videndus Lib. 18. regul. iuris ciuil. & pontific. pag. 884. per totum, & hic intellectus verior videtur ad textum nostrum, si rectè perpendatur.

AD TEX. IN CAP. 7. Accedens, de raptorib.

COLLECTAN. 92.

SVMMARIVM.

1 *Plura aduersus raptores mulierum, & an inter ipsos possit contrahi matrimoniũ?*
2 *De pœna mulieris, quæ rapuit virum.*
3 *Aduersus eum qui rapuit meretricem.*
4 *Raptor, si non coëat cum rapta, An euitet pœnam ordinariam?*
5 *Conatus in atrocioribus delictis, An puniatur pœna ordinaria?*
6 *An raptor euitet pœnas, si rapta consentiat se rapi ante vel post raptum, vel si eam ducat in vxorem?*
7 *Aduersus eum qui rapuit virginem nondum viri potentem.*
8 *De eo qui rapuit mulierem, quæ aliàs est tacta, vel lasciuè osculata.*
9 *An liceat transigere in crimine raptus?*

1 PLVRA aduersus raptores mulierum, & An & quando inter eos sit prohibitum contrahere matrimonium, & pulchra alia circa hanc materiam, cumulant Anton. Gomez. l. 80. Taur. ex num. 36. Iodoc. Damhouder. in prax. crimin. capit. 95. latissimè Iul. Clar. §. raptus, Volum. 1. commun. opin. pag. 181. verb. raptor. Concil. Trident. Sess. 24. capit. 6. de reformat. matrimon. Thom. Cerdan. in lib. visit. de la carcel, cap. 13. numer. 24. Couar. in 4. 2. par. capit. 3. §. 9. ex numer. 1. Rebuf. in prax. titul. de dispens. in gradib. prohibit. in glos. 6. Caballin. in ægidian. constitut. lib. 4. cap. 69. in glos. A. Petrus Mozius, de contract. titul. de matrimonio. §. qui pos. contrahere matrim. vel non, numer. 15. Ioan. Matienço, lib. 5. recollect. titul. 1. in glos. 1. rubr. num. 142. Sebast. Medi. in sum. peccat. 2. par. tit. 8. quæst. 33. Simon. Maiol. de irregul. lib 5. cap. 42. Viuald. in cã delabr. eccles. tit. de matrim. nu. 103. Anton. Scap. de iure non scrip. lib. 5. cap. 146. textus & Doctores, in l. raptores, & in l. si quis non dicam rapere. C. de episcop. & cleric. & in l. vnic. C. de rapt. virgin. Brunell. tractat. de sponsalibus, conclus. 29. Alphonsus Veracruz, in specul. coniugium. 1. par. articul. 25. & in appen. ex fol. 80. vbi in numer. 3. in fin. tradit pœnam mulieris, quæ

rapuerit virum, de quo etiam differit Iulius Clar. vbi supra, numer. 6. Anton. Gomez, supra, ex numer. 37. Lancellot. Gallia, in consuetud. Alexan. in glos. legare, quæst. 4. numer. 23. Andræas Tiraquel. de retract. linagier. §. 20. glos. vnic. num. 4. iuxta medium Ludouic. Gomez, in regul. de infirm. resignat. quæst. 6. versicul. & in summa, addit. ad Mathes. singul. 102. num. 16.

3 DE eo autem qui rapuit meretricem, differit Anton. Gomez. in l. 80. Taur. numer. 45. Paul. Fusc. singul. 36. in principio, in litera P. Guilierm. Benedict. in repetit. capit. Raynuntius. 3. par. verb. qui cum alia matrimon. contrahens, ex numer. 264. Iul. Clar. in dicto §. raptus, numer. 5. Iacob. Menoch. de arbitrar. cas. 291. ex numer. 2. Soarez, in thesaur. recept. sentent. verb. meretricis raptor. Lancellot. Gallia, in consuet. Alexand. in glos. maritus, quæst. 3. numer. 44. Mathes. singul. 101. vbi additio, in numer. 6. Quærit, quid quando quis rapuerit virginem incedentem in habitu meretricio?

4 ET raptor si non coëat cum rapta, An euitet pœnam ordinariam? est videndus Grammat. decis. 2. numer. 29. Cœpol. in consil. criminal. consil. 56. incip. super quærella raptus, numer. 9. Francis. Vivius, lib. 2. communun. opin. 53. ex numer. 4. Iacob. Menoch. de arbitrar. cas. 291. numer. 10. & optimè cas. 360. ex numer. 30. Didac. Perez, lib. 8. titul. 15. in rubric. pagin. 279. versicul. quæritur quis rapuit, optimè Didac. Couar. in clem. si furiosus. 2. par. in init. numer. 8. vbi etiam differit dubium illud, quòd disputant Doctores in dicta l. si quis non dicam rapere.

5 An conatus in atrocioribus delictis puniatur pœna ordinaria? de qua quæstione latè agit Neuizan. in sylu. nupt. lib. 4. num. 46. Alphan. in collectan. numer. 455. Andræas Tiraquel. de pœn. tempera. ex caus. 37. vsq; ad causam 40. Tiraquel. in l. si vnquam, verbo reuertatur, numer. 334. Iacob. Menoch. cas. 360. ex numer. 54. latissimè Iulius Clar. lib. 5. §. fin. quæst. 92. ex princip. Ioan. Martinez de Olano, in antinom. in litera C. ex numer. 93. Cauallin. in ægidia. constitut. lib. 4. capit. 58. in glos. A.

6 AN autem pœna raptus quis teneatur, etiam si rapta consentiat se rapi, siue ab initio, siue ex post facto? tradit Iul. Clar. in §. raptus, numer. 3. & in numer. 8. agit. An raptor euitet pœnas, si raptam ducat in vxorem? de quo etiam differit Syluest. in sum. verb. luxuria, numer. 6. Guilierm. Benedict. in repetit. capit. Raynuntius. 3. par. verb. qui cum alia matrimonium contrahens, numer. 53. Angel. in verb. che ay adulterato, numer. 57. & An euitet pœnas si ipse raptor & rapta fateantur, se antea contraxisse matrimonium? est videndus Anton. Gomez, in dicta l. 80. numer. 44.

7 ET de illo qui rapuit virginem nõdum viri potentem, differit Guid. Pap. decis. 555. numer. 3. Et An raptor gaudeat immunitate ecclesiæ? est videndus Didac. Couar. lib. 2. variar. resolut. capit 20. numer. 8. Iul. Clar. §. final. quæst. 30. num. 10.

8 ET An statutum puniens eum qui rapuerit mulierem, habeat locum quando est rapta mulier quæ aliàs est tacta, vel lasciuè osculata? vide per Andr. Alciat. regul. 2. præsumpt. 9. numer. 2. Grammat. decis. 107. numer. 5. Hyppol. de Marsil. singul. 74. incip. tu habes, numer. 4. & in tractat. de fideiuss. numer. 175.

9 ET in crimine raptus, An liceat transigere & pacisci? tradit optimè Martin. del Rio, in repet. l. transigere. 2. par. numer. 114. C. de transaction. Iulius Clar. §. final. quæst. 58. numer. 12.

AD TEX. IN CAP. 21. Ad id quod, de sponsal. & matrimon.

COLLECTAN. 93.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium metu contractum, An sit nullum?*

2 *Matrimonium metu contractum validatur per spontaneam cohabitationem.*

3 *Verus intellectus ad istum textum assignatur.*

4 *Quando iudex timet liberum consensum impediendum fore alicui mulieri, quid facere debeat?*

5 *Præsumptus consensus ex mutua cohabitatione, hodie non inducit matrimonium.*

1 QVAMVIS matrimonium contractum, metu cadenti in cõstantem virum, nullum sit ipso iure, iuxta textum in capit. cum locum, & capit. veniens, vbi habes de sponsalib. & matrimon. & tradit Dominic. Sot. in 4. distin. 29. quæst. 1. articul. 3. Victor. in sum. titul. de sacrament. matrimon. numer. 268. Alphons. Veracruz, specul. coniug. 1. par. articul. 7. ex versic. pro solutione, pag. 51. Didac. Couarru. in 4. 2. par. capit. 3. §. 5. numer. 1. latissimè Stephan. de Gaeta, in repetit. capit. ad limina. 30. quęst. 1. §. 4. ex numer. 436. Ioan. Gutierrez, de iurament. confirmator. 1. par. capit. 57. numer. 22. Vivaldus, in candelabr. eccles. titul. de matrimon. ex numer. 57. Ioan. Matiença, lib. 5. recollect. titul. 1. in glos. 1. rubricæ, ex numer. 27. Petrus Mozius, de contract. titul. de matrimon. in init. numer. 5. versicul. item debet esse talis, fol. 172. & in §. fin. numer. 34. fol. 198. latissimè Iacobus Menoch. lib. 3.

2 præsumpt. 4. ex numer. 3. Communiter tamen iste textus allegatur ad hoc, quòd etsi matrimonium sit contractum metu, iste tamen metus purgatur, per spontaneam cohabitationem tanti temporis, quòd præsumi possit sublatam fuisse timoris causam, & spontaneum consensum accessisse, vt per Alphons. Veracruz, specul. coniugior. 1. par. articul. 8. pagin. 67. versicul. contra istam determinationem, latè Stephan. de Gaeta, in repetition. capit. ad limina. 30. quæst. 1. §. 4. ex numer. 454. Alciat. consil. 5. ex numer. 9. Petrus Mozius, in dicto titul. de matrimon. §. de substan. formalibus, & essentialibus matrimonij, numer. 10. fol. 182. latè Iosephus Mascard. volumin. 2. de probation. conclus. 1051. ex numer. 35. Iacobus Menoch. in dicta præsumptio. 4. ex numer. 24. Sylvest. in sum. verb. matrimonium, el 8. numer. 11. ex versicul. quintum si mulier. Didac. Couarru. in 4. 2. par.

3 capit. 3. §. 6. ex numer. 1. Secundum quos cohabitatio per annum & dimidium, de qua in hoc textu, potiùs ad factum quam ad ius pertinet, cohabitatio enim tunc metum expurgat, quando illa contingit, postquam causa metus recessit, vt probat Nauar. in capit. statuimus. 19. quæst. 3. numer. 71. versicul. ad quæ respondeo. Iacob. Menochius in dicta præsumpt. 4. ex numer. 24. & facit textus in capit. 1. de his quæ vi metúsve causa fiunt. vbi apparet metum durare per tanti temporis spatium, seu interim dum durat causa metus.

4 EX quibus inferunt Petrus Mozius, in supradicto numer. 10. & Didac. Couarru. in dicto numer. 2. quod si iudex timet libertatem consensus in aliqua fœmina impediendam fore, id agere debet, vt mulier illa in loco honesto ac tuto deponatur, vbi liberè possit consensum suum exprimere, iuxta textum in capit. cum locum, versicul. quo circa, hoc titul. per quem textum id tenet Alexand. consil. 161. volumin. 5. numer. 10. Aymon. Craueta, consil. 190. ex numer. 1.

5 PVLCHRE tamen aduertit peritissimus decretorum interpres Didac. Spino, in specul. testament. in glos. 15. principal. numer. 61. Quòd quamuis attento iure communi, matrimonium metu contractum, conualidetur per spontaneam cohabitationem, quia vt dicunt Doctores vbi supra, ex illa mutua cohabitatione inducebatur, quidam nouus præsumptus consensus, ex quo matrimonium conualidatur, hodie tamen post Concilium Tridentinum cum præsumptus consensus ex mutua cohabitatione non sufficiat, nisi de nouo post sublatum impedimentum ratificetur coram parocho & testibus, dicendum est dispositionem istius textus cessare, & idem etiam tradit Ioan. Gutierrez, lib. 1. canonicar. quæstion. capit. 18. numer. 7. Petrus Mozius, de contract. titul. de matrimon. §. de diuisione matrimonij, num. 5. in fine.

AD TEX. IN CAP. 1. Susceptis, de causa possess. & proprietat.

COLLECTAN. 94.

SVMMARIVM.

1 *Causa possessionis, & proprietatis sub eodem iudice terminari debet.*
2 *Licentiaturæ gradu condecoratus in vna vniuersitate, An & quando possit doctorari in alia?*
3 *De origine citationis, & An eam Princeps tollere possit, proferreq; sententia in contra inauditam partem?*
4 *In notoriis causis, aut quando notoriè constat nullam competere defensionem absenti, An sit necessaria citatio?*

4 EX quibus, iustissimè in hoc textu, Summus Pontifex persuadere conatur, vt ea quæ promittuntur opere compleantur, & ita quærunt Doctores, An ex promissione, seu ex sola pollicitatione oriatur actio? vt per. Ioan. Matiençø, lib. 5. recollection. titul. 16. l.2.glos. 1. ex numer. 7. & & in glos. 4. & tradit pulchrè Didac. Perez, lib.3.titul.8.l.3. pagin.611. ex versicul. est tamen dubium. Felin. repert. verb. pactum nudum non habet, in versicul. adde tu quid, fol.88.colum.2. Didac.Couarru.in capit. quamuis pactum. 2. par. §. 4. ex numer.15. Ioan. Martinez de Olano, in antinom. in litera P. numer. 36. latè Ioan. Matiençø, lib.5.recollect.titul.10.l.7.in glos.2. ex numer. 15. Volumin. 1. commun. opin. pagin. 320. verb. pollicitatio. Anton. Gomez, tom.2.variar. capit.9. ex numer.1. latè dissertissimus dominus Doctor Martin. Monter. in rubric. C. de pactis, ex numer. 25. Burſat.consil. 160. num.86.

5 AN autem ex pollicitatione quis obligetur in conscientia? est videndus Ioseph. Angles, flor. Theolog. in quæstione de voto, pagin.88. versicul. per solam. Aduerte
6 tamen, quòd pulchrè interpretatur istum textum Ferdinand.Mendoça, in lib.3.disputat. iuris ciuil.capit.9.quæst.5.numer.33.ex pagin. 701. quem omnino videbis pro vera intelligentia,& ornatu huius textus.

AD TEX. IN CAP.8. In præsentia, de probationib.

COLLECTAN. 111.

SVMMARIVM.

1 *An hæres institutus in casu, quo aliquis decedat sine liberis, excludatur si institutus efficiatur clericus, aut religiosus, monasteriumque An & quando habeatur loco filij?*
2 *Filia cui sunt relicta quinquaginta, si ingrediatur monasterium, & centum si maritetur, An consequatur centum, si monasterium ingrediatur?*
3 *An & quando valeat conditio adiecta legato, si nupserit arbitratu Titij?*
4 *An valeat conditio adiecta legato, si nupserit Titio? & An consequatur tale legatum mulier, quæ non nupsit sed monasterium ingreditur?*
5 *An & quando natis liberis extinguatur substitutio facta sub conditione si decesserit sine filiis?*
6 *Grauatus restituere hæreditatem post eius mortem, An statim quo ingreditur religionem, teneatur eam hæreditatem restituere? An verò eius mors naturalis expectari debeat?*

1 ARDVA & difficilis extat quæstio per hunc textum, An substitutus in casu quo aliquis decedat sine liberis excludatur, si institutus efficiatur clericus,vel religiosus, ita quod monasterium vel ecclesia succedat loco filij, euanescatq; talis substitutio? & quid etiam quando substitutus esset locus pius vel religiosus, An similiter eo casu substitutio euanescat, si institutus ingrediatur

grediatur aliquod monasterium? pro quibus omnibus sunt consulendi Didac. Couar.lib.1.variar.capit.19. ex numer. 6. Volum.1.commun.opin.pagin.211.verb.substitutus sub conditione ista, Andr.Tiraquel.l. si vnquam verb. susceperit liberos, ex numer.42.& 47.Tiraquel.de retract.linagier. §.1.glos.8.num.20. optimè Sylueir.in sum. verb.hæreditas, el 4.numer.12. Petrus Rebuf. in repetit.capit. Raynuntius, de testament.numer.73.Emanuel. Costa, in capit.si pater.1.par.verb.si absq; liberis, ex numer. 70. Doctores in authen. nisi rogati.C.ad Senat. Consult. Trebellian,Alphan.in collectan.numer.473. Menchac.de succes.creat. lib.3.§.21.ex numer.166. Aymon. Crauet. consil.152.ex numer.1. Dec. consil.258. incip.visis his,& cõsil.426. incip. in duobus, doctissimus D. Paleotus, de noth. & spur. capit.28. num. 15. Fanuc.de lucro dot. glos. 5.numer.23. Aurel. Corbullus, de causis ex quib.emphyteuta iure suo priuatur,in titul. de causa priuation.ob mortem ciuilem, ex numer.11.pag.42.Francisc.Mantic.de coniectur.vltimar.voluntat.titul.7.ex numer.2. Aluarad.de coniectur.mente defuncti,lib.2. capit.3.ex num.1. optimè Didac.Spino, in specul.testament.in glos.12.princip. ex numer.27.& in glos.14.princip. ex num. 125. & in glos.15.princip.ex nu.105. Tiraquel. de priuileg.causæ piæ,priuileg.95.& in tract.le mort saisit.2. par.decl.4.num.5. Augustin.Beroi.quæst.34.Barbac.de præstan. Cardinal.1.par.quæst.5.num.15. Didac.Perez,lib.5.tit.5.l.1.pag.134.colum.2.in princip.Melch.Pelaez, de maiorat.2.par.quæst. 3.Ioan. Matienço, lib.5.recollect. titul.11.l. 7.in glos.2.numer.21.Iacob.Menoch.deprę sumpt.lib.1.quæst.80.num.5. Francis. Marzar.in epitom.de fideicom.quæst.31. Mich. Palac.de contract.lib.6.capit.6.pagin.530. versic.item si quis substituat. Sebast.Medi. in tract.mors omnia soluit.1.par. ex numer. 45.& optimè in 3.par.ex numer. 48. peritissimus Doctor Hieron.Portoles,tract. de consort.cap.14.num.16.latè Bursat. consil. 199.&consil.97.numer.23.Bernar.Diaz,regul.219. versic. secundo contra. Sebastian. Medic.tractat.mors omnia soluit.2.par. conclus.44.numer.119.Alexan. consil.121. volum.2.Rolan.consil.35.volum.3. ex num.11. Guid. Pap.singul. 556. incip. an monasterium.Ioan.Dilect.de arte testan.titul.5. caut.18.ex pag.172.latissimè Ioan.Gutierrez lib.1.canonic.quæst.cap.32.ex princip.

2 VLTERIVS circa hunc textum quæri solet, An filia cui mille pater reliquit si nupserit, & centum si monasterium ingrediatur, consequatur mille si monasterium fuerit ingressa?de qua quæstione disserit latissimè Anton.Gabriel.lib.4.com. opin.titul.de legatis, conclus.2. Didac.Couar. lib. 1.variar.resolut.capit.19.numer.9. Roland. consil.35.volum.3.Emanuel.Costa,in l.cum tale.§.si arbitratu,de condit.& demonstrat. ampl.11.numer.5.Mathes. singul.52. incip. nota quod si testator, vbi Gabr.Saray,in additionib. Thom.Ferrar.caut.9.Eman. Soarez, in thesaur.recept.senten.verb.religionem ingressa, Volum.1.commun.opin.pag. 79.verb.filiæ relinquens, latè Lib.6. regular.iur.ciuil.& pontific.pag.477.versic. dubitant Doctores, an valeat. Ludouic. Beja, in respons.cas.consc, cas.44. pulchrè Francisc. Viuius,in sylua commun.opin.328. pagin.305.Hyppol.de Marsil.tractat. de fideiuss.numer.127.Alexan. consil.121. volum.2. numer.14. Philip. Dec.consil.674. incip. in testamento. Ias. in authen. si qua mulier, numer.9.C.de sacrosanct.eccles.Paris. consil.65.volum.2.numer.14. Volumin.1.commun.opin.pag.182.verb. relictum filiæ, latè Didac.Perez,lib.5.titul.2.l.1.pag.134.versic.vtrum autem legatum dotis.Iacob. Menoch.consil.169.Menchac.de succes.creat. lib.3.§.21.numer.176. latè Mich. de Palac. de contract.lib.6.capit.6.ex pag.530.versicul.præterea omnis. Petr. Mozius, de contract.titul.de matrimon.§. de diuisione matrimonij, numer.1.versicul.optimè facit illa decisio, fol.173.Hyppol. singul. 215.num.2. Nicol.Boer.decis.3.numer.14.Sylvest.verbo hæreditas, el 4.numer.13.optimè Anto. Cordou. de Lara,in l. si quis à liberis, in §. si quis ex his, ex numer.174.pulchrè Ioan. Gutierrez,lib.1.canonic.quæstion.capit.32. ex numer. 15. Didac. Spino, in specul. testament.in glos.14.princip. ex numer. 110. latè Francisc. Mantic. de coniectur. lib. 11. titul.18.ex numer.27.

3 DVBITARI vlterius solet, per hunc textum, An valeat conditio adiecta legato si nupserit arbitratu Titij? pro quo est videndus Emanuel.Costa,in dicto §.si arbitratu,

tratu,ampliat.vltima. Guilier. Benedictus, in repetit.cap.Raynuntius.3.par. verb. qui cum alia matrimonium contrahens,numer. 89.Bernar.Diaz,regul.114.incip.conditio de nubendo,optime Francisc.Mantica, de coniect.lib.11.titul.18. ex num.8. textus & Doctores,in l.cum tale.§.rescriptũ,de condit.&demonstr.Didac.Couar.in 4.2.par.capit.3.§.8.num.3.vbi etiam dixerit, quid dicendum sit,quando relictum fuit legatum, sub conditione si nupserit cum consilio Titij?quòd etiam examinat Guiliel.Benedict. vbi supra,numer.88.Natta,consil.355.Menoch.consil.69.vol.1.num.29.Bursat. cons. 151.volum.2. numer. 60. & plures habes in collectan.ad textum in capit.1. si quis clam, de clandestin.desponsat.num. 6. Est tamen in hoc aduertendum,quòd quamuis commune sit apud Doctores, non valere talem conditionem in virgine, vel in ea quæ nondum duxerit,quod nubat arbitratu Titij vel alterius, in vidua tamen talis conditio non reiicitur, immò est valida, vt ex Doctoribus,in l. Turpia.§.1.ff.delegat.1. tradit Ioan Matienço,lib.5.recollection.titul.1.de matrim. l.3.in glos.2.numer.17.Eman.Costa,in dicto §.si arbitratu,ampliat.vlt.numer.15.Didac. Spin.specul.testam.in glos.14.princip. numer.103. Et quòd valeat conditio legati relicti virgini, si Titio nupserit, est videndus Didac.Couar.dicto §.8.num.2. Paul. Fusc. singul.7. literæ L.

4 AN autem legatum alicui relictum,sub conditione si Titio nupserit, consequatur mulier quæ non nupsit, sed in monasterio Deo se sacrauit? est consulendus Ant.Cordou.de Lara,in l.si quis à liberis.§.si quis ex his,ex num.177.ff. de liber.agnosc. pulchrè Ludouic. Beja, in respons.cas.consc.cas. vltimo, & faciunt ad hoc tradita per Francis. Mantic. supra in dicto lib. 11. titul. 18. numer.26.

5 DVBITATVR etiam in hoc textu,per glossam hic,verb.si absq; liberis,An & quando natis liberis,extinguatur substitutio alicui facta sub cõditione,si decesserit sine filiis,? pro quo est videndus Oldradus, consil.21. pulchrè Bursat. consil.1.Aymon. Crauet.consil.98. Abb.consil.40.volum.1. Andræas Tiraquel. in l.si vnquam,verb.susceperit liberos,numer.190. Volum.1.commun.opin.pag.421. verb. substitutio facta. Bald.consil.57.volum.2.Alexand.consil.31. volum.3.ex num.1.vbi Carol.Molin. in addition. in litera B. Alexand. consil. 53. vol. 6.numer.11.Paris. consil.18.volum.2.Rolandus,consil.56.volum.3.ex num.9. Alexand. consil.139 volum.6.numer.3. Ioan. Dilect. de arte testan.titul.5.de substitution.cautel. 25.pagin.187. Roland.consil.6.volum.4.numer.8.& consil.34.volum.4.numer.68. & in consil.43.volum.4.num.57.

6 ET grauatus restituere hæreditatem post eius mortem, An statim quo ingreditur religionem teneatur restituere, an verò eius mors naturalis sit expectanda?tradit Ioan. Matienço, lib.5.recollect. titul.4.l.3. in glos.2. numer.3. Emanuel. Costa, in capit. si pater. 2.par. verb. testatore mortuo, ex numer. 6. Didac. Spino, specul. testament.in glos.12.princip. ex num.32. versic. maior tamen.

AD TEX. IN CAP.6. Quia circa, de bigamis.

COLLECTAN. 112.

SVMMARIVM.

1 *Per fornicationem vel per adulterium,non contrahitur bigamia, sed necessario requiritur, quod interueniat matrimonium.*

2 *An clericus in sacris committat incæstum fornicando?*

3 *An fornicatio simplex sit sufficiens causa ad deponendum clericum?*

1 QVIA coniunctio fornicaria non significat coniunctionem illam spiritualem, Christi cũ vnica & immaculata sponsa ecclesia,sed tantùm eã significat coniunctio coniugalis, sic per fornicationes aut adulteria iterata, non contrahitur bigamia,nisi quando in matrimoniis, de iure aut facto contra-

ctis superuenerit copula, vt ex hoc textu colligunt Nauar.manual.latin. capit.27. numer.196. Diuus Antonin.de irregular. cap. 3.numer.2.in volum.16.tractat.Simon. Maiol.de irregularit. lib.1. capit. 33. ex numer. 10. Domin.Sot. in 4.distin.27.quæst.3. art. 1. Couarru. in clement. si furiosus. par.1.§. 2.numer.2. Et sic est, quòd in hoc textu habens plures concubinas non est bigamus, quemadmodum nec dicetur bigamus, qui postquam contraxit matrimonium cum vnica & virgine,siue ea mortua,siue viua habet concubinam: quia si non contrahat matrimonium cum ea,non diciturquoad effectum contrahendi bigamiam,suam carnem in plures diuisisse, vt optimè tradit Petr. Rebuf. respons.88.Simon. Maiol.in dicto capit.33. numer.12.Brunor. à Sole,in quæstion.legal. quæst.32.numer.18. vt enim dicit Dominic. Sot. in dicto artic.1.ad fin. quamuis fornicatio, & adulterium peiora sint, quàm plures ducere vxores, immò hoc non est malum (successiuè id modo fiat) tamen non vitiat significationes vnitatis sacramenti,sicut vitiant matrimonia multiplicata, si in eis carnalis commistio intercedat, vt pulchrè tradunt Doctores supra allegati. Et quare huiusmodi bigami non possint promoueri ad sacros ordines,habes in collectan.ad textum in capit.3.bigami,hoc titul.

IBI, Pro simplici fornicatione. Adest iste textus contra glossam, verb.filij, in l.2. C.de epiſcop. & cleric. quæ dicit quòd clericus in sacris committit incœstum fornicando, & tamen textus iste statuit, quòd solum simplicè committat fornicationem, pro veritate tamen istius quæstionis, est consulendus Felinus, in capit.cum dilectus, numer.6.de accusation. Menchac. de succesion.creation.§ 22. limitat.18.numer.50. Franciscus Sarmient.lib.1,selectar. capit.5. numer.9.versicul.in clerico autem. Iul.Clarius, in §. incœstus, in princip. versic. quin immò etiam, & in §. fornicatio, numer.18. Cosmas, in pragmatic. sanction. verb.arcere, in titul. de concubinar. §. ipsas autem, fol.192.Felin.in capit.at si clerici, num.14. de iudic. Ludouic. Auendaño, ad l.9. Taur. glos.10.ex num.8.Ioan.Martinez de Olan. in antinom. in litera C. ex uumer. 45. Illustrissimus Cardinalis Paleot. de noth. & spur.cap.16.numer.14.Ioseph. Gonçalez, variar.quæstion.capit.5. numer.8. Didacus Lopez de Stunica, de vot. quæst.4. ex numer.27.Roland.consil.98. volum.1. numer. 8. optimè Franciscus Caldas, de nomin. emphyt.quæst.19.ex numer.51.Læl.de Zanch. priuileg.135.numer.12. Foller. in prax. crimin.2.par.cap.19.numer.5.

3 QVAERVNT tamen scribentes, An fornicatio simplex sit causa depositionis clerici?pro quo est consulendus Bernar. Diaz, in prax. canonic. capit./2. vbi Salzed. in addition. in litera A. optimè Corset.singul.126. Didac.Perez, lib.8.titul.19. l.23.pagin.377.colum.2. versicul. verum autem propter.Foller.in prax.crimin.in dicto capit.19.numer.6. Abb.in capit. at si clerici,numer.35.de iudic.vbi Felin. numer.14. versicul. virum autem, & Philip. Dec. ex numer.223 & Augustin. Berci.numer.165. Dueñas, regul.101. Didac. Couar. in 4.2. par.capit.6.§.8. numer.3. Menchac. lib.3. de succes.creat.§.22.numer.48.Nauar.in capit.consideret, in princip.numer.121.de pœniten.dist.5.Iacob.Menoch.de arbitrar.cas. 418 numer.3.Iul.Clar.§.fornicatio,nu.3. Ioan.Selua, de benefic.3.par. quæst 3. num. 7. Lambertin. de iure patronat. in 1. par. 2. lib.in articul.20.9.quæstionis principal numer.14.Francis.Vivius,lib.2.communion.opinion.46 & opin. 55. Hyppol. Bonacos. in com.opin.crimin.verb.clericus fornicarius Didac.Perez, lib.1.titul.3.l.23. pagin. 104. versic.quæri tamen potest.

AD TEX. IN CAP. 6. De his,de accusation.

COLLECTAN. 113.

SVMMARIVM.

1 *Crimen semel à iudice punitum, An possit iterum castigari?*
2 *Absolutio ab excommunicatione obtenta virtute Iubilei, vel bullæ Cruciatæ, an prosit excõmunicato in vtroque foro?*
3 *An in delicto mixti fori, iudex secularis possit punitum à iudice ecclesiastico iterum castigare?*

AN

1 AN & quando crimen semel à iudice punitum pœna spirituali vel temporali, possit iterum in iudicio tractari de punitione illius? est consulendus Anton. Gomez, tom. 3.variar.capit.1.ex numer.26. Abb. in cap. accepimus, numer.2. de purgat. canon. & in capit.1. numer.15. de offic. ordinar. Bonacos. in commun.opin.crimin.verb. absolutus semel, latè Didac.Couar.lib.2. variar. resolut. capit.10. ex princip. latissimè Iul. Clar.lib.5.§.fin.quæst.57.ex princip. Francis. Pegna, in 2.par. director.schol.20. colum.5. Nicol.Boer.decis.289. Alexan.consil.11.volum.1.numer.7. Philip.Dec.consil. 137.numer.1. Natta, consil.225.numer.1.Roland. consil. 69. volum.3. numer.63. Felin. in capit.cum sit generale, numer.21. de for. compet. Bernard. Diaz, regul.6. Andræas Tiraquel. de pœnis temper. caus. 25. num. 4. latissimè Robert. Marant. de ordin. iudic. 6. par. in princip. titul. de inquisit. ex numer.49.Rip.in l.final. quæst.67.numer. 226.C.de reuoc. donation.Didac.Couarru. in capit.Raynuntius, numer.18. de testam. latè eruditissimus Hieronym. Portoles, in schol.ad Molin.in §. absolutus, ex numer. 1.Iacobus Simanc.de catholic.institut.titul. 8.ex numer.17.Anton.Scap.de iur.non scripto, lib.1. capit.11. ex numer.13. Auiles, in capit.25. prætorum, in glos. la pragmatica, numer.11.optimè Brunor.à Sole,in quæst.legal.quæst.17.ex princip.

2 MAIVS tamen dubium est, An absolutio ab excommunicatione, etiam damno soluto, & præmissa satisfactione,obtenta virtute Iubilei,vel bullę Cruciatę,prosit excommunicato in vtroque foro, vel tantùm in interiori, ita quòd in exteriori foro iudiciali, quoad exterioris iudicij effectus puniri valeat sic absolutus? pro cuius dubij resolutione, est omnino consulendus Didac. Couarru. in capit. alma mater. 1. par.§. 11. numer.16. Antonius Cordou.tractat.cas.de conscienc. quæst.20. latissimè Ioan.Gutierrez, in quæstion.canonic.lib.1.capit.2.Emanuel.Rodriguez, in explicat.Bull.Cruciat. §. 9. numer. 55. Barthol. Medin.2. par. institucion de confessor. capit. 12. iuxta finem.

3 AN autem iudex secularis, possit iterum castigare delinquentem punitum à iudice ecclesiastico, de delicto mixti fori,siue sit ab eo satis condignè punitus siue non? vide quæ habes in collectan. ad textum in capit.2.statuimus.§.per temporalem,de maledic. & Brunor à Sole, in quæstion. legal. quæst. 17. ex numer. 40. Camil. Borrel. in additionib.ad Bellug. in specul.rubric.11.§. videamus, in liter. C. Didac. Perez, lib.8. titul.5.l.1.pag.178.colum.1.in fine.

AD TEX. IN CAP.3. Nos quidem, de testamentis.

COLLECTAN. 114.

SVMMARIVM.

1 *Lapso anno,executor testamenti priuatur, & executio deuoluitur ad Episcopum & hic annus à quo tempore currat?*
2 *An legata in testamento,sint suspensa ante aditionem bonorum?*
3 *An requiratur monitio, antequam hæres priuetur hæreditate, etiam lapso anno ad exequendum?*
4 *An quando vnus est hæres, & alius vsufructuarius omnium bonorum, quis eorum teneatur soluere legata & debita defuncti?*
5 *An testamentum possit executioni mandari ante diem præfixum à testatore?*
6 *An & quando executoris testamenti officium,transeat ad hæredem vel successorem?*
7 *An executor cui committitur exoneratio conscientiæ defuncti, debita præscripta debeat soluere?*
8 *Executor testamentarius, quo ordine & modo, teneatur distribuere bona inter pauperes,& An si ipse sit pauper, possit ea sibi assumere, vel dare filio spurio testatoris, vel vni pauperi assignare totam quantitatem?*

1 COMMVNIS textus ad hoc, quòd lapso anno dato executori testamenti ad exequendum, executio deuoluitur ad Episcopum: pro hoc tamen est consulendus Abb. in capit. quia diuersitatem, numer. 3. de concess. præben. & in repet. capit. cum esses, numer. 34. de testament. Volum. 1. commun. opinion. pagin. 497. verb. executores à iussu. Roch. de Curt. de iure patronat. verb. construxerit, numer. 15. Ioan. Dilectus, de arte testand. titul. 7. cautel. 6. Bursatus, consil. 133. volumin. 2. numer. 14. Ioan. Gutierrez, in pract. lib. 1. quæst. 44. numer. 4. & lib. 2. quæst. 45. num. 1. post medium. Melch. Pelaez, de maior. 1. par. quæst. 48. nu. 2. Mandos. in tractat. de annalib. casib. numer. 111. Paul. Fusc. de visitat. lib. 2. capit. 21. numer. 47. Camil. Borrel. in aditionib. ad Bellug. in specul. Princip. rubric. 17. §. finaliter, in litera I. Ioan. Matiençó, lib. 5. recol. titul. 4. l. 7. in glos. 2. numer. 2. & in l. 14. in glos. 1. ex nu. 45. Cauallin. in milleloq. 676. vbi etiam vide, An annus huiusmodi computetur à die monitionis, An autem à die potentiæ exequendi vel aditionis bonorum, vel scientiæ mortis testatoris? est videndus Ioannes Matiençó, in dicto titul. 4. l. 7. in glos. 5. & in l. 10. glos. 6. numer. 2. & latissimè in dicta l. 14. in glos. 1. ex numer. 50. Roch. de Curt. supra, numer. 15. Suarez, in l. post rem iudicatam, notabil. 6. num. 4. pagin. 260. Mandos. ex dicto numer. 111. Abbas, consil. 11. volumin. 2. numer. 3. & consil. 59. volumin. 1. numer. 3. versic. venio ad tertium. Mandos. in regul. 10. de annal. §. annales casus, versicul. vigesimus nonus annus datur. Volum. 1. commun. opinion. in pagin. 498. verb. executoribus currit, & pag. 500. verb. hæres nisi infra. Nicol. Boer. decis. 39. ex numer. 14. latè Didac. Spino, in specul. testament. glos. 28. princip. ex numer. 9. Capel. Tholos. decis. 78. incip. item fuit quæsitum. & ibi Aufred. optimè Lapp. allegatio. 91. numer. 3. vbi in numer. 1. & in numer. 4.

2 differit, An legata in testamento ante aditionem bonorum sint suspensa aut debeantur? & similiter differit, quid in legatis piis dicendum sit? de quibus vltra Didacum Couarru. hic, numer. 3. & in capit. Raynaldus, §. 3. numer. 11. est videndus Didacus Perez, lib. 5. titul. 2. l. 1. pagin. 81. versicul. nunc tamen quæro. Ioan. Matiençó, lib. 5. recollection. titul. 4. l. 1. in glos. 14. ex numer. 7. Bernard. Diaz, regul. 313. & in regul. 411. vbi Salzed. in additionibus. Nicol. Boer. decis. 41. ex numer. 1. Mandos. in additionibus ad Lapp. in allegat. 91. in litera I. Capel. Tholos. decis. 89. vbi latè Aufred. Natta, consil. 231. numer. 7. Alexand. consil. 209. volum. 2. numer. 16. Guid. Pap. decis. 604. Volum. 1. commun. opinio. pagin. 504. verbo, legata licet, & in verb. legata regulariter, latissimè Petr. Magdalenus, de numero testium in testament. in 2. par. capit. 3. ex numer. 29. & ex numer. 34. latè Ioan. Gracian, regul. 218. Tiraquel. de priuil. piæ causæ, priuil. 33.

3 AN autem requiratur monitio, an equâ hæres priuetur hæreditate lapso ei anno dato ad exequendum testamentum? est videndus Aymon. Crauet. consil. 193. numer. 4. Alba, consil. 48. numer. 5. textus & Doctores, in capit. si hæredes, infra hoc titul. vbi Didac. Couar. ex numer. 5. & 7. Bursat. consil. 167. ex numer. 13. latè Guilielm. Benedict. in repet. capit. Raynuntius, in verb. si absq; liberis moreretur, el 2. de fideicom. substitut. ex num. 198. Didac. Spin. specul. testament. in glos. 28. ex numer. 67. Ioan. Matiençó, in dicta l. 14. glos. 1. ex num. 64. Volum. 1. commun. opinio. pagin. 505. verb. legata nisi. Palat. Rubeus, in l. 36. Taur. numer. 3. Iacob. Menoch. de arbitr. cas. 498. numer. 58.

4 ET quando vnus est hæres, & alius est vsufructuarius omnium bonorum, quis eorum, & quo modo teneatur soluere legata, & debita defuncti? est omnino consulendus Didac. Couar. lib. 2. variar. resolut. capit. 2. ex numer. 4. optimè Laurent. Chirchou. in commun. opinion. centur. 5. conclus. 12. & cõclus. 13. Cauallin. in milleloq. 550. Antonius Quesad. diuersar. quæstion. iur. cap. 32. ex numer. 16. Didac. Spin. in specul. testament. in glos. 13. princip. numer. 82. latè Roland. consil. 8. volumin. 2. Aymon. Crauet. consil. 187. ex numer. 1. Guido Pap. decis. 541. Gozadin. consil. 94. ex numer. 22. latè Ioan. Garsia de expens. & melioration. capit. 11. ex numer 61. & in numer. 92. versicul. sepè etiam contingit. Bursat. consil. 124. Iacobus Menoch. consil. 115. ex num. 9. Paul. Fuscius, singul. 53. literæ V.

AN

5 AN autem executor testamentarius, posit testamentum exequi ante diem à testatore præfixum? disputat Ioan Matiençó, in dicta l. 14. in glos. 1. ex numer. 37. Didac. Spin. in specul. testam. in glos. 28. princip. ex num. 70. Didac. Couar. in capit. tua nos, infra eodem titul. numer. 5.

6 ET An & quando executoris testamenti officium transeat ad hæredem vel successorem? est consulendus Sebast. Medic. in tractat. mors omnia soluit. 2. par. conclus. 41. num. 109. latè Ioan. Gracian, regul. 124.

7 ET executor testamentarius cui exoneratio conscientiæ defuncti commissa est, An debita præscripta, vel quæ naturaliter tantùm debentur, posit & debeat soluere? est videndus Didac. Perez, lib. 5. titul. 2. l. 4. pag. 140. versic. duodecimo dubitatur. Andræas Tiraquel. in præfat. piæ causæ, num. 35. Balb. de prescript. 1. par. quæst. 5. numer. 14. Hieronym. Portoles, ad Molin. §. actio. ex numer. 8. Ioan. Matiençó, in dicto titul. 4. l. 6. in glos. 1. ex numer. 1. & in glos. 2. vide, an probationes per cõiecturas sufficiant in restitutionibus, pro exoneratione conscientiæ defuncti, per commissarium seu executorem faciendis?

8 ET An Episcopus legalis executor, vel quilibet alius deputatus ad distribuendum bona inter pauperes, teneatur, prius prouidere pauperibus loci vbi testator habebat domicilũ quàm alienigenis? est vidēdus Ludouic. Mesia, in pragm. tax. panis, concl. 5. numer. 96. & pauperibus consanguineis testatoris prius ac magis quam extraneis, est subueniendũ ex Abb. in capit. peruenit. de arbitr. num. 1. in fine, vbi additio in liter. B. Dominic. Bañes. 2. 2. quæst. 32. articul. 9. Tiraquel. in præfat. de priuileg. piæ causæ, numer. 15. Abb. capit. inhibendum, numer. 5. de cohabit. cler. & mulier. Et ecclesiæ An posit assignari aliquid ex his quę inter pauperes sunt distribuenda? est videndus Ioan. Matiençó, lib. 5. recollect. tit. 4. l. 6. in glos. 7. in numer. 2. Et Episcopus subrogatus in locum executoris testamenti, ob ipsius negligentiam, tenetur eodem modo bona distribuere, vt ille executor tenebatur, vt tradit Andræas Tiraquel. post leges connub. in glos. 5. num. 190. Felin. in reperior. verb. Episcopus qui succedit.

VTRVM autem executor, vel cui dispensatio alicuius eleemosynæ faciendæ inter pauperes committitur, si ipse dispensator indigeat, & sit pauper posit sibi eam eleemosynam assummere? tradit Petrus de Aragon. 2. 2. quæst. 32. articul. 9. ex pagin. 775. in fine. Peralta, in l. vnum ex familia. §. rogo, ex numer. 3. delegat. 2. Ludouicus Mesia, in pragmat. taxæ panis, concluf. 6. numer. 49. versicul. tandem commissarius constitutus. Alphonf. Azeued. ad curiam Pisan. lib. 2. capit. 10. numer. 5. Didac. Spin. specul. testament. in glos. 6. princip. numer. 10. & in glos. 28. princip. num. 28.

ET An legatum relictum ad pauperes, posit in vnum distribui? tradit latissimè Petrus Magdalen. de numer. testium in testament. 2. par. capit. 2. ex numer. 43. Auiles. in capit. 2. Prætorum, in glos. ninguno, numer. 3. Et An executor vel Episcopus, posit eligere filium spurium testatoris, & ei assignare bona diuidenda inter pauperes? tradit Ludouicus Mesia, in dicta concluf. 6. numer. 49. versicul. executor. Iosephus Mascard. volumin. 2. de probation. conclus. 593. num. 7. & An talis executor possit eligere pauperes sibi coniunctos? tradit Iacob. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumption. 54. numer. 3.

AD TEX. IN CAP. 6. Cum Apostolus, de censib.

COLLECTAN. 115.

SVMMARIVM.

1 *Vsq; ad tempora Bonifacij VIII. nullus erat Episcopus qui vellet fieri Presbyter Cardinalis.*

2 *Officium Illustrissimorum Cardinalium, quod erat antiquitus.*

3 *De origine, potestate, & hodierna excellentia dominorum Cardinalium, inter omnes ecclesiæ prælatos.*

4 *Cardinales habent priuilegium, vt possint*

liberare damnatum ad mortem.

§ *Cardinales eligunt Romanum Pontificem.*

6 *Quæ personæ, & in quibus casibus possint imponere & exigere charitatiuum subsidium?*

7 *Quæ personæ teneantur soluere charitatiuum subsidium? & aduersus illud non soluentes, & de ipsius taxa.*

1 BI, *Cardinales viginti quinque.* Doctores mirantur, quare Cardinales debeant ducere pauciores equos, quam Episcopi & Archiepiscopi, vt tradit Andræas Gambarus, in lib.2.de offic. & potestat.legat.de Later. ex numer. 97. qui per hunc textum infert in lib.7. numer. 126. Cardinales antiquitus per humiliora charitatis opera se exercuisse, & ibidem ex numer.121.& Paulus Fusc. de visitat. lib.1.capit.4.numer.6.& Pauin. de visitat. 1.par.quæst.2. numer. 18. dicunt, quòd vsq; ad tempora Bonifacij VIII.
2 nullus erat Episcopus, qui vellet fieri presbyter Cardinalis, quia putabant non licere descendere à maiori dignitate ad minorem, quorum officium dicit, quòd erat baptizare & sepelire mortuos, de quibus loquitur, & est videndus Hieronym. Roman. vbi proximè in capit. 1. column.4. Gundisalu. Illesc.1.par.histor. pontific.lib.4. capit.30. Ludouic. Gomez, in procem. regul.cancellar. Pauli III. versicul. postquam verò, fol.58. ad fin. Paul. Granut. in additionib. ad Iacob. Simonet. in tractat. de referu.benefic. quæst.11. numer. 9. optimè Didacus Alaba, de concil.2.par.§.2.versicul. olim sanè, fol. 64. Hyppolit. Marsil. de Columna de eccles. reddit.origine.2. par.capit.13. numer.35.vbi dicit, quòd vsq; ad Clemen. III. anno Domini 1190. ea dignitas non nisi monachis, Abbatibus, Decanis, aut Prioribus conferebatur.

3 DE eorum tamen origine, potestate, & hodierna excellentia, & præeminentia inter omnes ecclesiæ prælatos, disserit latè Turrecremat. in summ. in lib.1.capit.80. vsq; ad caput.84.Albar. Pelagius, lib.2.de planctu eccles. capit.16. Chassen. catalog. gloriæ mund.4.par.ex consider.10.Felin. in rubric.de maior.& obedien.numer.9.Ioan. de Anania. in capit. ad liberandam, de Iudæis, numer.16. Dominic.Sot. in 4. distin. 24. quæstion. 2. articul.4. versicul. de ordine verò. Bellencinus, de charitat. subsid. quæst.60.ex num.13.Manfred.de Cardinalib. decis. 54. & decis.65. Barbac. de præstan.Cardinal.1.par.quæst.1.Iacobat.de concil.lib.1. articul.1. eruditissimus D. Licentiatus Alphons. Molina de Medrano, in doctissimis allegation. in causa Viceregis extranei, ex numer. 74. Capiz. decision. 114.latè Quintilianus Mandos. in glossa, facultatum, in §.considerantes, in verb. Cardinales, ex pagin. 129. latissimè Rodulph. Cupers.in capit.oportebat.79.dist.ex §.sequitur textus, ex pagin.211. vsq; ad pagin. 245. pulchrè Didac.ab Alaba, de concil.2. par.§.2.per totum. Felin. in capit. quod super his, de fide instrument.numer.14.Hyppolit.Marsil.de Columna, in dicta 2.par.capit.13.ex nnmer.15.& 21. latissimè Lancellot. Conrrad.in templ. omnium iudic.lib.2. capit.2. §. 1. §. 2. & §. 3. ex fol.141. optimè Petrus Galesinus, in notation. ad martyrolog. decimo tertio Calend.Februar. ex fol. 39.Francisc. Duaren.de sacris ecclesiæ minister.cap.13.Petr.Rebuf.in repetit.§. qui vero, capit. extirpandę, de præben. pagin. 367.versicul. tertio ex hoc. Paul. Fusc. singul.42.literæ C.Sebastian.Medic.de legib. & statut.1.par. quæst.10. Genebrardus, in chronograph. lib. 4. anno Christi, 1044. pagin. 340. latissimè Hieronym. Roman. en las republicas del mundo.1. par. in lib.3. de la republica Christiana, capit.1.& capit. 2.latè Simon.Maiol.de irregular.lib.2. cap. 3.per totũ. Et de eorum veste & pileo purpureo, differit Gundis.Illesc.supr.1.par. lib.5. capit. 36. in final. verb. optimè Lancellot. Conrrad. in templ.omnium iudic. lib.2. capit.2. fol. 141. Iacob. Menoch. de arbitrar. cas. 392. numer. 8. Chassen. 1. par. catalog. gloriæ mundi, conclusion.4.versicul. Innocentius. Hyppolit.Marsil. de Columna, in dicta 2. par. capit. 13. numer. 37. & 39: pro quibus omnibus multa congerit insignis causarum Aduocatus Licenciatus Petrus Ludouicus Martinez, in allegation. pro Regno Aragon. ex num.372.

4 ET de priuilegio quod habent, vt possint liberare damnatum ad mortem, vltra ca

quæ habes in collectan.ad textum in cap.1. de crim.falsi, est videndus Iaf.in l.1.C.ne liceat poten.numer.2.Carrer.in prax.crimin. pagin.243. numer.7. Lælius de Zanch. de priuileg.eccles.154.priuileg.num.11.Dueñas, regul.81.latè Remigius de Goñi, de immunit. eccles.ampliat. 19.ex pag.184. latè Petr.Plaça de delict.cap.34.ex princ.Chassen.in consuetud.Burgund. rubr.1.§.5. numer.101.colum.208.Lancellot. Conrrad. in dicto lib.2.capit.2.§.3.numer.30.Auendaño lib.1.de exequend.mandat. capit.7. numer. 12. Sebast.Medic.in tractat.mors omnia solui t.1.par.num.155.

CARDINALIVM verò creatio, vsque ad quem numerum ascendere possit, tradit Lancellot.Conrrad.in dicto lib.2.capit.2.§.1.numer.15.Didac.Alaba, in dicta 2. par.§.2.versicul.de numero, fol.65. Petrus Rebuf. in dicta pagin. 367. Et de Cardinalium ætate, differit optimè Alphon. Hojeda, de benefic.1.par.capit.24.numer.27.Simon. Maiolus, de irregularit.lib.1.capit.30. numer.13.Selua de benef.3.par.quæst.5.numer.18.

5 ET quod ipsis Illustrissimis & Reuerendissimis dominis Cardinalibus competat electio Romani Pontificis, tradit Lancellot.Conrrad. supra lib.2.capit.1.§.2. versicul. generalia in electione Pontificis, ex numer.5.Ancharran.in clement.ne Romani, numer. 10. de election. Nicol. Boer. decis.31. numer.7. latissimè Didac. ab Alaba, de concil.1.par.capit.12. Et aduersus dicentes electionem Summi Pontificis, non fieri debere à Cardinalibus, & factam ab aliis valere, differit Sebast. Medic.in sum.omn.hæres.2.par.verb.electio Pontificis. Aduertendum tamen est, omnia supradicta intelligi debere, de Cardinalibus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, non de illis qui ex priuilegio, & vsu à tempore immemorabili sunt in Ecclesiis Rauenaten. & Compostellan. qui verè & propriè non veniunt appellatione Cardinalium, ex Quintilian. Mandos. in glos. facultatum, in §. considerantes, verb. Romanæ, pag.124.

6 *IN versicul. prohibemus.* Quando autem, & quibus casibus, & quæ personæ imponere valeant, & exigere charitatiuum subsidium à sibi subditis: tradit Camil. Borell. in additionibus ad Bellug. in specul. Princip. rubric. 46.§. sunt & alia munera, in litera D. Chassen. in consuetudin. Burgund. rubric.1.§. 4. in glos. & sur les hommes subiectz, ex numer.11. ex colum.134. Dueñas, regul.89.Nicol. Boer. decis.134. Mandos. in prax. titul.de ingratitud.capit. 62.casu 106.vsq; ad cas.109. Remigius Goñi, de charitat.subsid.quæst. 5. Palat. Rub. in repetit.capit. per vestras, in 3.notab. §. 27.ex numer.10.versicul.ex quibus.Grammat.decis.88.Lancellot. Conrrad.in temp. omnium iudicum, lib.1.capit.1.§. 4. versic. collectas & gabellas imponit, per tot. Bursat.consil.138.volumin.2.Iacobus Menoch. de arbitrar.cas.178.vbi etiam ex numer.13. asserit, quòd tunc illud exigere minimè possunt, si ex propria pecunia supplere possũt illud onus, vt latè per eundem Iacob. Menoch.consil. 75. volum.1. ex numer. 86. & sunt etiam ad hoc consulendi Roland.consil.1.ex numer.67.volum.2. & consil.5. volumin.3.ex numer.22.& 28.Paul. Fusc. singul. 136. literæ C. Guido Pap. singul. 13. Lancellot. Gallia, in patrocinio pro republica Alexandr.numc.23.& 24.

7 AN autem charitatiuum subsidium teneantur soluere tantum beneficiati titularij, An etiam pensionarij? est videndus Remigius de Goñi, de charitat. subsid. quæst. 60. Andræas Tiraquel.de primogen. quæstion. 74. numer. 10. Gigas, de pensionib. quæstion.38.& quæst.66. Philip. Decius, consil.155. incip. statutum cathedralis, numer.4.vbi additio in litera D.optimè Chassen. in consuetudin. Burgund. rubric. 4.§. 6.in glos. & supporter la moitie, numer. 7.colum.611.Et Episcopus, An possit apponere generale interdictum vel censuras, aduersus negantes ei charitatiuum subsidium? est consulendus Dueñas, regul. 253. Nicol.Boerius, decis.136. Rot. nou. decis. 444. Et de taxa charitatiui subsidij habemus extrauagan. vas electionis, hoc titul. inter commun. & tradit Dueñas, regul.90. Matth. Afflict. decis. 136. Iacob. Menoch. de arbitrar.cas.179. Nicol.Boer. decis.134. ex numer.9. Et prælati inferiores Episcopis, An possint imponere charitatiuum subsidium? est videdus Dueñas, regul.91.Chassen.in dicta glos.& sur les hommes, nu. 26. & 27. Et beneficia parua, & clerici pauperes, religiosi, aut monasteria, an charitatiuo

subsidio grauari possint? tradit Boer. decis. 135. Iacob. Menoch. de arbitr. cas. 216. num. 3. Gosii, supra quæst. 34. & quæst. 52.

AD TEX. IN CAP. 3. Propter sterilitatem, de locat. & conduct.

COLLECTAN. 116.

SVMMARIVM.

1 *An & quando sterilitas liberet à solutione pensionis locatorem aut emphyteutã? & qualis & quanta debeat esse huiusmodi sterilitas? & similiter An pensio augeatur propter fructuum vbertatem?*
2 *Sterilitas futura quo modo dignoscatur & probetur?*
3 *Conductori non solito soluere decimam, nulla fit remisio ob sterilitatem.*
4 *An emptori vel locatori reddituum aut pedagiorum propter sterilitatem aliqua fieri debeat remissio pensionis?*
5 *An colonus cui in certum tempus domus locata est, ante præfinitum tempus ex aliqua causa possit ab ea amoueri?*

1 AN & quando sterilitas liberet à solutione pensionis locatorẽ, aut emphyteutam, & qualis & quanta tunc debeat esse, similiterq;, An pensio augeatur propter fructuũ vbertatẽ? & plura alia de materia istius textus, & propter quas causas seu casus fortuitos concedi debeat remissio pẽsionis domus vel alterius rei locatæ seu emphyteuticæ, referunt Pinel. in l. 2. C. rescinden. vendit. 1. par. capit. 3. ex numer. 21. & 34. Cotta, in memorab. verb. conductor. pulchrè Gomez de Leon, responsa. 67. pulchrè & latissimè Ioseph. Ludouic. in commun. conclus. titul. de iure emphyt. conclus. vnica, ex versicul. quæ autem sterilitas. Remig. de Gosii, de charitat. subsid. quæst. 57. versicul. & idem, Didac. Couarru. in pract. capit. 30. & lib. 4. variar. capit. 6. latissimè & plura Rodoan. de rebus eccles. non alienan. in quæst. 18. de remissione mercedis conductori vel emphyteutæ facienda, per tot. ex pagin. 422. Ioseph. Angles flor. Theolog. in quæst. de contractu locati & conduct. pagin. 313. per tot. Caballin. in milleloq. 227. latè Vincen. Carocius, de locat. & conduct. 3. par. titul. de remissione pensionis. Didac. Perez, lib. 5. titul. 7. l. 2. pagin. 200. versic. ex quo deducitur, & pagin. 190. colum. 2. versicul. deducitur etiam, quòd si in domo. Ioan. Garsia, de expens. & meliorat. capit. 14. numer. 9. Caualcan. 2. par. decis. 25. num. 39. Hyppol. singul. 134. incip. tu scis, latissimè Vincen. Carosius, tractat. de locat. 3. par. titul. de remissione mercedis, optimè Seraphin. de Seraphin. de priuileg. iurament. priuileg. 84. num. 17. Francis. Viuius, lib. 2. commun. opin. 63. Iacob. Menoch. de arbitrar. cas. 76 & cas. 77. & cas. 80. & cas. 440. Chassen. in consuetud. Burgund. rubric. 11. §. 2. in vers. bledz vins & austres, ex num. 1. coll. 1392. (vbi à numer. 2. pulchrè refert causas sterilitatis) Benedict. Capra, in commun. opin. verb. pensionis siuè, & verb. pensionis remissio. Volum. 1. commun. opin. pagin. 514. verb. remissio pensionis, & pag. 517. verb. sterilitas vnius anni, & verb. sterilitas sicuti. Michael. Graff. lib. 1. commun. opinio. cap. 14. quæst. 4. & quæst. 5. Aurel. Corbulus in decimaquinta causa priuat. limitat. 19. pagin. 467. Petr. Salazar, de vsu & consuet. capit. 11. numer. 70. & latè ex num. 88. Anton. Scap. de iur. non scrip. lib. 4. capit. 24. ex numer. 1. pulchrè & latissimè Petr. Mozius, de contract. titul. de locat. & conduct. §. de accidentalibus locationis, & conductionis, ex numer. 2. fol. 95. Ioan. Martinez de Olan. in antinom. in litera S. numer. 28. Bursat. consil. 81. & consil. 104. ex numer. 21. Alexand. consil. 112. volum. 1. & consil. 107. volumin. 3. Natta, consil. 49. & consil. 194. ex numer. 4. Anton. Gomez, tom. 2. capit. 3 numer. 18. Gigas, de pensionib. quæstion. 66. numer. 17. Hyppolit. singul. 85. incip. tu scis. Paul. Fusc. singul. 31. literæ I. Guid. Pap. decis. 630. Carol. Molineus, in consuet. Paris. titul. 2. §. 62. numer. 54. latè Matth. Afflict. decis. 258. latè Ludouic. Lopez, instruct. conscien. 2. par. capit. 49. colum.

col. 385. ex princip. & in cap. 50. ex princi. Nauar. manual. latin. cap. 17. ex numer. 187. vsq; ad num. 191. Volum. 1. commun. opin. pagin. 331. verb. sterilitas ad remittendam pensionem.

2 STERILITAS autem futura, quo modo sit dignoscenda, tradit Caballin. in milleloq. 594. num. 1. Et sterilitas quo modo probetur, est videndus Ioseph. Mascar. volum. 3. de probationib. conclus. 1333.

3 ADVERTIT tamen Cornel. Benincas. tractat. de priuileg. paupertat. in 6. special. in iudic. numer. 4. quòd conductori non solito soluere decimam, propter sterilitatem nulla fieri debet ei remissio.

4 AN autem sicut in locatione propter sterilitatẽ fit diminutio pensionis, ita in emptione reddituum, siue fructuum vel pedagiorum? examinat latè Rodoan. supra, ex pagin. 231. ex num. 6. Ludouic. Lopez, supra, 2. par. capit. 41. col. 315. in princip.

5 *IBI, Verum inuito.* De materia istius versiculi, & casus in quibus colonus seu inquilinus cui in certum tempus domus locata est, ante præfinitum tempus possit ab ea amoueri, & an ab hac regula excipiãtur aliquæ personæ exemptæ & priuilegiatæ? est videndus Couar. lib. 2. variar. capit. 15. numer. 4. & in rubric. 2. de testamen. num. 12. Iacob. Menoch. de arbitrar. cas. 78. Alciat. lib. 6. parerg. capit. 10. textus & Doctores, in l. æde quam. C. locat. Alphan. in collectan. num. 94. Hyppol. de Marsil. tractat. de fideiussor. num. 223. Nauar. manual. latin. capit. 17. numer. 193. Philip. Decius, in capit. pastoralis, de appellat. ex num. 4. Natta, consil. 25. volum. 1. Deci. consil. 667. numer. 8. & consil. 291. numer. 3. Ioseph. Ludouic. decis. Lucens. 38. Philip. Portius, lib. 1. commun. conclus. 33. pag. 963. Seraphin. de Seraphin. de priuileg. iuramen. priuileg. 49. num. 48. Vincen. Carocius, tractat. de locat. 2. par. tit. de effectibus locat. ad long. temp. numer. 8. & 9. & in titul. de recusationibus, ex num. 1. Natta, consil. 416. optimè Ludouic. Lopez instructor. conscien. 2. par. capit. 51. in princip. Iacob. Bennius, de priuileg. iurisconsul. priuileg. 9. Petr. Rebuf. de priuileg. schol. priuileg. 8. Petr. Mozius de contract. titul. de locat. & conduct. §. quomodo finiatur siue annulletur cõtractus locationis & conduct. ex numer. 10. fol. 99. Carol. Molin. in consuetud. Parisien. titul. 1. §. 30. numer. 166. Anton. Gabriel, lib. 3. commun. opin. titul. de locat. concluf. 3.

AD TEX. IN CAP. 1. Cura, de purgat. vulgari.

COLLECTAN. 117.

SVMMARIVM.

1 *De origine duelli seu diffidamenti, & de ipsius prohibitione.*
2 *An postquam quis duellum acceptauit licitè illud possit recusare?*
3 *In duello, cui competat electio armorum.*
4 *Aduersus duellantes variæ pœnæ promulgantur in iure, & quando tales non incidant in pœnas Sancti Concilij Tridentini.*

1 DE origine duelli seu diffidamenti, de ipsiusque prohibitione, & materia, plura referunt Ias. in l. ex hoc iure, ex num. 31. ff. de iustitia & iure. Guid. Pap. singul. 303. Bernar. Diaz, in prax. canon. capit. 93. Concil. Tridentin. Sess. 25. de reformat. cap. 19. Nauar. manual. latin. capit. 11. numer. 39. versic. trigesimoquarto. Felician. de censur. titul. de excommunic. capit. 24. versic. imperator, pagin. 96. Sebastian. Medic. in summa peccat. 1. par. titul. 4. quæst. 83. & quæst. 104. versic. vndecimo. Anton. Bernad, in sum. cap. 32. num. 114. Paul. Fusc. de visitat. lib. 2. capit. 21. num. 45. Simon. Maiolus, de irregularit. lib. 5. cap. 18. Foller. in prax. cano. 2. par. capit. 27. ex princip. latissimè Petr. à Nauarra, tom. 1. de restitut. lib. 2. capit. 3. ex num. 280. Pet. Sanchez. 1. par. histor. moral, titul. de la vida de Platon. §. 2. versic. acerca de este exercicio. fol. 22. latissimè & pulchrè Michael. Salon. 2. 2. quæst. 64. artic. 3. controuers. 3. Viuald. in candelabr. eccles. titul. de suspens. ex numer. 68. Tiraquel. de nobilit. cap. 20. ex numer. 61. multa congerit Burgos de Paz, in l. 1. Taur. ex num. 413. vsq; ad numer. 421. latè Alciat. in lib. de singul. certam. & in consil. de materia duelli, in

fine dicti lib. Philip. Deci. in capit. ecclesia Sanctæ Mariæ, de constit. numer. 102. & ibi
2 additio in liter. K. & in num. 103. vide, quod ille qui duellum acceptauit, licitè illud potest recusare, de quo etiã differit Neuizan. in sylua nuptial. lib. 1. §. non est nubendum, num. 82. de materia tamen textus latissimè differit Ioan. Socarrat, in cõsuet. Cathalon. §. item vassallus, ex fol. 470. vbi plura per 70. numeros. copiosè tamen & pulchrè varias quæstiones resoluit in hac materia Iul. Ferret. in volumine consiliorum, & in tractat. ab eo facto de hac materia, multo tamen copiosius Lancellot. Conrad. in templ. omnium iudic. in tract. de duello & pace, ex fol. 26. & in lib. 1. capit. 1. §. 3. versic. duellum prohibere, per tot. Volum. 1. commun. opinion. pagin. 275. verb. duellum. Paul. Fusc. singul. 134. literæ D. multa Guid. Pap. ex decis. 617. vsq; ad decis. 623. Philip. Deci. consil. 487. ex numer. 7. vbi in numer. 9. tra
3 dit, cui comperat electio armorum, de quo optimè differit additio ibid. in liter. C. Lancello. Conrad. in dicto tract. de duello. 3. par. de prouocato, conclus. 84. ex num. 1. Zilet. consil. 101. volum. 2. numer. 5. & consil. 102. volum. 2. numer. 8. optimè Ioan. Matiença, in dialog. relat. 1. par. capit. 1. numer. 12. Philip. Deci. consil. 686. vbi de materia textus plura cumulat, & etiam Alciat. consil. 259. Cephal. consil. 57. Volum. 1. commun. opin. pagin. 58. verb. duellum. Nauar. in manual. latin. capit. 15. numer. 9. Dominic. Bañes, 2. 2. quæst. 40. artic. 1. ex colum. 1386. versic. circa eandem.

4 ET de pœna diffidantis, aliquem differit Antonius Gomez, in tom. 3. de delict. capit. 3. numer. 12. Et duellantibus denegatur Eucharistia, & sepultura ecclesiastica, de quo vltra alios supra relatos, est videndus Lancellot. Conrad. de duello & pace, in præfat. numer. 4. & 7. Et talis an gaudeat immunitate ecclesiæ? vide Nauar. in dicto manual. latin. capit. 25. numer. 21. in principio: Et campus quibus personis concedi vel negari possit, & pro quibus rebus, tradit latè Lancellot. Conrad. supra, in 2. par. de prouocante, ex conclus. 34. ex folio 35. Et quid sit duellum, & quid sit bellum, prosequitur Plot. de in lit. iuran. §. 41. ex num. 3. Menchac. controuers. illustr. lib. 1. cap. 11. ex numer. 35. & in capit. 12. optimè agit de hac materia. Et tandem plura & pulchra in materia duelli resoluit Ioseph. Ludouic. decis. 11. Lucens. vbi etiam decidit, non incidere hodie in pœnas sancti Concilij Tridentini, in allegato capit. 19. illos qui calore iracundiæ se inuitarent ad duellum, & incontinenti accederent ad aliquem locum, ibiq; dimicarent, quia talis pugna non dicitur deliberata, quod secus est dicendum, quãdo ex animo deliberato ad eam accederent, licet absque patrinis, nec in campo franco tũc enim eos incurrere in dictas pœnas concludit.

AD TEX. IN CAP. 1. Placuit, de emption. & vendition.

COLLECTAN. 118.

SVMMARIVM.

1 *Plura de hospitalitate, & qui teneantur, vel cogi possint ad eam.*
2 *Quod dicatur iustum pretium mercium?*
3 *Vendens vltra taxam an peccet, & teneatur ad restitutionem?*
4 *Cui incumbit taxare pretium mercium.*
5 *An iustè taxa imponi possit in mercibus? & remedium ne in republica sit caritas annonæ?*

1 *IBI, hospitales sint.* Plura de hospitalitate & qui teneantur vel cogi possint ad eam, tradit Cosmas in pragmatic. sanction. in procœm. in §. nam ecclesiarum, in glos. hospitalitas, pagin. 36. Felin. in capit. dilectus, numer. 6. de offic. ordinar. Paul. Fusc. de visitat. lib. 2. capit. 13. Renat. Choppinus, de sacra politia, lib. 3. titul. 5. ex princip. Foller. in prax. canon. 1. par. ex num. 48. Chassen. catalog. gloriæ mundi, 11. par. consider. 46. Abendañ. lib. 2. de exequen. mandat. capit. 8. Dominic. Soto, de iustit. & iur. lib. 10. quæst. 4. artic. 4. Nauar. manual. latin. capit. 25. numer. 67. versic. octauo qui. Concil. Trident. Sess. 25. de reformat. cap. 8. glos. verb. hospitalitas, in capit. 1. ne sed. vacan. optimè

mè Deci. in cap. cum adeo, de rescript. num. 18. & in capit. de monachis, de prebend. ex num. 10. & in num. 14. vide, An clerici cogantur hospites recipere in domibus suis? de quo loquitur etiam glos. verb. hospites, in l. 1. C. de episcop. & cleric. Alphons. Azeued. lib. 1. nouæ recopilat. titul. 3. l. 7. num. 1. & numer. 5. de quo, etiam & an nobiles similiter ad id cogi possint, differit Otalora de nobilitat. 2. par. capit. 1. num. 14. & quod in hospitio cõueniat, vt victualia taxentur, refert Ludouic. Mesia, in pragmatic. taxæ panis, conclus. 4. numer. 14. & in numer. 21. nè ab eis vendantur cariùs forensibus quam in mercato vẽdi solent iuxta hunc textum, & tradit Alphons. de Azeuedo ad curiam Pisan. lib. 2. capit. 18. numer. 27. Petr. Rebuf. tom. 2. constitut. regiar. titul. de hospitibus, num. 14. Hæsitari tamen potest an conueniat innumeros hospitari, an nullos, vel quos? de quo est omnino vidẽdus Mandos. in prax. titul. de ingratitud. capit. 86. versic. hæsitari possit. Et de ingratitudine potentium, & diuitium non hospitalium erga pauperes, agit idem Mandos. supra, capit. 87. & in capit. 88. agit, de ingratitudine sacerdotum & religiosorum non hospitalium erga eosdem pauperes, de quo etiam est videndus Paul. Fusc. de visit. lib. 2. capit. 3. numer. 15. & in capit. 13. ex num. 4.

2 *IBI, in mercato.* Illud autẽ ex hoc textu, iustum pretium mercium & annonę dicitur, quod in mercato vel in loco publico fori communiter taxari solet, vt tradit Ludo. Mesia, supra conclus. 4. num. 26. Pinel. l. 2. 3. par. in capit. vltimo, numer. 16. in fin. C. de rescinden. vendit. Afflict. decis. 316. num. 7. Corset. singul. 391. venditio, el 2.

4 *IN gloss. tam graue.* An dictum vulnerati probet contra aliquem, vel pro aliquo? examinat Didac. Couar. lib. 2. variar. capit. 13. numer. 8. Anton. Gomez, in l. fin. Taur. numer. 15. Grammat. decis. 42. numer. 7. & ex numer. 10. Alciat. regul. 3. præsumption. 4. ex num. 2. Guilierm. Benedict. in repetit. capit. Raynuntius, verb. in extremis, ex numer. 19. textus & Doctores, in l. 3. §. si quis moriens. ff. ad Syllanian. Volum. 1. comm. opinion. pagin. 312. verb. morientis. pulchrè Rolan. consil. 37. volum. 3. Craueta, consil. 6. numer. 64. Nicol. Boer. decis. 105. numer. 6. Ioan. Socarrat. in consuet. Cathalon. pag. 587. numer. 75. Iul. Clar. lib. 5. §. final. quæst. 21. num. 14. Iacob. Simanc. de catholic. institution. titul. 64. ex numer. 56. Iason in l. 1. numer. 8. ff. de eo per quem fact. & in l. cum ij. C. commun. delegat. ex numer. 10. Hyppol. de Marsil. tract. de fideiussorib. ex num. 42. versic. ex istis ergo. Mantua. singul. 249. Hyppolit. de Marsil. singul. 22. ex numer. 3. Gerar. singul. 55. Ioan. Rojas, singul. 206. & in 2. par. de hæretic. assert. 9. num. 161. Vol. 2. commun. opin. pagin. 449. verb. assertio morientis. Iacob. Menoch. de præsumptio. lib. 1. quæst. 88. numer. 15. Bossius, in prax. titul. de inquisit. ex numer. 47. optimè Anton. Gomez, tom. 3. variar. cap. 13. ex num. 16. & in l. fin. Taur. numer. 15. Caballin. in ægidian. constitut. lib. 4. capit. 1. in glos. probandum, ex num. 5. pag. 203. Natta, consil. 354. ex numer. 1. Lancellot. Gallia, in consuetud. Alexan. in glos. viginti. quæst. 8. ex numer. 25. Pet. Plaça, de delict. cap. 13. num. 15. & à numer. 17. Alexan. consil. 24. volum. 2. numer. 15. post medium. & consil. 124. volum. 6. numer. 11. & consil. 1. volum. 3. num. 16. & consil. 14. vol. 3. Menoch. de arbitr. cas. 97. Seraph. de Seraphin. de priuileg. iuram. priuil. 55. numer. 2. Ioseph. Ludouic. decis. Lucen. 62. ex numer. 1. Bursat. consil. 154. volum. 2. numer. 3. latissime Ioseph. Mascard. volum. 2. de probationib. conclus. 1074. Anton. Scappus, de iure non script. lib. 5. capit. 93. latè Ioseph. Ludouic. in commun. conclusion. titul. de probationib.

concluſ. vnica, verſic. infertur quadrageſimotertio.

5 ET de excuſatione facta per condemnatum ad mortem & iam exiſtentem cum laqueo in collo, tractat Hyppolit. Marſil. in prax. crimin. §. diligenter, ex numer. 118. & in §. reſtat, per tot.

IN gloſſ. purgauit. De materia iſtius gloſſ. habes plura in 3. par. collectan. ad textum in capit. 8. accuſatus. §. licet verò, de hæretic. in 6.

AD TEX. IN CAP. 1. Sicut Romana, de reſcript.

COLLECTAN. 128.

SVMMARIVM.

1 *Plura de effectu huiuſmodi clauſulæ appellatione remotæ.*
2 *Verus intellectus iſtius textus aſſignatur.*
3 *Generi per ſpeciem derogatur.*

1 *IBI, ſublato remedio appellationis.* Quã plura de effectu iſtius clauſulæ appellatione remota, & an remota appellatione cenſeatur etiam remota ſupplicatio? & alia circa hãc materiam referunt Abb. in cap. paſtoralis, ex numer. 9. & in capit. vt debitus honor, ex numer. 14. de appellationib. Philip. Decius, in rubric. de appellationib. numer. 19. vbi additio in litera H. Hyppol. de Marſil. ſingul. 647. Couar. in pract. cap. 15. num. 5. & in capit. 23. numer. 6. Didac. Perez, lib. 2. titul. 4. l. 8. in gloſ. 1. Seraph. de Seraphinis, de priuileg. iuramen. priuileg. 74. num. 46. Pinel. in 1. par. rubric. C. de reſcinden. venditio. capit. 2. numer. 22. Michael. Graſſ. lib. 2. commun. opin. cap. 24. quæſt. 17. Lucerna Inquiſit. verb. appellatio, ex numer. 3. latè doctiſsimus Hieronym. Portoles, in ſchol. ad Molin. §. diputati, ex numer. 24. Paul. Emilius. 1. par. deciſ. 33. Corſet. ſingul. 33.

VNVM tamen ſingulare aduerte in hac materia, quod iudex etiam ſi ſit datus cum clauſula appellatione remota, deferendo appellationi ex ignorantia iuris vel ex propria voluntate, facit vt ſententia ab eo lata ſuſpendatur, pro quo ſunt conſulendi Geminian. in cap. cum appellationibus. §. ſi verò, num. 2. de appellationib. in 6. Franc. in capit. paſtoralis, numer. 5. verſic. quarto quæritur. & ibi Imol. num. 6. & Ioan. Ant. de ſancto Georgio, numer. 39. de appellat. Anton. Gomez, tom. 3. de delict. capit. 13. numer. 32.

2 *IBI, conſtiterit.* Quamuis circa verum intellectum iſtius textus plurimum laborent interpretes, illum tamen colliges facilè ſi perpendas ex ordine, hic præceſsiſſe primum reſcriptũ ſpeciale, cum clauſula appellatione remota, & poſtea ab altera parte impetratam fuiſſe facultatem de liberè appellando, qua ſe defenderet contra clauſulam appellatione remota prioris reſcripti, quo credebat ſe conueniendum, & ita non fuiſſet eluſoria ſecunda impetratio ſi corã Pontifice de prima mentionem feciſſet, vt obſeruat hic Beroi. numer. 38. & hic ſenſus conuenit literæ iſtius textus, ſi perpendas verbum, altera, poſitum in hoc textu, deſignat namq; præceſsiſſe primum aliud reſcriptum iuxta gloſ. verb. alterius, in capit. tua, de his quæ fiunt à prælat. Et prædictum eſſe verum intellectum iſtius textus patet etiam ex eo, quia in originali, vt refert doctiſsimus D. Anton. Auguſtin. in ſchol. ad primam collectan. huius textus, ponuntur huiuſmodi verba (literis Apoſtolicæ protectionis munita) ex quibus ſatis aperte colligitur voluiſſe cautè ſe protegere ſecundo loco impetrantem, contra clauſulam appellatione remota primi reſcripti, quod præceſsit ſpeciale, & ita in fine iſtius textus dicitur quia ſpeciale, &c. quaſi innuat deſignando ordinem, præceſsiſſe ſpeciale reſcriptum, & ita fuit probabile dubium, an hæc facultas ſecundo loco impetrata derogaret priori? per quam eſt regreſſus ad ius commune, vnde prouiſio iſtius textus partim eſt iuri conſona, in quantum cõcedit appellandi facultatem, & partim diſſona, in quantum cõmittit cauſam appellatione remota, quo caſu priuilegium de appellando liberè non derogat alij, non facta eius mentione, & hoc modo interpretatus fuit hunc textum inſignis præceptor meus, dominus Doctor Nauarrus Iunior, Iuris Canonici, Cathedram Veſpertinam Salmanticæ regens, nunc denuo eccleſiæ ſanctæ Toletanæ Canonicus meritiſsimus.

3 *IBI, quia ſpeciale mandatum.* Facit ad hoc regul. generi, de regul. iur. in 6. & explicat Iacob. Menoch. de arbitr. caſ. 97. ex numer. 2. & in conſil. 36. numer. 48. Franciſcus Mantica, de coniectur. lib. 9. titul. 6. numer. 23.

AD TEX. IN CAP. 13. Meminimus, de accuſation.

COLLECTAN. 129.

SVMMARIVM.

1 *Inimicus quis dicatur, & eius dictum, an valeat aduerſus inimicum?*
2 *Ex quibus coniecturis probetur quis inimicus, & teſtes quo modo deponant de inimicitia?*
3 *Inimicitia, an faciat indicium ad torturam? & de eo qui recipit inimicum in ſua familiaritate.*

1 QVIS dicatur inimicus, & an & quando eius teſtimonium aduerſus inimicum? tradit Caballin. in ægidian. conſtitut. lib. 4. capit. 1. in gloſ. probandum, numer. 31. pagin. 205. Auendaño, de exequend. mandat. lib. 2. capit. 5. numer. 6. & latè in dictionar. verb. enemigo, ex verſicul. ſecunda concluſio, pagin. 184. colum. 2. Franciſc. Viuius, lib. 2. commun. opinion. 303. Didac. Couar. in practic. cap. 18. numer. 3. latiſsimè Alphonſ. Hojeda, de benefic. 1. par. cap. 23. ex numer. 149. Paul. Fuſc. ſingul. 22. litere I. & in ſingul. 23. literæ I. Ioan. Rojas, de hæretic. 2. par. aſſert. 20. ex numer. 231. Petr. Rebuf. de reprobat. teſtium, ex numer. 238. Iacobus Menoch. de arbitrar. lib. 1. quæſt. 28. Campeg. in additionib. ad Zanchin. de hæretic. cap. 13. in litera B. & in litera D. Hyppolit. Marſil. ſingul. 178. Roman. ſingul. 319. vbi etiam additio. Ioſeph. Ludou. deciſ. Peruſ. 73. ex numer. 8. Franciſc. Pegña, in 3. par. director. ſchol. 35. & ſchol. 133. Ioan. Rojas, ſingul. 10. & optimè ſingul. 200. Iacob. Menoch. de arbitr. caſ. 110. Anton. Gomez, tom. 3. de delict. capit. 12. numer. 14. Hieron. de Monte, variar. iuris, quæſt. 17. numer. 1. Lanfranc. de Oriano, tractat. de teſtib. numer. 84. Nellus à Sancto Geminiano, tract. de teſtib. 1. par. ex num. 3 latiſsimè Ioſeph. Maſcard. volum. 2. de probat. concluſ. 875. ex numer. 40. & pulchrè in concluſ. 899. & latiſsimè in concluſ. 1246. ex numer. 2. Ioan. Crot. de teſtib. 3. par. ex numer. 169. Iuſtus Ruberius, de teſtib. 3. par. numer. 34. Anton. Queſad. diuerſar. quæſtion. iur. cap. 16. ex numer. 15. vſq; ad numer. 20. Gigas conſil. 33. ex numer. 3. & conſil. 40. numer. 1. Aymon. Crauet. conſil. 9. numer. 6. Bouer. ſingul. incip. teſtis, numer. 28. & 51. Ioan. Campeg. tract. de teſtib. regul. 23. regul. 24. & regul. 25. & regul. 409. Iacob. Menoch. conſil. 101. volum. 1. numer. 44. Zilet. conſil. 88. volum. 2. num. 35. Pariſ. conſil. 2. volum. 4. numer. 62. Roland. conſil. 37. volum. 3. ex numer. 11. & conſil. 63. volum. 2. ex numer. 30. & conſil. 24. volum. 1. num. 46.

2 EX quibus autem coniecturis quis inimicus probetur, & præſumatur: vltra alios vbi ſupra, tradit latiſsimè Ioſephus Maſcard. in dicto volum. 2. concluſ. 898. qui in concluſ. 890. numer. 7. aduertit, quòd teſtes ſuper inimicitia deponentes, debent ad hoc vt inimicitia probata dicatur, probare qualitatem ipſius inimicitiæ in ſpecie, nec ſufficit in genere nulla adiecta qualitate nec cauſa inimicitiæ.

INIMICVS reconciliatus, An ſit idoneus teſtis? eſt videndus Iul. Clar. lib. 5. §. final. quæſt. 24. numer. 6. Alexand. conſil. 99. volum. 1. numer. 3. Gabriel. Saray, in additionibus, ad Roman. ſingul. 319. Michael. Graſ. lib. 2. commun. opin. capit. 17. queſt. 32. Andr. Tiraquel. tractat. ceſſan. cauſa, limit. 16. ex numer. 7. Campeg. tractat. de teſtib. regul. 26. additio ad Lanfranc. de Oriano, tractat. de teſtib. numer. 84. in verſic. ſuſpicio. Iacob. Menoch. de arbitrar. lib. 1. quæſt. 28. num. 8. Alphõſ. Hojeda, de benef. 1. par. capit. 23. numer. 150. Didac. Couar. in pract. capit 18. numer. 3. Ioſeph. Maſcard. volum. 2. de probat. concluſ. 857. ex numer. 47. & in concluſ. 899. ex num. 9.

3 ET inimicitia, An faciat indicium ad torturam? est cõsulendus Ioseph. Mascard. in dicto volum. 2. conclus. 601. Aduertit tamen Arnulph. Ruzeus, in quæst. 18. num. 13. quòd qui inimicũ recipit in familiaritatem, dicitur murem nutrire in pera, serpentem in gremio, & ignem in sinu.

AD TEX. IN CAP. 4. Clerici, de excess. prælat.

COLLECTAN. 130.

SVMMARIVM.

1 *Plura in detestationem nefarij criminis sodomiæ.*
2 *An sodomia sit iusta causa separationis thori matrimonij?*
3 *An crimen sodomiæ possint committere fœminæ sine viris? & de eorum pœna.*
4 *Qualiter puniatur habens accessum cum muliere mortua.*
5 *Clerici ob crimen sodomiæ, quo modo puniantur in iure?*
6 *An sola attentatio puniatur in crimine sodomiæ?*
7 *An minor vel furiosus crimen sodomiæ committens puniatur?*
8 *Quæ probatio requiratur in hoc crimine sodomiæ, & an in eo liceat pacisci vel transigere?*
9 *An ex copula sodomitica contrahatur affinitas?*
10 *An acrius puniatur sodomiam committens cum propria vxore, quam si commisisset cum masculo?*
11 *An sodomita possit testari? & de eo qui huiusmodi crimen commississe fatetur non simpliciter, sed cum qualitate.*

1 PLVRA in pœnam & detestationem huius nefarij criminis sodomiæ, & An sodomita sit irregularis? examinant & congerunt Iul. Clar. in §. sodomia. Auendaño, in dictionar. verb. sodomia fol. 203. col. 2. in fin. Iodoc. Damhouder. in prax. crimin. capit. 96. Dueñas, regul. 103. Alphan. in collectan. numer. 236. & facit textus & Doctores, in l. cum vir, & in l. fœdissimam. C. de adulter. capit. mulier. 15. quæst. 1. & tradit Lælius Zech. de casib. reser. cas. 1. numer. 39. versic. ex quo infertur. latè Ioan. Gracian, regul. 55. ex numer. 40. Bernard. Diaz, in prax. canonic. capit. 80. aliàs capit. 86. vbi latissimè Salzed. in additionibus, ex fol. magn. 264. Caballin. in ægidian. constitut. lib. 4. capit. 69. in glos. B. Ioan. Martinez de Olano, in antinom. in litera S. numer. 20. Iacob. Nouel. in pract. crimin. in titul. contra sodomitas, latè Francisc. Viuius, lib. 2. commun. opin. 726. pag. 226. ex principio. Ioseph. Ludouic. decis. Lucen. 17. ex num. 22. plura Lambertin. de iur. patron. in 1. par. 2. lib. in 18. articul. 9. quæst. princip. ex fol. 81. Lancellot. Conrrad. lib. 1. capit. 9. de prætore. §. 3. titul. de sodomiticis. Albar. Pelag. lib. 2. de plant. eccles. cap. 2. Iacob. Menoch. de arbitr. cas. 286. Guilierm. Benedict. in repet. capit. Raynuntius, verb. cuidam Petro tradiderunt, numer. 52. & in verb. mortuo itaq; testatore, el 1. ex numer. 134. & 139. Anton. Gomez, l. 80. Taur. ex numer. 18. & 32. Iacob. Simanc. de catholic. institutionib. titul. 64. ex numer. 73. vsq; ad numer. 78. Quintilian. Mandos. in prax. titul. de ingratitud. capit. 62. casu. 90. Sebastian. Medic. in sum. peccat. 2. par. titul. 8. quæst. 34. Didac. Couar. in clement. 1. in 1. par. §. 1. numer. 6. Petrus Rebuf. de pacif. possessorib. numer. 208. Thomas Cerdan, in lib. visita de la carcel, capit. 13 numer. 11. Chassen. in consuetud. Burgund. rubric. 7. §. 3. verb. à faire testamẽt. ex num. 4. Volum. 1. commun. opin. pagin. 192. verb. sodomiæ delictum. Gaspar. Caballin. in additionib. ad consil. 58. Antonij de Butrio, in litera A. Bonacos. in commun. opin. crimin. verb. sodomia, non solum & in verb. sodomita clericus, & in verb. sodomita amittit bona. Anton. Scapp. de iure non script. lib. 5. capit. 143. Angel. de malefic. verb. che hai adulterato, num. 54. Bonifac. de Vitalin. de malefic. titul. de raptorib. numer. 6. & in titul. de adulter. incœst. numer. 10. Sylvest. verb. luxuria, numer. 7. optimè Plot. de in lit. iuran. §. 6. ex numer. 42. Sebastian. Medic. in sum. omn. hæres. 1. par.

par. verb. coitus, Volum. 1. commun. opin. pagin. 330. verb. sodomiæ vitium. AEgid. Bossius, in prax. titul. de stupro detestab. in masculos, & in numer. 4. ait, quòd peccatum sodomiæ ortum est à mulieribus.

2 AN autem sodomia sit iusta causa separationis thori? est consulendus Iul. Clar. §. sodomia, numer. 7. Francisc. Viuius, lib. 2. commun. opinion. 256. Ioseph. Angles flor. Theol. in quæstione de diuortio causa adulterij, pagin. 359. post princip. Stephan. de Gaeta, in repetit. capit. ad limina. 30. quæst. 1. §. 4. ex numer. 206. Bossius vbi supra, numer. 6. Albar. Pelag. vbi supra, & Lancel. Conrrad. supra, numer. 4. Caballin. in mille loq. 602. Anan. numer. 3. in capit. maritis, de adulter. vbi etiam. Abb. numer. 3. Iacob. Menoch. de arbitrar. cas. 286. numer. 14. Chassen. supra numer. 6. glos. verb. sodomita, in capit. omnes causationes. 32. quæst. 7. Ignatius Salzed. ad Diaz. capit. 86. pagin. 295. versicul. & propter hoc scelus. latissimè Francisc. Viuius, in sylua commun. opin. 725. per totam. Ioan. Matienço, lib. 5. recollection. titul. 1. de matrimon. in glos. 1. rubricæ numer. 81. Lambertin. in dicto 18. articul. numer. 34. Didac. Couar. in 4. 2. par. capit. 7. §.

3 5. numer. 6. & in num. 7. dicit, quòd tale crimen possunt committere fœminę sine viris, & de ipsarum pœna talem actum venereũ committentium, disputat Albar. Pelag, vbi supra, & Nicol. Boer. decis. 316. numer. 14. Papon. in arrest. lib. 22. titul. 7. arrest. 2. optimè Gomez de Leon, in allegat. 37. Læl. de Zanchis, de priuileg. eccles. 135. priuil. num. 39. Iulius Clar. §. fornicatio, numer. 28. vbi

4 etiam differit, qua pœna puniatur habens accessum cum muliere mortua, de quo crimine est etiam consulendus Paul. Fusc. singul. 25. literæ I. Nicol. Boer. decis. 316. ex numer. 10. Lælius de Zanch. in dicto priuil. 135. numer. 38.

5 ET clerici ob crimen sodomiæ puniuntur, secundum leges ciuiles, ex Motu Prop. Pij V. incip. horrendum illud scelus. Dat. anno Domini 1568. iij. Calend. Septembr. quem optimè explicant Simon. Maiolus, de irregularitat. lib. 5, capit. 43. numer. 3. versic. propterea clerici. Barthol. Humada, in l. 4. titul. 11. par. 1. in glos. 8. num. 3. & est videndus Franciscus Viuius, in sylua commun. opin. lib. 2. opin. 727. ex numer. 2. pagin. 231. Nauar. in man. latin. capit. 27. num. 249. Salzed. in additionib. ad Diaz, in dicto cap. 86. pagin. mag 300. & plura referunt aduersus clericos tale crimen perpetrantes, multi ex Doctoribus vbi supra, & Didac. Spino, in specul. testament. in glos. 19. princip. num. 50. Bernard. Diaz, in dicta prax. capit. 86. in fol. mag. 264.

6 ET in hoc crimine, An sola attentatio puniatur? est videndus Auendaño, respon. 35. numer. 5. versicul. & quamuis. Didac. Couar. in clement. 1. 2. par. in init. in fin. Iul. Clarus. §. sodomia, numer. 8. Paris. consil. 163. volum. 4. numer. 2. Antonius Scapp. in dicto lib. 5. capit. 143. ex numer. 11. Simon. Maiol. de irregular. lib. 5. cap. 43. num. 2. Ioan. Martinez de Olano, in antinom. in liter. S. numer. 21.

7 ET minor vel furiosus committens tale crimen, An puniatur? est consulendus Auendaño respons. 35. numer. 4. Iacob. Menoch. de arbitrar, cas. 286. numer. 19. & cas. 329. numer. 5. Petr. Plaça, de delict. capit. 32. numer. 8. in finalibus verbis. Iul. Clarus, lib. 5. §. final. quæst. 60. numer. 3. versicul. ex quo dicit.

8 ET crimen sodomiæ, An rectè probetur per confessionem eius, cum quo comissum est crimen? maximè si est minor viginti vel quatuordecim annorum, tradit Auendañ., respons. 31. Et latè Paris. supra ex numer. 6. tract. quæ probatio sufficiens sit ad torquendum ob sodomiam, de quo etiam est videndus Roland. consil. 7. volum. 1. ex numer. 10. & etiam quę ad condemnandum, tradit Auendaño, respons. 35. numer. 5. versicul. & licet. Et in hoc crimine non licet pacisci seu transigere, ex Martin. del Rio, in l. transigere. C. de transactionib. 2. par. numer. 123.

9 AN autem ex copula sodomitica contrahatur affinitas? est videndus Nauar. manual. latin. capit. 22. numer. 42. versic. & ita non sufficit. Aufred. ad Capel. Tholos. decis. 96. versicul. an autem. Viuald. in cande labr. eccles. titul. de affinitate, num. 199. optimè Lambertin. in dicto 18. articul. ex numer. 21. Dominic. Sot. in 4. distin. 41. quæst. vnica, articul. 2. versic. qua propter. Ioseph. Angles, flor. Theolog. in quæst. de impedimento affinitatis, pag. 394. in principio. Stephan. de Gaeta, in repetit. capit. ad limina

mina.30.quæst.1.§.4.numer.515.in principio.

10 ET An acrius puniatur tale delictum committens cum propria vxore, quam si cũ masculo perpetraret? tradit Hieron. Paulus in præct.cancellar.versicul. in quadam terra Italiæ, pag.585.

11 ET An sodomita possit testari? examinat latè Ioan.Matiençó, lib.5.recollection. titul.4.l.3.in glos.7.ex numer.4.latè Ioan. Gutierrez, in pract.lib.2.quæst.39.ex principio.Franciscus Viuius in sylua, commun. opin.lib.2.opin.726.numer.29.Iacob. Menoch.in dicto cas.286.num.10.doctissimus Ignat. Salzed. in additionib.nouis ad Bernard.Diaz, in prax.canonic.capit.86.vers. punitur etiam sodomita, pag.magn.298.

ET de eo qui huiusmodi delictum commisisse fatetur non simpliciter, sed cum qualitate, differit Ioseph. Ludou. decis.Lucen. 19.numer.18.& hæc dicta sufficiant, de tam abominabili vitio, hoc siquidem est de peccatis clamantibus in cœlum, ex Sebast.Medic. in sum.peccat.1.par.titul.1.quæst.17.

AD TEX. IN CAP. 30. Is qui fidem, de sponsal, & matrimon.

COLLECTAN. 131.

SVMMARIVM.

1 *Sponsalia de futuro per copulam transeunt in matrimonium, & quid quando præcedit copula, & sponsalia subsequuntur?*
2 *Dispositio istius textus cessat & non procedit post Concil. Tridentin.*
3 *Contra præsumptionem iuris, & de iure quæ probationes admittantur?*

1 DER hunc textum probatur sponsalia de futuro per consummationem copulæ transire in matrimonium, de quo, & quid iudicandum sit quando copula præcedit, & sponsalia subsequuntur? disputat Dominic.Sot.in 4.dist.27.quæst.2.articul.4.Felin.in capit.cum M.numer.78.de constitution.Ioseph.Angles, flor.Theol. in quæst. de essentialib.matrimonij, pag.324.latè Alphons.Veracruz, in specul. coniug.1.part. articul.20.Christoph.Porcius in princip.institut.de nuptiis, numer.24.Francisc.Victor.de sacrament.matrimon.ex num.263. Augustin. Beroi.quæst.54.Ioan. Corras. lib.3.miscellan. capit.4.ex numer.8.iuxta medium. Neuizan.in sylu.nupt.lib.2.num. 9.latissimè Iosephus Mascard.volum.2.de probation.conclus.1027.Sylvest.in sum.verbo matrimonium, el 2.numer.15.Petrus Mozius, de contract.titul.de sponsalib.§.de naturalibus sponsaliorum, numer.4.latissimè Didac.Couar.in 4.1.par.capit.4.§.1.ex numer.1.Andr. Tiraquel. de retract. conuention. ad fin. tituli, numer. 77.latè Stephan. de Gaeta, in repetition.capit.ad limina.30.
2 quæst.1.§.4.ex numer.100. vbi etiam plura de matrimonio præsumpto, & quod illud & dispositio istius textus iam cessent post Concil.Tridentin. Sess.24.de reformat. matrimon. capit.1. est videndus Nauar. manual. latin.capit.25.numer.144.Didac.Spino, in specul.testament. in glos.15.princip. num. 55.Iacob.Menoch.de præsumpt.lib.3.præsumpt.1.ex numer.6.& in numer.99.Lancellot.Gallia, in consuet. Alexand. in glos. maritus, quæst.1.numer.18.in fin. Ioan.Gutierrez, lib.1.canonicar. quæstion. capit.18. numer.4.& pulchrè de iurament. confirm. 1.par.capit.51.ex numer.12.Ioan.Matienç. lib.5.recollection.titul.1.de matrimon.glos. 1.rubric.numer.43.Petrus Mozius, in dicto §.de naturalibus sponsaliorum, num.5.Didac.Perez, lib.5.titul.1.l.1.pagin.41.colum. 1.versic.in primis enim.

3 VLTERIVS per istum textum quæri solet, An & quæ probationes admittantur contra præsumptionem iuris & de iure? & plura de effectu huiusmodi præsumptionis, referunt Didac.Couar. in 4.1. par.capit.4.§.1. numer.3. Ioan. Rojas, singul.166.Ludouic.Messia, in pragmatic.taxæ pan.conclus.1.num.145.Hyppol. Marsil.singul.116.Volum.1.commun.opin.pag. 418.verb.contra presumptionem.Alciatus de præsumpt.in princip.2.par.ex num.4.

AD

AD TEX. IN CAP. 16. Instrumenta, de fide instrumentor.

COLLECTAN. 132.

SVMMARIVM.

1 *Exemplar deductum auctoritate iudicis ordinarij, eandem vim habet sicut instrumentum originale.*
2 *Exemplar deductum ab eodem tabellione qui scripsit originale, facit fidem sicut originale instrumentum.*

1 VIDES hic, quo pacto exemplar deductum ab originali instrumento, per tabellionem auctoritate ordinarij, eandem vim habet cum instrumento originali, de quo & de ipsius materia, est consulendus Couar. in practic. capit.21.ex numer.4.& in num.8. Michael. Graf.lib.2. commun. opin. capit. 18.quæst.17.& quæst.20. Rolan. consil. 69. volum.3.ex numer.57.Bursat.consil.119.ex numer.34.& in consil. 123. numer.10. Ioan. de Arnono, singul.50.optimè Iacob.Menochius, consil.7.volum.1.numer.1, Philip.Decius, consil.36.ex numer.1.& in consil.564. ex num.12.Lib.9.regular.iur. ciuil. & pontific.pag.549.in fin.versicul. sublimita nisi. Abb.in cap. Albericus, numer.5. de testib. Lib.5.regular.iur.ciuil.& pontif. pag.395. in fin.versicul.primo fallit. Alexand.consil. 150.volum.6.numer.4.& consil.112.volum. 4.ex numer.1.Simoncell.de decret. in præfat.ex numer.121. Carol. Molin. in consuetudin.Paris.titul.1.§.5.numer. 27. & in numer.37.Ioseph.Mascard.volum.2.de probation.conclus.711.ex numer.17.Læl.de Zanchis, de priuileg.eccles.in 64.priuileg.vbi
2 in numer.18. ait, quòd non est necessaria auctoritas iudicis, quando est eadem persona tabellionis quæ scripsit originale, & quæ scripsit exemplum, tunc enim exemplum plenam fidem facit sicut ipsum originale, cum idem tabellio de eodem actu possit plura instrumenta conficere, & idem attestatur Felin.in capit. Albericus, numer.2.& Abb. numer.5.de testib. Beroi.in capit. quoniam contra, num.63.de probat. Rabena, singul. 179.Iacob.Menoch.de adipiscen.possess.remed.4.ex numer.653.Menoch.consil.175. volum.2.numer.29. Alexand. Stiaticus, in prax.iudicia.capit.15.num.28.

AD TEX. IN CAP. 8. Si qui testium, de testibus.

COLLECTAN. 133.

SVMMARIVM.

1 *Qui censeantur valetudinarij & senes, vt à muneribus excusentur, & tales an cogantur dicere testimonium?*
2 *Pauper quis sit? & an possit esse testis? & paupertas quo modo probetur?*
3 *Quæ dicantur personæ egregiæ, & tales non tenentur accedere ad testificandũ coram iudice sed in propria domo.*

1 VI dicantur valetudinarij & senes, & à quibus muneribus huiusmodi excusentur, & An tales cogantur ferre testimoniũ? vltra textum & Doctores, in l. inuiti. ff. de testib. est consulendus Iacob. Menoch. de arbitrar. cas.59. & latè in cas. 60. Campeg. tractat.de testib.regul.115. & in regul. 156. & in regul.157. Baptist. à Sancto Blasio, in repetit.rubric.decreti, numer.91.Alphons. Hojeda, de benef.1.par.capit.17.numer.18. Sebastian.Medic.tractat.mors omnia soluit 1.par.ex numer.135.Crot.tractat. de testib. 7.par.numer.40.Andr.Tiraquel.de primogen.in præfat.numer.212.Iacob.AEgidius, tractat.de testib.numer.54.Alberic.tractat. de testib.capit.6.numer. 23. Iustus Reuberius, tractat.de testib.ex num.217.

2 *IBI, pauperes.* Pauper quis dicatur? & an & quando possit esse testis? & quo mo-

do probetur paupertas, est consulendus Iacob. Menoch. de arbitrar. cas. 65. Campeg. tractat. de testib. regul. 113. Anton. Quesad. diuersar. quæst. iur. capit. 11. ex numer. 5. Didac. Couar. lib. 2. variar. resolut. capit. 6. per totum. Socin. regul. 289. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæst. 24. numer. 11. Benincas. in tractat. de paupertat. quæst. 4. Antonius Gomez, tom. 3. variar. capit. 12. numer. 19. Rolandus consil. 63. volumin. 2. numer. 34. Michael. Graf. lib. 2. commun. opin. capit. 17. quæst. 25. Gigas, singul. 48. Anton. Gabriel. lib. 1. commun. opinion. titul. de testib. conclus. 18. Hyppolit. Bonacos. in commun. opinio. criminalib. verbo pauper non admittitur. Volum. 1. commun. opinion. pagin. 335. verbo testis idoneus, versicul. pauper etiam. Paul. Fusc. singul. 29. literæ P. Caualcan. 2. par. decis. 2. nume. 3. Seraphin. de Seraph. de priuileg. iurament. priuileg. 4. numer. 98. Gasp. Caballin. in AEgidian. constitution. lib. 2. capit. 20. in glos. A. num. 1. Ioan. Martinez de Olan. in antinom. in litera P. numer. 8. Cynus in l. 3. in 7. quæstion. versicul. item ex rerum accidentia. C. de reb. credit. Bar. in l. si constante, numer. 14. Alexan. numer. 13. Rip. numer. 30. ff. solut. matrimon. & ibi Bald. nouell. numer. 47. & Iasso, numer. 148. Rolandus, consil. 7. volumin. 1. numer. 21. Philippus Decius, consil. 162. ex numer. 6. volumin. 1. commun. opinion. pagin. 229. verb. testis propter solam, latissimè Didac. Perez, lib. 3. titul. 1. l. 1. in glos. pobres, pagin. 460. Petr. Rebuf. de reprobation. testium, ex numer. 387. Sebastian. Medic. in tractat. mors omnia solu. 1. par. numer. 103. & de omnibus supradictis, & plura circa materiam istius textus cumulat Cauallin. milleloq. 936.

3 QVAE autem, dicantur personæ egregiæ, & An sint priuilegiatæ, in hoc quod non teneantur accedere ad testificandum coram iudice, sed in propria domo? est videndus Alexand. Stiaticus, in prax. capit. 17. ex numer. 1. & notatur per textum & Doctores, in l. ad personas ægregias. ff. de iure iurand. Andræas Tiraquel. de primogen. in præfation. numer. 109. & 212. Didac. Couar. in capit. quamuis. 2. par. in init. numer. 8. vbi etiam disserit, An huiusmodi priuilegium, possint renunciare personæ egregiæ?

AD TEX. IN CAP. 10. Cum ab omni, de vit. & honestat. clericorum.

COLLECTAN. 134.

SVMMARIVM.

1 *Pulchra & plura aduersus iudicem, qui recipit munera à litigantibus.*
2 *An Iudex in varietate opinionum, possit iudicare pro amico?*
3 *Iudices delegati quas expensas & munera possint recipere à litigantibus.*
4 *De sportulis & earum origine & nominis significatione.*

1 VIA munera frequenter excœcant oculos sapientium, & mutant verba iustorum, Exod. 23. & Ecclesiast. 20. & plura habes ad hoc, in 1. par. in collectan. 28. ad textum in cap. non licet. 11. quæst. 3. numer. 1. & pecunia iudices facilè corrumpit, vt latissimè habes, in dicta 1. par. in collectan. 27. ad textum in capit. sicut ij, qui. 47. distin. & tradit Mandos. in glos. facultatum, in procem. in verb. præmij, ex pag. 60. & vt referunt Neuizan. in sylua nupt. lib. 5. numer. 98. & Ioan. Segura Dabalos, in director. iudicum eccles. fori. 1. par. capit. 14. numer. 22. ex Petro Iacob. in rubric. de statu curiarum, vbi dicit, quòd si totus mundus veniret non posset credere, quod si vna pars dat, & alia nõ, quod iudex non sit danti naturaliter fauorabilis, & non dans habebitur aliquali odio, & quod si aliud non faciat iudex, saltim instruit dantem & dabit ei gratiosas dilationes & parti non danti nociuas. Vnde rationi conuenit, vt iudex mundas habeat manus, Deo, Legi, & Regi, & nullum aliud querat lucrum, vt in authen. de mãdat. Princip. §. oportet. collat. 3. aliàs qui dona, aut munera accipit, punitur per l. omnes cognitores. C. ad leg. Iul. repetundar. plurimum enim interest, vt cesset in iudice auaritiæ profanus amor, vt omni cura & puritate studeat iudicũ & veritatem ministrare. l. 1. §. ergo iubemus. C. offic. præfect. Affr. nam vt inquit Cicero, non est iustus iudex, qui mortem, qui exilium, qui egestatem timet, vt plura allegando prosequitur Caballin. in ægidian. constitut. lib. 4. capit. 1. in glos. B. numer. 5. pagiu. 189. & dicit Paris. de Put. de syndic. verb. consiliarij, numer. 1. Periculosum esse munera à litigantibus accipere, licet modica sint, quia non dantur cum charitate sed per corruptionem, nam qui dat iudici vnam gallinam, dat cum intentione vt extorqueat ab eo bouem, & sic refert, quòd rustici solent dicere, quod xeniũ intrat per portam iudicis, & diabolus exit per fenestram. Et si forsan contra dantem protulerit sententiam (ex mea opinione) incurritur infamia, quia passim ab eodem de latrocinio inculpabitur, & in syndicatu, vel alibi obiicietur ei munus acceptum, & quando pro eo sententia lata sit, scrupulus aliquando manet in corde iudicis, & pars iactabunda sæpius dicere solet, feci quod volui.

2 Insuper qui iudici munera dat frequenter, quærit amicitiam iudicis, vt saltim quando lis est dubia, & in varietate opinionum ferat sententiam pro eo, iuxta id quod vulgò dicitur, in dubio pro amico consuli posse, ac iudicari, gratificationiq; locum esse: vt latè prosequitur Tiraquel. de primogen. cap. 17. opin. 2. Iacob. Menoch. de retinend. possess. remed. 3. numer. 763. D. Hieronym. Portoles, in schol. ad Molin. §. arbitrium. numer. 2. Et quidem talis minimè aduertit, quod & si iura iubeant in re dubia pro reo, pro dote, ac pro aliis causis his similibus iudicandum fore, non tamẽ iubent fore iudicandum pro amico, vt tradit Iacob. Menoch. de arbitrar. cas. 339. numer. 32. immò in foro conscientiæ opinor iudicem hunc non esse tutum, dum opinionum varietate confisus, pro amico (volens ei gratificari) sententiam fert, vt ex Nauar. in capit. si quis autem, de pœniten. dist. 7. numer. 130. referunt & sequuntur Ioan. Segur. Dabal. in dicta 1. par. capit. 14. numer. 23. Menoch. in dicto cas. 339. numer. 22. Ioan. Matienço, lib. 5. recollection. titul. 11. l. 8. glos. 10. ex numer. 1. Iacob. Menoch. de retinen. possess. remed. 3. ex numer. 766. Hieronym. Portoles, in dicto §. arbitrium, numer. 2.

3 ET quia satis circa iudices ordinarios in hac materia dictum est in explicatione textus in dicto capit. non licet iudici, & tradit pulchrè & latissimè Barthol. Humada, in l. 8. titul. 9. par. 2. in glos. 4. ex num. 1. ex fol. 132. merito hic iuxtà decisionem nostri textus solum dubitatur, An iudices delegati, possint à litigantibus recipere munera siue sportulas? re qua quæstione est consulendus Roman. singul. 183. incip. tu scis. Corset. singul. 297. incip. sportulæ. Francis. Vrsius, lib. 2. commun. opin. 259. late Syluest. in sum. verb. iudex, el 1. quæst. 8. ex numer. 13. Anton. Cordeu. tractat. 21. de consc. quæst. 110. versicul. si contra. Aules, in cap. 9. præterea. in glos. commission. numer. 4. Ioan. Segura Dabalos dicta 1. par. capit. 14. ex numer. 42. Francisc. Pegna, in 3 par. director. schol. 148. versicul. ee ea quid sentiã. textus & Doctores, in cap. statutum. §. insuper, de rescript. in 6. Ludouic. Lopez, instructor. consc. 1. par. capit. 110. colum. 665. Campeg. in litera A. versicul. cui sententiæ in additionibus ad Zanchin. de hæretic. cap. 18. ex pag. 139. Ioan. Faber. in §. triplici, instit. de action. numer. 3. vbi ait, quòd de iure canonico personæ ecclesiasticæ, non possunt recipere aliquid aliud, nisi expensas, & illas ita demum si exeant à loco & villa vbi habitabant, iuxta hunc textum, & in dicto §. insuper, & id ipsum obseruandum credit Ioan. Segur. Dabal. in dicto cap. 14. numer. 45. in iudicibus in vnaquaque Diœcesi ad causas Apostolicas deputatis, iuxta dispositionem Concil. Triden. Sess. 25. cap. 10. quia tales qualificati esse debẽt, & vt plurimum literati & beneficiati eliguntur cõgruis reddit ibus ecclesiasticis sibi assignatis, vt honestè viuere valeant, iuxta textum nostrum.

4 ET quia de sportulis frequenter fit mentio in iure, de earum origine & nominis significatione, differit Alciat. lib. 3. disputat. capit. 17. Ioan. Faber. in dicto §. triplici, numer. 4. vltra alios supra relatos.

AD TEX. IN CAP. 9. Aqua, de consecrat. eccles. vel altaris.

COLLECTAN. 135.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia non consecrata reconciliatur per simplicem sacerdotem, si verò est consecrata, per Episcopum.*
2 *An pro reconciliatione ecclesiæ Episcopus, possit petere procurationes & expensas?*
3 *An Vicarius Episcopi possit reconciliare ecclesiam consecratam?*
4 *Liber pontificalis est authenticus, & facit fidem.*
5 *An clericus celebrans in ecclesia violata, sit irregularis?*
6 *Quæ ecclesiæ præsumantur consecratæ, vt si fuerint pollutæ, teneãtur Episcopi eas reconciliare.*

1 DECISIO istius textus, procedit quando ecclesia violata, est consecrata, tunc enim recõciliatur per Episcopum, si autem non fuerit consecrata, recõciliatur per simplicem sacerdotem, vt tradit Angel. in sum. verb. consecratio ecclesiæ, in princip. versicul. intellige. Nauar. in manual. latin. capit. 27. numer. 251. Vivald. in candelabr. eccles. titul. de interdicto, numer. 84. optimè Dominic. Sot. in 4. dist. 13. quæst. 2. articul. 3. versicul. quod si fuerit consecrata, pagin. 573. Anton. Bernad, in sum. capit. 36. num. 1. versicul. puesto que en la reconciliacion, pagin. 870. in fine. Armil. in sum. verb. consecratio ecclesiæ, numer. 2. Paul. Fusc. de visit. lib. 2. capit. 25. num. 12. Ioan. Selua, de benefic. 1. par. quæst. 5. numer. 132. & num. 154. Guilier. Duran. in ration. diuinor. officior. lib. 1. capit. 6. numer. 38. Læl. de Zanchis, de priuileg. eccles. in 4. priuileg. ex numer. 2. Sylvest. in sum. verb. consecratio, el 2. num. 8. vbi etiam Tabiens. numer. 1. quibus in locis tenẽt Doctores, quòd quãdo ecclesia est consecrata (cessante priuilegio) solus proprius Episcopus potest eam reconciliare, vel alius Episcopus cui ipse commisserit vices suas, iuxta ea quæ tradit Couar. lib. 3. variar. cap. 20. num. 3. Ioan. Selua, in dict. 1. par. quæst. 5. num. 131. Læl. de Zanch. in supradicto 4. priuil. num. 1. & in 127. priuil. ex nu. 11.

2 PRO huiusmodi tamen reconciliatione ecclesiæ, Episcopus procurationes & expensas petere non potest, vt censet Paulus Fusc. de visitation. lib. 2. capit. 25. numer. 16. Pauin. de visit. 1. par. quæst. 5. num. 129. vbi etiam vide, quòd nulla ecclesia est pretio reconcilianda, quamuis in hoc Nicol. Boer. scribat ad vtramq; partem, in decis. 303. numer. 9. quem refert Philip. Porcius, consil. 123. numer. 12. volum. 3. est tamen pro huiusmodi dubio consulendus Læl. de Zanch. vbi supra, in 127. priuileg. ex numer. 9. solet tamẽ obseruari, quòd Episcopo, maximè alieno fiant expensę, plerumq; per illos qui fuerunt causa pollutionis, vt refert Paul. Fusc. ex dicto numer. 16. ex ea ratione ne ex culpa malorum, prælati ecclesiarum habeant iacturam & damnum, & est quoddam genus correctionis in illis qui deliquerunt, subditi namq; quãdo delinquũt debitis pœnis sunt coercendi, ex Concil. Trident. Sess. 13. de reformat. cap. 1. & ait textus in cap. legi. 23. dist. malos punire non officium crudelitatis est, sed pietatis, & delicta punire valdè religiosum & sanctum est, iuxta tradita per Anton. Scapp. de iure non script. lib. 5. cap. 117. ex numer. 9. & capit. 185. ex num. 1. Iacob. Simanc. de cathol. institution. titul. 46. numer. 38. Didacus Perez, lib. 1. titul. 4. l. 3. in glos. por miedo de la pena.

3 AN autem vicarius Episcopi, possit reconciliare ecclesiam quæ primo fuerat consecrata? est videndus Paul. Fusc. in dicto capit. 25. numer. 13. Petr. Rebuf. in prax. tit. de vicar. Episcopi, ex num. 168. fit autem hæc ecclesiæ violatæ reconciliatio, iuxta or-
4 dinem pontificalis libri (cuius ritus & ceremoniæ obseruandæ sunt, cum sit liber authenticus, vt ex Pauin. de visitation. refert Paul. Fusc. de visit. lib. 1. capit. 4. numer. 9. & lib. 2. capit. 25. numer. 14.) vbi in 2. par. fol. 152. patet modus, & forma reconciliandi ecclesiam, quæ reconciliatio, fit ad exemplum & terrorem inducendum, ex Guilierm. Duran. in ration. diuinor. offic. lib. 1. capit. 6. numer. 44. & aduerte, quòd est acceleranda ne diutiùs diuinum suspendatur officium, aut ecclesiastica intermittatur sepultura.

5 CAVENDVM tamen est ne quis sacerdos ante ecclesiæ violatæ reconciliationem in ea celebret, si tamen celebrauerit rit nullam incurrit irregularitatem, cum à iure id non sit expressum, iuxta textum, in capit. is qui, de sentent. excommunicat. in 6. & quæ tradit Didac. Couar. in clement. si furiosus, in init. 1. par. numer. 3. & Gundisalu. de Villadieg. de irregularit. capit. 5. numer. 25. versic. item quia irregularitas, pagin. 82. eit tamen consulendus, pro huiusmodi quæstione, An clericus celebrans in eo casu sit irregularis? Anan. in capit. significasti, numer. 3. in fin. de adulter. Angel. in sum. verbo, consecratio ecclesiæ, numer. 8. & Tabiens. numer. 10. & ibidem Armil. num. 10. Gundisal. de Villadieg. de irregularit. cap. 5. numer. 21. Viuald. in candelabr. eccles. titul. de interdicto, numer. 85. Paul. Fusc. in dicto capit. 25. numer. 15. Sylvest. verb. consecratio, el 2. numer. 9. Læl. de Zanch. de priuileg. eccles. in 5. priuileg. numer. 7. optimè Dominic. Sot. in 4. dist. 13. quæst. 2. articul. 3. versicul. rursus etiam adnotandum est, pagin. 573. Nauar. manual. latin. cap. 25. numer. 83. Sebastian. Medic. in sum. omn. peccat. 2. par. titul. 9. quæst. 12.

6 AN autem, & quæ ecclesiæ præsumantur consecratæ, vt eas si fuerint pollutæ teneantur Episcopi reconciliare iuxta supradicta? est videndus Selu. de benefic. 1. par. quæst. 6. numer. 28. Ioseph. Mascard. volum. 2. de probat. conclus. 582. Sylvest. in sum. verb. consecratio, el 2. numer. 3. Lambertin. de iure patronat. lib. 1. 1. par. in 8. articul. 2. quæst. princip. numer. 10. versic. an autem quælibet, fol. 13. quo in loco admonet tutius esse, vt quando consecratur ecclesia ponantur signa & cruces sculptæ in lapidibus in ipsis parietibus, quæ durant semper cum ecclesia, ex huiusmodi enim signis ecclesia præsumitur consecrata, vt tradit Michael. Timoth. de eccles. visitan. lib. 2. tractat. 1. capit. 11. in principio.

AD TEX. IN CAP. 1. Si quis, de homicid.

COLLECTAN. 136.

SVMMARIVM.

1 *Committens aliquod graue delictũ proditoriè, non gaudet immunitate ecclesiæ.*
2 *Quando dicatur quis proditoriè commisisse delictum.*
3 *Verbum moriatur, quid significet in hoc textu.*

1 EX hoc textu communiter inferunt Doctores, quòd quando quis commisit homicidium, vel graue delictum proditoriè vel aleuosè, non gaudet immunitate ecclesiæ, circa cuius decisionis verum sensum, & pro intellectu istius textus, est videndus Didac. Couar. lib. 2. variar. capit. 20. numer. 7. Anton. Gomez, tom. 3. de delict. capit. 10. numer. 2. versicul. quinto limita. Abb. in capit. at si clerici, in princip. numer. 41. versicul. additio, de iudic. Nauar. in manual. latin. capit. 25. numer. 21. in princip. Alciat. lib. 7. parerg. capit. 6. & de præsumpt. regul. 3. præsumpt. 33. numer. 4. Guid. Pap. decis. 121. Didac. Perez, lib. 8. titul. 13. l. 2. per totam. Iulius Clar. in §. homicidium, numer. 10. & in §. fin. quæst. 30. numer. 11. latissimè Ioan. Gutierrez, lib. 1. pract. quæst. 2. ex numer. 2. Thomas Cerdan, in lib. visit. de la carcel, capit. 13. numer. 13. Ioseph. Ludouic. decis. Lucens. 16. ex numer. 35. Gigas, de crim. lesæ maiestat. lib. 1. quæst. 10. ex num. 8. Petr. Plaça, de delict. capit. 21. ex num. 5. versicul. rursus ad huius. Nicol. Boer. decis. 109. ex num. 3. Alexan. consil. 145. volum. 7. ex num. 1. Anton. Scapp. de iur. non script. lib. 1. cap. 24. ex num. 1. Paul. Fusc. in sing. 33. liter. C. Rebuf. tom. 2. constit. regiar. titul. de immunit. eccles. articul. 1. glos. 1. ex numer. 16. Remig. de Gosi, de immun. eccles. fallen. 13. ex pag. 265.

2 QVANDO autem dicatur quis proditoriè occisus, tradit Didac. Perez, lib. 8. titul. 13. l. 12. pag. 268. versic. proditor ergo. Ioan. Gutierrez, lib. 1. pract. quæst. 2. ex numer. 3 Anton. Gomez, tom. 3. de delict. cap. 3. num. 5. Didac. Perez, lib. 8. titul. 7. l. 1. in glos. traycion.

DVBITANT tamen Doctores, an si extraneus non subditus cõmittit crimen proditionis vel lesæ maiestatis contra Regẽ vel rempublicã cum subdito, an similiter pœna ambo debeant puniri? an verò non subditus de aleuosia, alius verò vt proditor teneatur? pro quo sunt cõsulendi Ioan. Fabr. in §. alia

deinde,numer.2.verſicul. certum eſt, inſtit. de public.iudic. Didac.Perez, lib.8.titul.7. l.1.in gloſ. faria aleue conoſcido, pag.199. Gigas,de crimin.leſæ maieſtat.lib.1. quæſt. 68.ex numer.6.pagin.121. Anton.Gomez, tom.3.capit.3.num.4.in princip.

VTRVM autem quis teneatur crimine leſæ maieſtatis, ex ſcientia ſola, ex eo quia non reuelauit proditionem,quam conuictus teſtibus probatur ſciuiſſe? examinat Bar.in l. vtrum, numer.3.ff.ad leg.Pompei, de parricid.Ioan. Igneus, in l. fideicommiſſum, num. 32. ff. ad Senat. Conſult. Syllan. Philip. Deci. in regul. culpa caret, num.9. ff.de regul.iur. Capiz. deciſ.155. numer.10. Alciat.lib.8.parerg.cap.9. Anton.Gomez tom.3.variar.capit.3.numer.4. verſic.& ex his.Ioan.de Anan.in rubric.numer.6.de his qui filios occider. Gregor.Lopez,in l. 2. titul.28. partit. 2. in verb. y eſta miſma pena. Hyppol.de Marſil.fingul.164.

INFERVNT ſimiliter Doctores ex hoc textu, homicidam ordinari non debere circa quod eſt conſulendus Michael. Timotheus,de eccleſ.viſitan.lib.1.tractat.3.capit. 25. Concil.Triden.Seſſ.14.de reformat.capit.7.Couar.in clemen.1. 2.par.§.3.ex num. 3.Simon. Maiol.de irregular. lib.5. cap.48, numer.1.

3 *IBI, Vt moriatur.* Verbũ moriatur quid ſignificet in hoc textu? eſt videndus Abbas in capit.per venerabilem, numer.21. qui fil. ſint legit. Sebaſt. Medices,in tractat. mors omnia ſoluit. 1. par. ex numer.33. Rebuf.in dicta gloſ.1.numer.17. Paul.Fuſc. & alij ex allegatis,vbi ſupra.

AD TEX. IN CAP. 3. Si vir,de adulteriis.

COLLECTAN. 137.

SVMMARIVM.

1 *Maritus turpiter facit ſi accedit ad vxorem adulteram,antequam ipſa pœnitentiam fecerit, & ſi accedat non poteſt eam de adulterio accuſare.*

2 *Accedens ad vxorem adulteram, eſt bigamus.*

1 COLLIGE ex hoc textu,quã turpe ſit marito accedere ad vxorem adulteram,& cum ea cõſortium habere carnale, niſi ipſa prius pœnitentiã fecerit, & tradit Alphõſ. Veracruz in ſpecul.coniug. 3. par. artic.2. Didacus Couar. in 4.2.par. capit.7.§.2. numer.4. Didacus Perez,lib.8.titul.15.l.2.pagin.308.colum.1.in fin. verſicul. & maritus habens.Ioan.Matienço, lib.5. recollection. titul. 1. in gloſ. 1. rubricæ, numer. 101. Sebaſtian.Medic. in ſum.peccat.2.par.titul.8. quæſt.37. verſicul. tertio ſi maritus. Nauar. manual.latin.cap.16. numer.28. Caietan. in ſum.verb.matrimonium.verſic.decimũ caput,pag.494.Specul.conſcien.tract.2.cap. 33.§.4.Neuizan.in ſylua nupt. lib.1.numer. 106.latiſsimè Dominic.Sot.in 4.diſtin.36. quæſt.vnica,artic.1.& 2. Petrus Mozius,de contract.titul.de matrimonio.§.fin.num.70. verſic. quod debitum. Iulius Clar.§.adulterium,num.18. verſic. quinimmò vir. Immò maritus eo in caſu accedens ad vxorem adulteram,pro illo adulterio eam accuſare non poteſt,iuxta ea quæ tradunt Soarez,in communi. opinion. verb. adulterium,numer.85. Ioan. Matienço, ſupra numer. 102. ad fin. Iodoc. Damhouder. in pract.criminal. cap. 89. numer.45.Didac.Couar. in 4.2.par.capit. 7. §. 6. numer.7. Iulius Clar. §. adulterium,numer.18. Ioſeph.Angles,flor.Theolog. in quæſt. de diuort. ob adulter. pagin. 360. Doctor Hieronym.Portoles,in ſchol. ad Molin. in §. adulterium, numer. 12. & in numer.17. Petrus Mozius, in dicto titul. de matrimonio.§.final.num.70.verſic.quinto limita.

2 MARITVS etiam efficitur bigamus,& irregularis,ſi vxorem adulteram carnaliter cognoſcat, etiam ſi ipſe maritus ignoret adulterium,vt referunt Nauar.in manual.latin.cap.16.num.27.& in cap.27.num. 195.verſic.idem ſi cum virgine.Burſat.conſil.218.numer.5.Ioan.Matienço, in dicto titul.1.de matrimon. in gloſ.1. rubricæ, num. 102.Ludou.Lopez, inſtr.conſc.1.par.capit. 83.ex col.546.verſic. at conſequenter. Iul. Clar.lib.5.§.fin.quæſt.36.num.10.Bernard. Diaz,

Diaz, in prax.canon.cap.16.num.3.vbi Salzed. in addit. in litera D. Ioan. Gutierrez, lib.1.canonic.quæſt.capit.25.ex numer. 15. Neuizan. in ſylu.nupt.lib.1.numer.127.Couar.in clement.ſi furioſus.1. par.§.2. num.3. Capel. Tholoſ. deciſ.64. & deciſ.235. numer.3. Felin.in capit.ius generale,diſt.1.colum.6.verſic.maritus adulteræ.Domin.Sot. in 4.diſt.27.quæſt.3.artic.1.verſicul. quinta concluſio, & in diſt.36. quæſt.vnic. artic.1. verſic.ſed nota.Guillier.Benedict.in repet. capit.Raynutius,verb.cuidam Petro tradiderunt, num.62.verſic.& ſi vxorem.Viual. in candelabr.eccleſ.titul.de irregular. bigamiæ,ex num.6.Alphon.de Caſtro,lib.2. de lege pœn. capit.14. verſic. ſecundo ex eadem prima.

AD TEX. IN CAP. 3. De bigamis, de bigam. non ordinandis.

COLLECTAN. 138.

SVMMARIVM.

1 *Bigamus quis dicatur.*
2 *Bigamus nõ promouetur ad ſacros ordines.*
3 *Quis diſpenſat cũ bigamo, vt ad ſacros ordines promoueri poſsit.*

1 BIGAMVS quis dicatur? eſt videndus Bernar. Diaz,in prax. canon.cap.16.numer.1.vbi Salzed.in additionib.in liter.A.Nauar. in man.latin.cap.27.num.195.latè Sylueſt. in ſum. in verb. bigamus, ex princip. Ioſeph.Angl.flor.Theol.in queſt.de eſſentialibus matrimonij, pag.325.latiſsimè Couar.in clemen.ſi furioſus.1.par.§.2. ex num. 1.Viuald.in candelabr.eccleſ. titul. de irregularit.bigam.ex num.1.latè Dominic.Sot. in 4.diſt.27.queſt.3.artic.1.latè Gundiſal.de Villadieg.de irregular.capit.13.ex princip. Brunor.à Sole,in quæſtion.legal.quæſt.32. ex num.9. Petr.Mozius, de contract. titul. de matrim. §. de naturalibus matrim. num. 11. fol.186. An autem dicatur bigamus qui ignoranter cognoſcit carnaliter propriam vxorem adulteram? vide quæ habes ſupra in collectan. ad textum in capit.3. ſi vir, de adulter. Aduertit tamen Gundiſal.de Villadieg.de irregular.in cap.fin. ad finem, pag. 195.quòd contrahens matrimoniũ poſt eius reſurrectionem cum muliere, quam ante mortem habuit in matrimonio,non eſt irregularis nec bigamus, quia diuiſio carnis in duas vxores,& non in duo coniugia facit bigamiã,talis enim licet cognouerit vxorem, quæ duobus coniugiis fuit ſibi copulata non tamen cognouit duas vxores.

2 BIGAMVS autem, non poteſt promoueri ad ſacros ordines, & de ratione eſt conſulendus Sylueſt.in ſum.verb.bigamus, num.6.Brunor. à Sole,in dicta quæſt.32.numer.6.Petr. Aragon.2.2.quæſt.12.articul.1. pag.360.verſic.vltimo eſt aduertendum.Sebaſtian.Medic.in ſum. peccat.2.par.titul.9. quæſt.29.Viuald. in dicto titul. de irregul. bigam.numer.29.Alphonſ. Hojeda, de benef.1.par.capit.23. numer.116. Petrus Damianus,in tract. dominus vobiſcum, capit. 12.Lælius de Zanch.37. priuileg. Rebuf. in prax.titul. de cleric. ad ſacros ordines male promot.in gloſ.4. numer.7.

3 QVIS autem diſpenſet cum bigamo, vt ad ſacros ordines promoueatur, tradit Brunor. à Sole, in dicta quæſt.32.ex numer. 20.Anton.Scapp. de iur.non ſcrip.lib.1.capit.34.Alphonſ. Hojeda, de benefic.1.par. capit.23.ex numer.117.Didac.Couar.in clement.ſi furioſus.1.par.§.2.numer.4.Salzed. in additionib. ad Bernar. Diaz,in dicto capit.16.in litera B. latiſsimè Dominic.Sot. in 4.diſt.27.quæſt.3.articul.3. Medin. tract. de ieiunio. §. de diſpenſatione in Quadrageſ.fol.135.colum.1.Nauar.manual.lat.cap. 27. numer.197.latè Sylueſt.in ſum.verb.bigamus, numer.7. gloſ. verb. diſpenſare, in capit.2.ſupra hoc titul.Sebaſtian. Medic.in ſum.peccat.2.par.titul.9.quæſt.31. Viuald. in candelabr. eccleſ. titul. de irregularitate bigamiæ, ex numer.34.

AD TEX. IN CAP. 1. Falſidicus, de crimine falſi.

COLLECTAN. 139.

SVMMARIVM.

1 *Plura de teste falso & de eius pœnis.*
2 *An clericus puniatur à iudice seculari & quiuis alius, à non suo iudice, si coram eo falsum deposuerit?*
3 *De pœna testis qui sine iuramento falsum deponit.*
4 *Falsitas non præiudicialis, An falsi pœna puniatur?*
5 *Deponens falsum non circa principale, sed circa accessorium, quomodo puniatur.*
6 *Falsitas vt sit punibilis, tria concurrere debent.*
7 *Sententia lata per falsos testes, an rescindatur? & intra quod tempus.*
8 *An testis possit recipere pecuniam pro testimonio dicendo vel non dicendo?*
9 *De pœna illius qui testem inducit vt falsum deponat.*
10 *Cardinalis & si liberare possit eum qui ad patibulum ducitur, non tamen si ducitur ratione falsitatis.*
11 *Quæ sint signa falsi testimonij.*

65 ET an & quando procurator possit declarare aliquem incidisse in commissum, etiã si ad id non habeat speciale mandatum domini? tradit optimè Ioseph. Ludouic. decis. 33. Lucen. Caualcan. 2. par. decis. 30. numer. 46. Aurelius Corbul. in 15. causa priuat. ampliat. 45. numer. 13. pagin. 430. Aduertit tamen Paul. Emil. 2. par. decis. 181. quòd mandatum factum alicui ad petendũ census præsentes & futuros, non se extendit ad petitionem caducitatis.

66 AN emphyteuta probans se tribus proximis annis præteritis soluisse pensionem, præsumatur retro soluisse, & quid dicendum sit in colono? examinat Cremen. singul. 79. incip. tu scis, vbi additio. Dueñas, regul. 54. Ant. Gabr. lib. 1. com. opin. tit. de præsumpt. cõclus. 11. Rabena, singul. 22. incip. qui ostendit. Anton. Gomez. l. 68. Taur. numer. 5. Caualcan. 2. par. decis. 29. numer. 42. Iosephus Mascard. volum. 2. de probation. conclus. 603. ex numer. 9. Lib. 1. regul. iur. ciuil. & pontific. pag. 59. verb. apocha in qua quis. Iacob. Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst. 24. numer. 5. Volum. 1. commun. opin. pag. 63. verb. emphyteuta eo ipso, textus & Doctores, in l. quicunq; C. de apoch. lib. 10. Capel. Tholos. decis. 235. pulchrè & latissimè Iacob. Menoch. lib. 3. præsumpt. 139. Aurel. Corbul. in 15. causa priuat. in quæst. 4. numer. 2. pagin. 524. latè Carol. Molineus, vbi supra, titul. 2. §. 62. ex numer. 41. (& in numer. 50. differit, An in ecclesia sufficiat apocha duorum annorum?) Ias. l. in emphyteuticariis, numer. 135. C. de iure emphyt. Caballin. milleloq. 226. Volum. 1. commun. opinion. pagin. 278. verb. emphyteuta omnibus. Volum. 2. commun. opin. pagin. 28. numer. 13. versic. primo limita, & de ecclesia & de aliis pulchrè tradit Rodoan. de reb. eccles. non alienan. pag. 445. ex num. 19.

67 EMPHYTEVTA canonem soluere impeditus propter incarcerationem, vel aliũ iustũ impedimentũ, an excusetur à caducitate? examinat Grammat. decis. 52. numer. 10. Roland. consil. 87. volum. 1. num. 24. Aurel. Corbul. 15. causa priuat. limit. 10. pagin. 449. Ludouic. Lopez, instruc. negot. lib. 2. capit. 30. versicul. accedit septimo. Tiraquel. de retract. conuen. §. 1. glos. 2. numer. 60. ad medium, optimè Philip. Decius, consil. 138. numer. 7. versicul. postremo considerandum

siderandum est. Seraph. de Seraphinis, de priuileg. iurament. priuileg. 74. num. 206. & priuileg. 84. numer. 16. Paul. de Monte Pico, consil. 76. numer. 20. Et an etiam excusetur vt non cadat, & si in solutione cessauerit, propter pestem vel bellum? tradit Aurel. Corbul. in 15. causa priuat. limit. 11. pag. 451. Francisc. Rippa, de peste, de priuileg. contract. causa pest. 2. par. num. 13.

68 EMPHYTEVTA, an teneatur antipochare, & recognoscere dominum toties, quoties per dominum fuerit requisitus? examinat Anton. Sola, in constitut. Ducat. Sabaudię, in rubric. decreti rempub. in glos. 3. fol. 10. & in glos. 4. numer. 2. Guid. Pap. decis. 417.

69 ET an ex huiusmodi recognitione probetur dominium, vel sic recognoscens sibi inferat aliquod præiudicium? est videndus Ias. l. 2. quæst. 16. numer. 177. C. de iur. emphyt. Aymon. Crauet. consil. 20. numer. 11. Carol. Molin. in consuetud. Paris. titul. 1. §. 7. numer. 24. & optimè §. 11. numer. 19. & §. 1. glos. 5. numer. 32. & §. 35. num. 9. latè Guilielm. Benedict. in repetit. capit. Raynunt. verb. & vxorem nomine Adel. ex numer. 444. Iacob. Menoch. consil. 86. volum. 1. ex numer. 95. Caballin. milleloq. 39. Rolan. consil. 82. volum. 2. numer. 38. Iacobus Menoch. lib. 3. præsumpt. 101. num. 16. latè Hieronym. Portoles, in schol. ad Molin. §. censualia, numer. 15. Et emphyteuta, an cadat si ecclesia non ostendit inuestituram & originem, ac dominium bonorum, sed solũ confessionem & recognitionem? videbis Caualcan. 2. par. decis. 32. num. 84.

70 AN emphyteuta compelli, possit ad ostendendum titulum? tradit Abb. consil. 74. volum. 1. num. 1. Bellug. in specul. Princip. rubric. 28. §. præterquam durum, num. 19. Aurelius Corbul. vbi supra, in tractat. de causa priuat. ex eo quod emphyteuta non ostendit domino instrumen. renouationis, pag. 10.

71 ET emphyteuta qui soluit censum domino per aliquod tempus, an possit dicere domino, vt ostendat sibi rem, pro qua censum soluit? est videndus Natta, consil. 360. num. 10. Et pretendens rem esse emphyteuticam debet docere titulum, ex Caballin. milleloq. 168.

72 PATIENTIA decennalis post alienationem rei emphyteuticæ, an inducat consensum domini? tradit Andræas Tiraquel. post leges connub. glos. 7. numer. 41. Aurel. Corbul. in dicta 14. causa priuation. limitat. 31. Antonius Gomez. tom. 2. variar. cap. 11. numer. 17. iuxta fin. Ioseph. Mascard. volum. 1. de probat. conclus. 417. numer. 4.

73 AN autem in conscientia teneatur quis manifestare rem propriam incidisse incommissum? examinant Nauar. manual. latin. capit. 23. numer. 64. versicul. ad tertium. Ludouic. Lopez, lib. 2. instruct. negot. capit. 30. Et emphyteota non soluens canonem, an teneatur ad restitutionem fructuum, quos medio tempore percepit? est consulendus Felinus, capit. de quarta, numer. 33. de præscriptionib.

74 DOMO autem exusta, seu re emphyteotica diruta, an emphyteuta teneatur ad pensionem, eamq; reficere? sunt consulendi Andræas Tiraquel. de retract. linag. ad fin. titul. numer. 75. Natta, consil. 377. numer. 2. & consil. 480. numer. 2. Ioan. Garsia, de expens. & melioration. capit. 15. numer. 17. Felin. in capit. consuluit, de Iudæis, versicul. & in hac materia. vbi Anan. numer. 6. Ias. in l. 1. C. de iur. emphyt. numer. 44. Petrus Salazar, de vsu & consuet. capit. 11. ex numer. 70. latissimè Ioseph. Ludouicus, in commun. conclusion. titul. de iure emphyteotico, conclus. vnica, ex principio. Anton. Scappus, de iure non script. lib. 4. capit. 24. numer. 3. Ludouic. Lopez, in dicto lib. 2. capit. 30. pagin. 439. versicul. addimus & secundo. Seraph. de Seraphin. de priuileg. iuramenti, priuileg. 84. num. 18. Ioan. Martinez de Olano, in antinom. in litera E. ex numer. 11. Vltra quos etiam resolue, quòd quando tota res emphyteutica periit nocet domino, secus si non pereat tota, vt colligitur ex traditis à Caualcan. 2. par. decis. 30. numer. 94. & facit pro hoc illud vulgatum, si res pereat tota, liberabitur emphyteuta, si pro parte, nulla liberabitur arte, de quo tamen videndus omnino est Iul. Clar. §. emphyteusis, quæst. 8. numer. 8. & optimè Ioan. Garsia vbi supra, capit. 14. numer. 9. latissimè Ioseph. Ludouic. in dicta conclus. vnica, in versicul. & Doctores dicunt in tantum. Aurel. Corbul. in 15. causa priuat. limitat. 32. pag. 491. & in ampliat. 11.

ex

ex numer. 1. pagin. 355. vbi in numer. 23. assignat rationem quare conductori ad longum tempus fiat remissio propter sterilitatem, & non emphyteutæ.

75 AN autem cessans à solutione canonis, censeatur etiam cecidisse à pacto luendi & redimendi? est consulendus Andræas Alciat. regul. 3. præsumpt. 45. numer. 2. versic. & hæc faciunt. Iacob. Menoch. de arbitrar. cas. 276. numer. 20. Andræas Tiraquel. de retract. conuen. ad finem titul. numer. 90. Aymon. Crauet. de antiquitat. tempor. 4. par. numer. 85. Aurelius Corbulus, in 14. causa priuation. limitation. 41. pagin. 308. & in 15. causa priuation. limitation. 38. pagin. 500.

76 PRAELATVS autem non soluēs canonem pro re, quàm habet in emphyteusi an ecclesiæ præiudicet? est videndus Roman. singul. 270. incip. tu habes, vbi additio allegat Doctores concordantes, dicit tamen Cæsar Contard. in l. diffamari. C. de ingen. & manumis. in quæstionibus, in num. 28. quòd prælatus non soluens canonem pro re quam ecclesia habet in emphyteusim, cadit in commissum durante ipsius vita, eo tamen vita functo mox reuertitur ad successorem.

77 ET an prælatus possit remittere caducitatem emphyteutæ ecclesiæ, per receptionem pensionis? est consulendus Melchior. Pelaez. de maiorat. 4. par. quæst. 26. numer. 63. Antonius Scappus, de iure non script. lib. 4. capit. 22. numer. 11. Caballin. in milleloq. 135. & in additionibus ad consil. 22. Antonij de Butrio, in litera F. Iulius Clar. §. emphyteusis, quæstion. 10. numer. 3.

78 OCCVRRIT tamen mihi in praxi hoc dubium, an res emphyteutica possit capi pro executione rei iudicatæ, & adiudicari in solutum creditori? & tunc an debeatur laudimium? & quidem hoc optimè decidit Auendaño, respons. 13. numer. 1. & ex numer. 4. versicul. & sicut. vbi etiam refert, quare laudimia debeantur domino ob alienationem vtilis dominij?

79 ET venditor dicens, in instrumento venditionis, quòd res est tributaria tali, an ex hoc probetur, quod ille talis est dominus directus? examinat Guido Pap. decis. 24. optimè Doctor Hieronym. Portoles, in §. apprehensio. el 1. ex numer. 19. Guiliel. Benedict. in repet. capit. Raynuntius, verb. & vxorem nomine Adel. de succes. ab intest. ex numer. 444. Et hinc quidem Iosephus Mascard. volum. 1. de probat. conclus. 280. numer. 1. quærit, an census probetur ex eo quod venditor in venditione rei censualis, dixerit se vendere cum onere soluendi censum? & an dominium probetur per solutionem census, & per recognitionem factam asserto domino? tradit Mascard. vbi supra, conclus. 544.

80 AN autem commissum & pensio, possint simul peti per dominum directum? est videndus Guid. Pap. decis. 171. Philip. Decius, in authen. qui rem. C. de sacrosanct. eccles. numer. 13. Iulius Clar. §. emphyteusis, quæst. 10. numer. 2. optimè Nicol. Boer. decis. 309. numer. 5. Iacob. Menoch. lib. 3. præsumpt. 112. ex num. 4. Iosephus Ludouic. decis. Perus. 54. Et an valeat protestatio, quòd possit peti pensio & commissum? tradit Guid. Pap. decis. 172.

81 SI in emphyteusim aut in censum alicui res conceditur pro se duobusq; aliis quibuscunq; ab eo nominandis, si hic primus emphyteuta absq; eorum nominatione decesserit, an eius hæres eos nominare possit? tradit latè Burg. de Paz, in l. 1. Taur. ex numer. 428.

82 EMPHYTEVSIS ecclesiastica, an de sui natura transeat ad extraneos hæredes, vel tantùm ad suos? est consulendus Abb. consil. 74. volum. 1. numer. 2. Alphan. in collectan. numer. 429. Volumin. 1. commun. opin. pagin. 277. verb. emphyteusis ecclesiastica indistinctè. Felinus in repert. verb. emphyteusis recepta, fol. 15. Matth. Afflictus, decis. 386. numer. 7. Iacob. Simanc. de catholic. institut. titul. 9. ex numer. 99. Iulius Clar. §. emphyteusis, quæst. 6. numer. 4. & latissimè in quæst. 28. Gaspar. Caballin. in additionibus ad consil. 22. Anton. de Butrio, in litera A. Anton. Scappus, de iure non script. lib. 4. capit. 23. numer. 3. Didac. Couar. lib. 2. variar. resolut. capit. 17. numer. 5. Alexan. consil. 9. volum. 2. numer. 5. & 9. & consil. 189. volum. 2. numer. 11. Gigas, consil. 145. numer. 9. Natta, consil. 117. numer. 3. Philip. Decius, consil. 170. numer. 1. vbi additio in litera A. Rolan. consil. 96. volum. 1. ex numer. 4. Caualcan. 2. par.

2. par. decis. 30. ex numer. 98. Francisc. Mantica, de coniectur. lib. 7. titul. 9. num. 7.

83 ET an in emphyteusi ecclesiastica, appellatione filiorum comprehendantur fœminæ? tradit Pinel. l. 3. C. de bon. mater. numer. 33. latissimè Ioseph. Ludouic. decis. Lucen. 29. Philip. Decius, consil. 170. numer. 4. Volum. 1. commun. opin. pag. 277. verbo emphyteusis alicui. latè Iulius Clar. §. emphyteusis, quæst. 32. Volum. 1. commun. opinion. pagin. 65. verb. emphyteusis ecclesiastica pro filiis. Felinus, in repert. verb. emphyteusis accepta, fol. 14. Iacob. Menoch. consil. 111. volum. 2. numer. 57. Carolus Molin. in consuetud. Parisienf. titul. 1. §. 12. ex numer. 2. Et an veniant filij naturales? examinat D. Paleot. de noth. & spur. capit. 30. & capit. 31.

84 EMPHYTEVTA an teneatur soluere collectas? an verò dominus directus? tradit Natta, consil. 114. ex numer. 1. & optimè in consil. 312. Iul. Clar. §. emphyteusis. quæst. 46. Volum. 1. commun. opinion. pagin. 278. verb. emphyteuta ad tributa. Natta, consil. 36. numer. 3. Ioan. Garsia, de expens. & melioration. cap. 11. numer. 59. & cap. 15. num. 15. Pinel. l. 1. 2. par. C. de bon. mater. num. 72. versic. secundo ampliatur.

85 VTRVM autem si fuerit res deuoluta ob finitam generationem, ecclesia teneatur renouare consanguineis proximioribus emphyteusim? est videndus Hyppolit. singul. 419. incip. licet in re sua, latissimè Philippus Port. lib. 1. commun. opin. conclus. 12. pagin. 954. Francisc. Sarmient. lib. 3. select. capit. 7. Volum. 1. commun. opin. pagin. 63. verb. emphyteusi finita propter, & pagin. 64. verb. emphyteusis si finiatur, latissimè Anton. Gabriel. lib. 3. commun. opin. titul. de iure emphyteutico, conclus. 1. Et quidem ecclesia emphyteuticum prædium ad se reuersum, alteri tradere non constringitur, si illud pro se retinere velit, vt optimè tradit Bursat. consil. 127. volum. 2. numer. 2. & in numer. 4. dicit, quòd in casu in quo fiat infeudatio, teneatur magis consanguineis defuncti, rem deuolutam concedere, quam extraneis, & idem prosequitur idem Bursatus, supra numer. 78. pro quibus est omnino videndus Paul. Emil. 1. par. decis. 303. & decis. 304.

86 PATER autem qui recepit emphyteusim vel feudum pro se & filiis, an legando, aut alienando inconsulto domino, vel non soluendo canonem, aut non seruando pacta, aut aliàs cadat, ita, quòd filiis præiudicare possit? pro quo est consulendus Antonius Gabriel. vbi supra, in dicta concluf. 1. ex numer. 8. & latissimè in conclus. 2. & latissimè Philip. Portius, lib. 4. commun. opinion. conclus. 22. pagin. 1041. Seraph. de Seraphinis, de priuileg. iuramenti, priuil. 84. num. 13. optimè Ioan. Garsia, de expens. & melioration. cap. 13. ex num. 31. Iul. Clar. §. emphyteusis, quæst. 16.

87 AN autem si emphyteuta vel feudatarius efficiatur monachus, emphyteosis vel feudum transeat ad monasterium, saltim durante vita emphyteutæ? latissimè examinant Abb. in capit. in presentia, de probation. numer. 70. vbi optimè Felin. ex numer. 44. & 49. & Augustin. Beroi. numer. 416. latissimè Aurelius Corbul. supra in titul. de causa priuat. ob mortem ciuil. ex numer. 1. in fine, ex pag. 36. latè Bursat. consil. 199. volum. 2. Ludouic. Lopez, instruc. negot. lib. 2. capit. 31. pagin. 441. Capiz. decis. 10. ex numer. 9. & decis. 31. ex principio. optimè Matth. Afflict. decis. 320. ex principio.

88 SOLVENS per decem annos, vt emphyteuta, in futurum an cogi possit ad soluendum? examinat Rodoan. de rebus eccles. non alienand. pagin. 441. num. 17. vbi allegat Bar. in l. litibus. C. de agricol. & cens. lib. 11. est tamen consulendus Felin. cap. cum Bertoldus, numer. 28. de sentent. & re iudic. Petr. Rebuf. in capit. final. de causa possess. & propriet. versic. tertius casus est, pagin. 361. Paul. Emil. 1. par. decis. 292. Ioseph. Mascard. volum. 2. de probat. conclus. 603. num. 5. Iacob. Menoch. lib. 3. presumption. 111. & præsumpt. 131. num. 67. & ex numer. 73.

89 ET iuri emphyteutico quanto tempore præscribatur, tradit Volum. 1. commun. opin. pagin. 415. verb. iuri emphyteutico. Amed. à Ponte, de laudim, quæst. 47. & optimè in quæst. 7. vide, an si vendatur fundus cum fructibus pro vnico pretio, debeatur laudimium de toto pretio, vel pro parte fundi tantum?

90 ET quando egregium ædificiū factum est in parua area emphyteutica, & emphyteuta

teuta id totum vendit, an dominus directus & arcæ, & edificij debeat habere quinquagesimam, seu laudimiũ? latè examinat Ameus à Ponte, vbi supra, quæst. 8.

91 ET dominus differens post duos menses nouum emphyteutam acceptare, laudimium amittit, ex Bursat. consil. 127. volum. 2. numer. 65. Rodoan. de rebus eccles. non alienan. pagin. 386. numer. 20. Et dominus directi dominij potest rem ab emphyteuta venditam extraneo intra duos menses redimere pro eodem pretio, quo extraneo vendita fuit, vt tradit Ioan. Matiençø, lib. 5. recollect. titul. 11. l. 13. in glos. 1. num. 1.

AD TEX. IN CAP. 1. Quorumdam, de testamentis.

COLLECTAN. 145.

SVMMARIVM.

An clericus vel quiuis alius, possit instituere hæredem, vxorem, aut filium, filij sui spurij?

Quod commodum consequatur Episcopus, si faciat inuentarium ante promotionẽ ad Episcopatum?

IBI, *nurum hæredem instituit.* Notant ex his verbis Doctores, Clericum vel Episcopum, seu quemlibet aliũ secularem instituere posse hæredem nurum, idest vxorem spurij sui, vel maritum filiæ suæ spuriæ, aut etiam nepotem legitimum ex filio suo spurio, resolue tamẽ in hac quæstione pro vt Dueñas regul. 366. latè Lib. 12. regul. iur. ciuil. & pontific. pagin. 672. ex princip. Doctissimus dominus Paleot. de noth. & spur. capit. 53. Ioan. Matiençø, lib. 5. recollect. titul. 8. l. 6. glos. 8. numer. 27. pulchrè Francis. Salcdas, de nomin. emphyt. quæst. 19. num. 55. & ex numer. 58. Iaf. in l. Gallus. §. quid si is, de liber. & posthum. ex numer. 19. latè Alexan. consil. 74. volum. 3. & consil. 158. volum. 7. numer. 4. Aymon. Crauet. consil. 200. numer. 4. Philip. Decius, consil. 461. ex num. 17. & 19. Alexan. consil. 88. volum. 7. numer. 5. Paul. de Castro, consil. 467. volum. 2. Nicol. Boer. decis. 127. num. 16. Xuarez. l. 9. titul. de los pleytos, num. 5. Iaf. in l. hæreditas, ex numer. 7. C. de his quibus vt indign. latè Anton. Gomez. l. 9. Taur. num. 17. Ioseph. Angles flor. Theol. in quæst. de dominio, pag. 133. in princip. Ioan. Rojas, de succession. cap. 20. ex numer. 21. & ex num. 35. optimè Hyppol. Marsil. singul. 143. Corset. singul. 137. verb. hæres, el 4. Didac. Perez, lib. 1. titul. 3. l. 22. latè Lib. 6. regul. iur. ciuil. & pontific. pagin. 473. versicul. porrò circa hãc regulam. Tiraquel. de primogen. quæst. 12. numer. 14. Petr. Plaça, de delict. cap. 41. ex num. 20. Chassen. in consuetud. Burgund. rubric. 3. §. 5. num. 70. & in rubric. 8. §. 3. ex numer. 15. Iul. Clar. §. testamentum quæst. 32. Michael. Graf. lib. 2. commun. opinion. cap. 5. quæst. 17. Anton. Gabriel. lib. 4. commun. opin. titul. de heredib. instituen. conclus. 3. Pinel. l. 3. C. de bon. mater. num. 20. Couar. in 4. 2. par. capit. 8. §. 5. numer. 13. Ioan. Martinez de Olano, in antinom. in litera N. ex num. 4. Didac. Perez, lib. 5. titul. 2. l. 1. pagin. 98. versicul. ex spuriis filius. Lancellot. Gallus, in consuet. Alexan. in glos. maritus, quæst. 8. numer. 3. Anton. Cordoua de Lara, in l. si quis à liberis. §. idem rescripsit, numer. 22. & à numer. 39. ff. de liber. agnoscen. Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 18. ex num. 33. An autem clericus possit instituere hæredem propriam concubinam? tradit latissimè Ioseph. Gonçalez, variar. quæst. capit. 5. ex numer. 5.

2 IBI, *proprium habuisse constiterit.* Ideò generali consuetudine obseruatur, quòd Episcopus tempore quo dignitatem illam consequitur, inuentarium facit rerum, quas ipse ex patrimonio, alio vè titulo adquisiuit, iuxta optimum textum in capit. manifesta, & in capit. sint manifestè. 12. quæstion. 1. & in cap. de Siracusanæ. 28. distin. & quæ aduertit Speculator. lib. 2. titul. de instrument. editione, in §. dicto, numer. 15. aliter enim si prædictum inuentarium non fecerit Episcopus, iustè oritur quæstio, inter hæredem, & ecclesiam circa illius successionem: vt apparet ex hoc textu, quia præsumitur acquisiuisse bona post adeptum tum Episcopatum, vt tradit Innocen. in capit. cum in officiis, num. 5. & Abb. in repet. cap. cum clles, ex num. 24. de testam. Abb. in cap. vt vnus, numer. 3. depecul. clericor. Alexan. consil. 116. vol. 7. Melch. Pelaez, de de maiorat. 1. par. quæst. 1. num. 19. Iosephus Mascard. de probation. volum. 2. conclus. 587. numer. 1. Iacob. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 51. num. 23. & latissimè præsumpt. 53. per totam. Alphons. Azeued. lib. 1. nou. recopil. titul. 2. l. 6. ex num. 8.

stan. & poten. imperat. verb. obedire ei omnes debent, num. 14. fol. 91. Nauar. man. lat. cap. 23. num. 117. Caietan. in sum. verb. maledictio. Syluest. in sum. verb. maledictio. latissimè Sebastian. Medices, in sum. peccat. 1. par. titul. 4. ex quæst. 68. Gigas, de crimin. les. maiest. lib. 1. quæst. 40. pag. 88.

2 AN autem liceat maledicere creaturas irrationales? est videndus Nauar. manual. latin. cap. 12. num. 86. Anton. Bernad, in sum. capit. 13. numer. 66. Pedraça, in sum. in 8. præcept. decalog. fol. 103. in fin. versic. lo on zeno si maldixo alguna cosa. Dominic. Sot. lib. 8. de iustit. & iur. quæst. 3. artic. 3. Sebast. Medic. in sum. peccat. 1. par. titul. 4. quæst. 69. Caietan. vbi supra, in versic. vbi cautè aduerte. Dominic. Sot. lib. 5. de iustit. & iur.
3 quæst. 12. artic. 2. vbi etiam vide, an liceat maledicere tempestates, eruginem, locustas, aliaq; id genus portenta? quæ animalia, an etiam excommunicari, & anathematizari possint? sunt consulendi Anton. Bernad, in sum. capit. 31. num. 15. Iul. Clar. lib. 5. §. final. quæst. 99. num. 8. versic. non est etiam. Didac. Spino, in specul. testament. in glos. rubric. 11. par. numer. 55. latissimè & pulchrè Chassen. conf. 1. Diabolus autem, an & quo modo sit maledicendus? tradit Sebast. Medic. in sum. peccat. 1. par. titul. 4. num. 72.

4 IBI, *verba quædam.* De iniuria quæ verbis fit, & quando ea proferens teneatur palinodiam decantare, est videndus Didac. Couar. lib. 1. variar. cap. 11. Lancellot. Conrad. in templ. omniũ iudic. par. 1. de duello, conclus. 20. Anton. Gomez, tom. 3. variar. capit. 6. ex numer. 2. Iul. Clar. §. iniuria, numer. 1. versic. verbo puta si quis. latè Petrus Salazar, de vsu & consuetud. capit. 1. ex numer. 85. Petrus Plaça, de delict. capit. 1. Bartholom. Humada, in l. 25. titul. 18. par. 2. in glos. 1. ex princip. ex fol. 162. Paul. Granut. theoremat. 5. & in numer. 13. differit, An iniuriam veram alicui dicens, teneatur actione iniuriarum? de quo est consulendus Ant. Gomez, tom. 3. variar. cap. 6. num. 2. versic. dubium tamen est. Didac. Couar. lib. 1. variar. capit. 11. num. 6. Bernar. Diaz, regul. 784. vbi latè Ignat. Salzed. in additionib. Ioan. Martinez de Olano, in antinom. in litera F. num. 17. & in litera I. num. 4. Iulius Clar. §. injuria, num. 15. Ioan. Segura Dabalos, in direct. iud. eccles. fori. 2. par. capit. 14.

AD TEX. IN CAP. 1. Innotuit, de maledicis.

COLLECTAN. 146.

SVMMARIVM.

1 *An liceat maledicere Regi, vel cuiquam alteri?*
2 *An liceat maledicere creaturas irrationales?*
3 *An liceat maledicere, vel excommunicare locustas, & alia portenta?*
4 *De iniuria quæ verbis fit, plura notantur.*
5 *Papatus, an sit beneficium?*

1 CIRCA hanc quæstionem, vtrum Principi, vel cuiquam alij sit licitum maledicere? differit Dominic. Sot. de iust. & iur. lib. 5. quæst. 12. art. 1. Anton. Bernad, in sum. capit. 12. numer. 8. post medium, pag. 81. textus & Doctores, in l. vnica. C. si quis imperat. maledixer. textus in cap. clericus maledicus. 46. dist. Bernard. Diaz, in prax. canon. cap. 60. Petr. Plaça, de delict. cap. 4. Didac. Perez, lib. 8. titul. 3. l. 34. ex pagin. 75. in fin. versic. vtrum autẽ liceat aliquem maledicere, & in titul. 7. l. 1. pag. 197. col. 2. versic. est præterea adnotandum, & latissimè in titul. 8. l. 3. optimè Iacob. Menoch. de arbitr. cas. 377. Auiles, cap. 25. prætorũ, in glos. la pragmatica, num. 4. Mandos. in prax. titul. de ingratitud, cap. 62, casu 100. Lancel. Conrad. in templ. omn. iudic. lib. 1. cap. 1. §. 4. de præ-

num. 21. additio Capel. Tholos. decis. 127. num. 4. Grammat. decis. 37. num. 2. Guilier. de Ludo. singul. 26. numer. 1. Ioan. Rojas, de succes. capit. 15. numer. 17. optimè Barthol. Humada, indicta glos. 1. ex numer. 3. fol. 162. Volum. 1. commun. opin. pag. 298. verb. iniuriam qui. Illustrissimus Dominus Cardinalis Gabriel. Palcotus, de noth. & spur. capit. 64. qui integerrimus vir ob eius singularem prudentiam & eruditionem vitæ integritatem, ac animi candorem meritò laudatur non solum à Francisc. Bursat. in Epistol. 1. suorum consiliorum, & Hyppolit. Marsil. de Columna, de ecclesiast. reddit. origine. 2. par. capit. 18. num. 8. sed etiam ob omnibus diuinarum & humanarum scientiarum studiosis.

ET obiiciens defectus & crimina ad repellendum testem vel accusatorem, An teneatur de iniuria? tradit Auendaño, tractat. de iniuria, num. 5. versic. item & quarto. Didac. Perez, lib. 3. titul. 4. l. 1. pagin. 556. versicul. dubitari solet an, Et de iniuria quæ fit quando dicitur mentiris saluo honore tuo? est videndus Petrus Plaça, de delict. cap. 1. numer. 11. Felin. capit. quæ in ecclesiarum, numer. 86. de constitution. Anton. Scapp. de iur. non script. lib. 5. capit. 92. numer. 25. Paul. Fusc. singul. 29. literæ I. Lancellot. Conrrad. templ. omn. iud. par. 1. de duello, conclus. 19. Anton. Scap. de iure non scrip. lib. 5. cap. 165. & dicit Petr. Rebuf. respons. 97. versic. item quod, pagin. 163. quòd iniurians aliquẽ verbis, non punitur si statim pœnituerit eum dixisse iniuriam. Et an ledens aliquem verbis iniuriosis teneatur, & quo modo ad restitutionem? tradit Petr. à Nauarra, tom. 1. de restit. lib. 2. cap. 4. ex nu. 64.

5 *IBI, beneficij nostri.* Vnde papatus est beneficium ecclesiasticum, ex Selua de benef. 1. par. quæst. 2. num. 26. Nauar. in apolog. de reddit. eccles. quæst. 1. mon. 23. num. 1. versic. sicut. Alphon. Hojeda, de benef. 1. par. capit. 1. num. 2.

AD TEX. IN CAP. 8. Sicut te, ne clerici vel monach. secular.

COLLECTAN. 147.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos, an & quando possit esse tabellio, & instrumenta ab eo confecta? an sint valida?*

2 *De officio notariorum, & quod eorum imperitia destruit mundum.*

1 SACERDOS, an & quando possit esse tabellio, & instrumenta ab eo confecta an valida sint? & plura alia circa materiã istius textus referunt Iaf. in l. 1. §. huius studij. ff. de iustit. & iur. num. 8. Bernard. Diaz, in prax. canon. capit. 53. & in regul. 657. Augustin. Beroi. cap. quoniam contra, numer. 53. de probation. Philip. Decius, capit. 2. numer. 77. de iudic. Didac. Couar. in pract. cap. 19. num. 8. Francisc. Viuius, lib. 2. commun. opin. 194. versic. & ideo, additio ad Abb. in capit. Ioannes, de testament. numer. 7. in litera C. ad fin. Didac. Perez, lib. 2. titul. 18 l. 15. in glos. si fueren clerigos. Alphon. Azeuedo, lib. 1. nou. recopil. titul. 3. l. 10. numer. 3. Chassen. consuet. Burgund. rubric. 1. §. 6. in princip. ex numer. 24. Campeg. in additionibus ad Zanchin. de hæretic. capit. 9. in litera B. versicul. adde rursus quòd religiosis, pagin. 54. in fine. Caballin. in ægidian. constitution. lib. 2. capit. 49. in glos. A. numer. 4. Rodoan. de spol. eccles. quæst. 2. numer. 30. in principio. Ioan. Martinez de Olan. in antinom. in litera N. in numer. 27. Albar. Pelagius, lib. 2. de plant. eccles. capit. 28. colum. 4. versic. immiscent se. Alexander Laudens. in lib. 1. de analogis, capit. 39. numer. 134. Roman. singul. 351. vbi etiam additio Iacob. Simanc. de cathol. institut. titul. 41. numer. 7. Ioan. Rojas, singul. 133. Bald. singul. 81. & ibi additio. Cephalus, consil. 421. numer. 19. Gigas, consil. 38. numer. 69. Decius, consil. 120. numer. 1. textus, & ibi Philip. Franc. num. 2. in cap. vt officium. §. ad conscribendum, de hæret. in 6. Carol. de Graff regal. Franciæ, lib. 1. iure 8. pag. 85. verb. simile habetur. Petrus Rebuf. tom. 1. constit. regiar. in titul. de literis obligat. artic. 2. glos. 1. num. 42. Rebuf. in prax. 1. par. titul. de missione in possession. num.

2 23. vbi etiam ait quòd hoc officium non est nobile, pro veritate tamen istius articuli, recurrendum est ad ea quæ congerunt Tiraquel. de nobilitat. capit. 30. ex numer. 8. Didac. Couar. in pract. capit. 19. numer. 5. & 7. Chassen. in 11. par. catal. glor. mun. consid. 19. Anton. Scapp. de iur. non script. lib. 4. capit. 1. Iacob. Menoch. consil. 18. numer. 1. & numer. 17. Guid. Pap. decis. 90. numer. 1. vbi additio marginal. in litera C. Francisc. Viuius, vbi supra, in opin. 194. Emanuel. Soarez, in thesau. recept. senten. verb. notarius & infames, & dicit Bursat. consil. 149. volum. 2. numer. 39. quòd notariorum imperitia destruit totum mundum, pro quo etiam est consulendus Caballin. in milleloq. 282 Carol. de Graff. regal Franciæ, lib. 1. iure 8. versicul. hinc dicebat, pagin. 83.

AD TEX. IN CAP. 24. Dilectus filius, de sponsal. & matrim.

COLLECTAN. 148.

SVMMARIVM.

1 *Furiosus, an possit contrahere matrimonium?*

2 *An ebrius possit contrahere matrimonium?*

3 *Quid faciat sacerdos, vt confiteri valeat furiosum, quem scit esse in peccato mortali.*

1 TRACTATVR hic, an furiosus possit contrahere matrimonium? quis etiam dicatur furiosus? pro quibus vltra ea quæ habes in collectan. ad textum, in clement. 1. de homicid. videbis Ioseph. Angles, flor. Theol. in quæst. de impedimen. matrimon. artic. 3. ex conclus. 1. pag. 358. latè Alphon. Veracruz, in specul. coniug. 1. par. artic. 41. latissimè Dominic. Sot. in 4. dist. 34. quæst. vnica, articul. 4. optimè Stephan. Gaet. in repet. capit. ad limina. 30. quæst. 1. §. 4. ex numer. 60. Nicol. Boer. decis. 23. ex numer. 68. Cornel. Benincas. de priuileg. paupertat. quæst. 1. numer. 9. Ioan. Matienço, lib. 5. recollection. titul. 1. in glos. 1. rubricæ, numer. 67. Petr. Mexius, de contract. titul. de matrimonio. §. qui possint contrahere matrimon. vel non, numer. 5. fol. 177. optimè Didacus Couar. in 4. 2. par. capit. 2. ex numer. 5. Alexand. consil. 54. volum. 1. Philip. Dec. consil. 112. vbi etiam vide, An ebrius matrimonium contrahere possit? de quo etiam erit consulendus Didac. Couar. in dicto capit. 2. numer. 9. Stephan. Gaeta, in dicto §. 4. numer. 62. Alphons. Veracruz, in specul. coniugior. 1. par. articul. 41. versic. quarta conclusio, pag. 219.

2

3 QVID autem faciat sacerdos, vt confiteri valeat aliquos parochianos si habet furiosos, & scit eos esse in peccato mortali? tradit Stephan. de Gaeta, in dicto cap. ad limina. 30. quæst. 1. §. 5. numer. 375.

AD TEX. IN CAP. 5. Ex parte, de celebrat. missarum.

COLLECTAN. 149.

SVMMARIVM.

1 *Sumens sacrosanctam Eucharistiam, ieiunus esse debet.*

2 *Qui vinum ablutionis sumpsit in prima missa, non celebrat in eo die secundum missam.*

3 *Clericus non ieiunus si celebrat, conficit sacramentum, magnum tamen committit delictum.*

4 *Referuntur quam plures casus, in quibus non ieiunus impunè sumit sacramentum eucharistiæ.*

1 SVMENS ergo corpus Christi ieiunus esse debet illo die, ieiunio naturæ, quòd est carentia cibi vel potus susceptí in stomacho vel in via ad stomachum, ex textu in capit. sacramenta, de consecrat. dist. 1. capit. liquido, de consecrat. dist. 2. glos. verb. minimum, in capit. nihil. 7. quæst. 1. per rationes quas tradit Sanctus Thomas. 3. par.

quæſt.80.articul.8.Petrus Rebuf.in capit. omnis vtriuſque ſexus, de pœniten. & remiſ.verſicul.ſubſequitur verbum,pag.569. & in verſicul.intellige quod ſit, pagin.570. Pedraça, in 3.precept.decal.fol.28.verſic. octauo.Anton.Bernad, in ſum. capit.22. in fin.numer.47.pagin.356. Iacob. Menoch. de arbitrar.caſ.406.ex numer.1.Epiſcopus de Elna,in director.curator.capit.5.§.2.pagin.60.verſicul. lo nono ſe pregunta. Lælius de Zanchis, de priuileg.eccleſ.128.priuileg.ex numer.21.& optimè 158.priuileg. ex numer.1.latiſsimè Stephan.Gaeta,in repetit.capit.ad limina.30.quæſt.1.§.6.ex numer.116. Caietan.in ſum. verb. communio ſacrament.verſicul.ſecundum eſt,vt ſit iciunus, ex pagin.68. Nicol. Aurificus, de ceremon. miſſæ, capit. 10. §. illud magis, fol. 248.Paludan.in 4.diſt.8.quæſt.2.Victor.in ſum.titul.de euchariſtia,numer.82.Guilier. Epiſcopus Pariſien.de ſacrament.euchariſtiæ, capit.11.fol.27.ad fin.Guilier. Duran. in ration. diuin. offic.lib.4.capit.54. num. 15.latè Sebaſtian.Medic.in ſum. decreti,de conſecrat.diſtin.2.articul.22. Boer.deciſ.4. Sylueſt.in ſum.verb.euchariſtia, el 3. num. 8. Vualafredus, de rebus eccleſiaſticis,cap. 19. Conrad. Brunus, de ceremon. eccleſ. lib.6.capit.1.Dominic. Sot. in 4. diſtin.12. quæſt.1.articul.8.Bernard.Diaz,in prax.canonic.capit.29.numer.1.Ioan.de Lapide,in reſolutorio dubiorum circa celebration.miſſarum occurrentium, capit.2.articul.4.dubio 1. vbi videbis, quòd etiam in caſu, quo permittitur bis in die celebrare, ſemper intelligitur dummodo celebrans ſit ieiunus.

2 VNDE qui vinum ablutionis ſumpſit in prima miſſa, ſecundam in eo die celebrare nequit, ex hoc textu,& ſequitur Petrus Rebuf.in repetit. capit. conſuluiſti, hoc titul. verſicul. & his caſibus, pagin. 552. vbi Abbas, numer.3. verſicul. licitè ſacerdos. Stephan.Gaeta, in dicto §.6.numer.119.in princip. Guilier.Duran.in ration.diuin.officior.lib.4.capit.1. numer. 26. Paludan. in dicta quæſt.2.numer.9.in fine,& in num.11. & diſt.12.queſt.1.num.24.verſic.item intelligitur. Victor.in dicto num.82.verſ.prohibetur ſacerdos.Dominic. Sot.in 4. diſt.13. quæſt.2.artic.2. verſicul. vnde poſtquam in prima celebratione.Nicol.Aurific. de ceremon.miſſæ,cap.14.§.quæ ſit iſta cauſa,verſicul.dummodo tamen, fol.259.Anton.Bernad, in ſum.capit.27.titul.de los clerigos de orden ſacra, numer.29.in fine, pagin. 564. Guilier.Epiſcop.Pariſ.de ſacramen.euchariſtiæ, capit.12.ad finem.Pedraça,in ſum.in dicto verſicul.octauo. Nauar.manual.latin. cap.25.num.88.in princip. Sylueſt. in ſum. verb. miſſa, el 1. numer.7.verſicul.tertium quando.

3 ET quamuis clericus non ieiunus ſi celebrat, conficiat ſacramentum, ex Felin. in capit.ſi conſtiterit,num.3.de accuſation. gloſ. verbo, ſeruatur, in dicto capit. liquido. Paludan.in 4.diſt.8. quæſt.2. numer.9. verſicul. quia à patribus. Duran. in dicto lib.4.capit.1.numer.27.Guilierm.Epiſcop Pariſienſ.vbi ſupra, capit.11. fol.27. Boer. in dicta deciſ.4. Bernard.Diaz, in dicto capit. 29. vbi ait, quòd eo in caſu ſi celebrat magnum committit delictum, & idem dicit Albar.Pelag.lib.2.de plant.eccleſ. cap.27. verſicul. pranſus tamen conficit, immò & beneficio poteſt priuari, ex Abb. in hoc textu, in final.verbis.Bernard.Diaz, ſupra num.2.& hic eſt ex caſibus reſeruatis Epiſcopo,vt refert Illuſtriſsimus Archiepiſcopus Cæſarauguſt. D. Andræas Cabrera & Bobadilla, in conſtitut. ſynod. Segouienſ. titul.4.cap.2.num.8.

4 ET quamuis ſupradicta omnia vera ſint, plures tamẽ referuntur caſus à Doctoribus, in quibus non ieiunus rectè & impunè ſumit Sacramentum euchariſtiæ, & Primus eſt, quando ſacerdos inaduertenter & errore appoſuit aquam in calice pro vino,poſtea enim ſumens illam ſoluit ieiunium naturæ,& tunc vt ait Miſſal.Roman.Pij Quinti iuſſu editum, pagin.18. in titul. de defectu vini, tenetur celebrans apponere aliam hoſtiam iterum conſecrandam & vinum in calice, & vtrumq; conſecrare & ſumere, quamuis aliam hoſtiã conſecratam, & aquã ſumpſerit: & hoc fit propter ſacramenti integritatẽ in celebratione ſeruandã: & hunc caſum refert etiam Nauar.manual.latin. capit.25.numer.91. & ſunt conſulendi pro eo Ioan. de Lapide, vbi ſupra, capit.7.articul. 4.dub.2. Sot. in 4.diſt.12.quæſt.1. articul.8. verſicul.octauo arguitur. Epiſcopus de Elna, in dicto.§.2.ex pagin. 64. verſicul. que ſi a caſo lo aduirtiere.Sylueſt. verb.euchariſtia,

ſtia, el 2.numer.14. Albar. Pelag. lib.2. de plant. eccleſ. capit. 27. verſicul. trigeſimo primo propter.Sylueſt.in verb.euchariſtia, el 3. numer. 8. verſic. vel ſupplere defectũ. Duran. in ration.lib.4.capit.41. numer.4. verſ.verum tamẽ ſi ſacerdos. Antiq.miſſal. Cæſarauguſt. in titul. de remediis quibus prouidendum eſt caſibus qui celebranti miſſam contingere poſſunt,in verſic.ſi ſumpto corpore.

SECVNDVS caſus eſt,quando clericus poſt vltimam ablutionem ſumpſit reliquias, quas inuenit in corporalibus, vel in patena,vel calice, quia bene poterit eas ſumere (licet facta ablutione non ſit ieiunus) Sylueſt. verb. euchariſtia, el. 3. numer. 10. Anton.Bernad, in dicto capit.27.numer.33. pagin.565.Ioan. de Lapide,vbi ſupra, cap. 7.articul.3. dub.2. Sylueſt. verb. miſſa, el 1. numer.2.verſicul.quintum ſi autem. Victor. in ſum.titul.de euchariſtia,numer.83.verſicul.ſi etiam poſt. Dominic. Sot.in 4.diſtin. 12.quæſt.1.articul.8.ad fin.Nauar.in dicto capit.25. numer. 89. verſicul. vigeſimo tertio qui. Quòd intelligitur, quo ad reliquias paruas, & quæ decenter, & ſine periculo non poſſunt ſeruari, & quando id fiat incontinenti, & parua interueniente morula.

TERTIVS caſus, infirmus inſtante neceſsitate, poteſt comunicare non ieiunus? ex Sylueſt. in dicto verb. euchariſtia, el 3. numer.8.verſicul. vt quando infirmus. Læl.de Zanch.de priuileg. eccleſ.158. priuileg.numer.8.Paludan.in 4.diſt.8. quæſt. 2.verſicul. quantum ad primum. Pedraça, vbi ſupra, & habes optimè in collectan. ad textum in capit.10. ſanè,de celebration. miſſar.

QVARTVS, quando reliquiæ cibi remanentes in ore tranſglutiuntur poſt mediam noctem, non impediunt communionem, cum non tranſglutiantur per modum cibi, ſed per modum ſaliuæ, vt tradit Caietan. in dicto verb. communio, ſacrament. in verſicul. dixi quoque per modum cibi, pagin.70. Stephan. Gaeta, in repet. capit. ad limina.30. quæſt.1.§.6. num.117. Miſſal. Roman.fol.19. in titul. de defect. diſpoſit. corpor.verſicul.ſi reliquiæ, vbi etiam idem dicendum ſenſit,ſi lauando os deglutiantur ſtillæ aquæ præter intentionem, & hic poterit eſſe quintus caſus, quos duos caſus refert etiam Antiq. Miſſal. Cæſarauguſt. vbi ſupra in verſicul.ſi de cibo dici, & eſt etiam videndus Paludan. in 4.diſt.8.quæſt.2. numer.21. & 22. Anton.Bernad, in dicto num. 47.Ioan. de Lapide,in dicto capit.2.articul. 4.dub.3. & dub.4. Victor. in dicto numer. 83. verſicul.verum eſt. Dominic.Sot. in 4. diſt.12. quæſt.1. articul.8. verſicul. reliquiæ verò.Albar.Pelag.lib.2.de plant.eccleſ.capit.27.verſicul.ſi autem abluendo.Stephan. Gaeta, in ſupradicto §. 6. numer. 117. in fine, & numer.119.verſicul.de reliquiis aquæ vel vini.

SEXTVS eſt, quando poſt ſumptionem corporis & ſanguinis aliqua particula hoſtiæ in ore remanſerit, licitè poteſt ſumi ablutio, licet ea prius deglutiatur,immò & toties poteſt ſumi, quoties opus fuerit ad hoſtiam deglutiendam, quòd decentius videtur,quam ad id digitum ori inferre, ex traditis per Nauar. in dicto capit.25.numer.90.

SEPTIMVS clerico non ieiuno licet proſequi miſſam incoatam ab alio, conſecratione facta, ſi clericus ieiunus non reperiatur qui eam perficiat, per ea quæ tradit Nauar. in dicto capit.25.numer.86.verſicul.ſecundo quod ſi.Stephan.Gaeta,in dicto §. 6.numer.118.in fin.Ignat. Salzed. ad Diaz, in prax.canon.capit.34. in litera A. Sylueſt.in dicto verb. euchariſtia, el. 3. numer.8.verſic.liceret.

OCTAVVS aliqui dubitant,an coqui dominorum poſtquam probant obſonia poſsint communicare, ſi præter intentionẽ aliquid deglutiant? videndus tamen eſt Florentin.in 3.par.titul.13.capit.6.§.8. optimè Stephan.Gaeta,in repet.cap. ad limina.30. quæſt.1.numer.119.verſic.de his autem quæ ſumuntur.Paludan.in dicta quæſt.2.numer. 23.vbi etiam alium caſum tradit, qui nobis erit nonus,de clerico,qui ad probandum,an ſit vinum album vel aqua, ſumit illud in os,& caſualiter tranſglutitur, an in illa die poſsit celebrare? pro quibus duobus caſibus erit etiam videndus Anton.Bernad,in dicto num.47.verſicul. o probando caldo,vino,o otra coſa ſemejante.

DECIMVS caſus euenit in die Paraſceues,in qua non conſecratur vinũ,vt dicit Nauar. man.lat. capit.25. numer.88.Sot. in 4.

dist.13.quæst.2.artic.2.versicul.hic primum adnotato: sed particula hostiæ quæ fuit reseruata in monumento commiscetur cum vino non consecrato, & licet clarum sit, quòd prius vinum & aqua descendant in stomachum, quàm particula illa hostiæ tamen ex generali ecclesiæ consuetudine percipitur eo in casu illa particula à non ieiuno, vt aduertit Gabriel. in canon.missæ, lection.10. Quare autem in die Veneris Sancti non consecretur, sed corpus Christi consecratum in die Iouis sumitur, tradit Petr. Rebuf.in cap.omnis vtriusq; sexus,de pœniten.& remiss.pagin.571.versic.item in die Veneris.

VNDECIMVS casus est, quando sacerdos qui celebrat meminit se non esse ieiunum, tunc enim potest perficere missam? pro quo erit consulendus Victor.de sacrament. eucharist. numer. 101. Episcopus de Elna, in director.curator. capit.5.§.2. ex pagin. 63. in fine, versicul. tambien dize. Ioan. de Lapide, in dicto capit.2. articul. 4. dub.2.Caietan.in sum. verb. communio sacrament.versicul.dixi aduertens,pagin.69. Dominic. Sot. in 4. distin. 12. quæstion. 1. articul. 8. iuxta finem, versicul. pariter si dum est in sacris.

AD TEX. IN CAP. 28. De multa, de præben. & dignitatib.

COLLECTAN. 150.

SVMMARIVM.

1 *An possit quis obtinere plura beneficia etiam simplicia,& non requirentia residentiam?*
2 *Optima declaratio ad Concil.Trident.Sess. 24. de reformat. capit. 17.*
3 *Scientiæ & nobilitatis prærogatiua inducit ad dispensandum, circa pluralitatem beneficiorum,& de qua nobilitate tractetur in hoc textu.*
4 *Plus nobilitat aliquem scientia,& propria virtus, quam sanguis & prosapia maiorum.*
5 *Inanis est nobilitas sine virtute.*
6 *An scientia & virtus, sanguinis & generis nobilitati postponenda sit?*
7 *An sola nobilitas sine literatura sufficiat ad dispensandum super pluralitate beneficiorum? & iste textus quo modo sit intelligendus.*
8 *An sine causa, possit dispensare Summus Pontifex, vt quis obtineat plura beneficia incompatibilia?*

1 CVM plura beneficia quẽ aggregare pernitiosissimum sit christianæ reipublicæ,ecclesiæ vniuersali statui, animarumq; saluti, pluriumq; sanctorum Doctorum sententiæ contradicat, vt probant latissimè Bernard.Diaz, in prax.canon.capit.42.Iacob. Menoch.de arbitrar.cas.259. Petr. Rebuf. in prax.benef.titul. de dispen. ad plura benef. ex princip. & in numer.60.latè Ludouic.Beja, respons.casuum conscien. cas.59. Cosmas, in pragmat.sanct.in titul.de collation.§.cui rei, in glos.verb.pluralitatis.Didac. Spino, in specul. testament. in glos. 3. princip.ex numer.71.Ioan.Selua. de benefic.3.par.quæst.39.ex princip. & in 4. par. quæst.8.numer.2. & facit ad hoc ratio textus in capit. quia in tantum, de præben. & illud quòd communiter dici solet, quòd qui ad vtrumq; festinat,neutrum bene peragit, iuxta textum in l.final.C.de assess. vbi glos. scribit, qui binos lepores vna sectabitur hora,vno quandoq;, quandoque carebit vtroque. Hinc sumpta occasione dubitant scribentes, An quis possit obtinere plura beneficia etiam simplicia, & non requirentia personalem residentiam? vt tradit Abb. in capit. cum iam dudum, ex numer. 6. & in in capit. extirpandæ.§.qui vero,numer.30. 34.& 46.hoc titul. Ioan. Selu. de benefic. 4. par. quæst. 8. numer. 2. Nauar. manual. latin. capit. 25. ex numer. 125. Cosmas, in dicta glos. pluralitatis. Albar. Pelagius, lib. 2. de plant. eccles. capit. 27. Caualcan. 2.par.decis.17. ex numer.73. Corras. in paraphr.sacerd.lib.1.capit.5. num.2. Dueñas, regul.

regul.71.ampliat. 6. Mandos. in additionibus ad Lappum,allegat.97.in liter.B.Paul. Fuscius, de visit. lib.2. capit.7. numer.8. & capit. 28. numer. 17. Sebastian.Medices,in sum.decreti.21.quæst.1.in princip.latè Lib. 2.regul.iur. ciuil. & pontific. ex pagin. 77. verb.Beneficia plura quis, latissimè Dominic. Sot.lib.3.de iustit.& iur. quæst.6. articul.3.pulchrè Michael.Salon.2.2.quæst.63. articul.2.controuers.5. ex colum. 1024. Alphons. Hojeda, de benefic.1. par. capit.17. ex numer.30.& latissimè 2. par. capit.1. ex numer.1. Albert. Trocius, de vero & perf. cleric.lib.2.capit.45. Lambertin.de iur.patronat.1.par.2.lib.7.quæst. in 15. articul. ex numer. 2. latissimè Doctor Guerrero, de Concil.capit.10.& in capit.11. ad medium. Hodie tamen hæc quæstio est decisa per Concil. Tridentin. Sess.24.capit.17. de reform.statuit enim,Sancta synodus vt in posterum vnum tantum beneficium ecclesiasticum singulis conferatur, quòd quidem si ad vitam eius cui confertur honestè sustentandam non sufficiat, liceat nihilominus aliud conferri simplex sufficiens, dummodo vtrumq; personalem residentiam non requirat, illi verò qui in presenti plures parochiales, aut vnam cathedralem & aliam parochialem obtinent, cogantur omnino quibuscunq; dispensationibus ac vnionibus ad vitam non obstantibus, vna tantùm parochiali, vel sola cathedrali retenta, alias parochiales infra spatium sex mensium dimittere,alioquin tam parochiales,quam beneficia omnia quæ obtinent ipso iure vacare censeantur, quod refert etiam Nauar.in manual. latin. capit.25. numer. 127. Paul.Fusc.de visit.lib.2. cap.7. num.8. post medium.

2 CIRCA huius tamen textus concilij dispositionem, non minimum dubium occurrit, præcipitur enim ibi quod si quis habet vnum beneficium, quod ad vitam eius honestè sustentandam non sufficiat, possit eidem beneficiato conferri aliud simplex beneficium, dummodo vtrumq; personalem residentiam non requirat, modò dubitatur vtrum habenti duo vel tria beneficia, quæquidem non sunt sufficientia, ad congruam sustentationem, possit aliud beneficium conferri, vel alia beneficia vsq; ad congruam sustentationem, vel vtrum habenti vnum beneficium insufficiens possint alia duo,tria, vel plura conferri vsq; ad congruam sustentationem, quam quæstionem tetigit Caualcan. 2. par. decis. 17. numer.73.eam tamen latissimè examinat Alphons. Hojeda de benefic.2.par.capit.1.ex numer.24. quem vide pro vera resolutione huius dubij.

VLTERIVS circa dictam dispositionem Concil. Tridentin. in versicul. illi verò qui in præsenti plures parochiales, est aduertendum decisionem nostri textus non corrigi nec limitari, per dictum Concilium, immò hodie confirmari ab eodem Concilio in Sess.7.cap. 4. de reformatione.

3 *IBI, Circa sublimes.* Quamuis verum sit ecclesiasticum ordinem peruerti,quando vnus plurium clericorum officia occupat, & sacris canonibus cautum sit, neminem oportere in duabus ecclesiis cónscribi, vt ait textus in dicto Concil. Tridentin. Sess. 24.de reformat. capit.17. in princip. scientiæ tamen & nobilitatis prærogatiua ad dispensandum inducit circa pluralitatem beneficiorum ex hoc textu, & tradit Petrus Rebuf. in prax.titul.de dispensat. ad plura benef. numer. 43. Ludouic. Goinez. in regul.de ann. possess. quæst.36. numer.3. Staphil. de gratiis & expect. form.3. numer.2. Nobilitas autem de qua in hoc textu, an sit illa quæ moribus & virtutibus adquiritur? an autem illa quæ à sanguine ortum habet? optimè tradit Andreas Gambar. de offic. & potestat. Legat. de Later.lib.7.ex num. 259. cum plus nobilitet aliquem scientia, & propria virtus,quam sanguis & prosapia maiorum, vt ait Philippus Decius, in capit.clerici, numer. 54. de iudic. Staphil. de prærogat. expectat. in 7. conclus. num. 7.fol.103. Lib.12. regul.iur.ciuil. & pontif. pagin.673. in princip. versicul.nobilis.Alphons. de Azeuedo, ad cur. Pisan.lib.1.capit.12. numer. 13. & in lib.1.nou. recopilat. titul.7.l.8.numer.1. Didac. Perez,lib.4.titul.1.l.1. in glos. nobleza,ex colum.2.Franciscus Sarmient.lib.1.selectar.capit.15. numer. 6. Camil. Borrel. in additionibus ad Bellug. in specul. Principum, in rubric. 6. in litera T. latissimè Andreas Tiraquel. de nobilitat.capit.4. & capit.5. & vera nobilitas sit,quę ex virtute alicuius prouenit,

ex Chaſſen.in conſuetud.Burgund. rubric. 5 14.§.19.numer.19. inanis namque eſt nobilitas ſine virtute, vt referunt Alphonſ.Azeued. in dicto capit. 12. numer.16. Iacob. Simanc.de primogen. lib.5.capit.11. vnde ipſe in lib.3. cap.23. pulchrè contendit aduerſus eos, qui cum nulla ingenij laude floreant, nulla vitæ dignitate & nullo amplitudinis fructu, ita tamen inani nobilitatis nomine ſibi blandiuntur, atq; ſi è cœlo delapſi fuiſſent, & ij cum ab omni laude ſint alieniſsimi maiores ſuos in ore ſemper habent, & circa hoc aliqua etiam cumulat Andreas Tiraquel.de nobilit.capit.22.ex principio.

6 EX quibus non ineleganter quærunt Doctores, An ſcientia & virtus ſanguinis & generis nobilitati poſtponenda ſit? pro quo ſunt conſulendi Ioan. Matienço, in dialog. relat.3.par.cap. 4. latè Didacus Perez. lib. 4.titul.1.l.1.in gloſ.nobleza. Iacob.Bennius de priuileg.Iuriſconſ.3.par.priuileg.56.numer. 2. Petr. Roizius, deciſ. 4. Lituan. ex numer.244.Anton.Scap.de iur.non ſcript. lib.5.capit.112.num.17.Iacob.Menoch.conſil.126.numer.19.

7 AN autem ſola nobilitas ſine literatura ſufficiat ad diſpenſandum ſuper pluritate beneficiorum, & vt maioribus beneficiis quis honoretur? tradũt Felin.in cap.cũ adeo, numer.6.de reſcript.Chaſſen.in catal. glor. mund.8.par.conſider. 39. verſicul. hinc eſt. Andræas Tiraquel.de nobilit.capit.20. numer.13. latè Alphonſ.Hojeda, de benefic.1. par.capit.19. ex numer.23. & in numer. 32. ait, quòd in materia beneficiali conſideratur nobilitas etiam ſi proueniat ſolum ex parte matris, de quo etiã eſt videndus Chaſſen. in dicta conſider.39. verſic. aduertatur. Non tamen intelligas per coniunctionem, &, de qua in hoc textu, requiri quem nobilem, & literatum eſſe debere, vt ſedes Apoſtolica diſpenſet cum eo in pluralitate beneficiorum, per ea quæ in ſimili tradit Nauar.in capit.ita quorundam, de Iudæis, notab.11.ex num.2. ſed ſolum ſufficere, quòd ſit nobilis, aut literatus, vt cum eo deſpenſari valeat, dummodo ſit honeſtæ vitæ per ſupradicta iuxta textum, & ibi not. in capit. 37.venerabilis de præbend.dictio enim, &, non ſemper copulatiuè, ſed aliquando diſiunctiuè capi ſolet, vt habes ſupra in collectan.7.numer.12.ad textum in capit.2.clerici arma, de vit. & honeſtat. clericor. & tradunt Plot. de in lit. iurand.§. 6. numer. 33. Doctor Hieronym. Portoles, in eleganti tractat. de conſortib. capit. 1. ex numer.20.

8 AN tamen ſine cauſa Summus Pontifex, poſsit diſpenſare vt quis obtineat plura beneficia incõpatibilia, traduntMenoch. lib.2. præſumpt.10. numer. 22. Abb. capit. cum in cunctis, numer.12.de elect.Dominic. Sot.de iuſt.& iur.lib.3.quæſt.6.artic.3.

AD TEX. IN CAP. 6. Cum ordinem, de reſcriptis.

COLLECTAN. 151.

SVMMARIVM.

1 *An exemptus citatus à iudice incompetenti, teneatur comparere coram eo, ſaltim ad allegandum ſuum priuilegium?*
2 *Non valet reſcriptum impetratum contra exemptum in præiudicium exemptionis, ſi de ipſa non fiat mentio.*
3 *Miniſtri & capellani religionum exemptarum, quando ſubiiciantur iudicibus ordinariis.*

1 *In testamentis etiam ad causas profanas, an sufficiant duo testes, cum interuentu parochi?*
2 *Quis debeat esse iste parochus qui interuenit in testamento , vt valeat testamentum & quis suppleat absentiã parochi?*
3 *Fœmina,an sit testis idoneus in testamẽtis?*
4 *An dispositio istius textus indistinctè seruari debeat in terris ecclesiæ, etiam in testamentis laicorum?*
5 *In ore duorum testium stat omne verbum, quo modo intelligatur.*
6 *An decisio istius textus corrigat legem ciuilem , quæ requirit maiorem numerum testium in testamentis?*
7 *Nouus & verissimus intellectus istius textus assignatur.*
8 *An testamentum factum cum parocho & duobus testibus , ex priuilegio istius textus,irritum sit per conualescentiam testatoris?*

1 COLLIGE quod in testamentis etiam ad causas profanas de iure canonico duo vel tres testes tantùm,cum interuentu parochi sufficiunt. Pro cuius intellectu est consulendus Boer. decis.93.ex numer.2. Guid.Pap. decis.543.ex num.2.in fine. Paul. Fusc.singul.28.literæ C. Didac.Perez,lib.5. titul.2. l.1.pagin.85.versic.dubitari licet. Andr. Tiraquel. in princip. de priuileg. piæ causæ. Ioan.Dilect.de arte testan.titul.2.caut.2.numer.2. Philip.Decius, consil.283.numer.6. Gemin. consil.49. Baptista de S. Blasio, in repetit.rubricę Decreti,numer.74.Anton. de Burgos, in capit. quæ in ecclesiarum, ex numer.209.de constitutionib.Iul.Clar.§.testamentum,quæst.57.ex numer.1 Dominic. Soto,lib.4.de iustitia & iure, quæst.5.artic. 3.in colum.penult.Francis.Conan.lib.9.cõmentar.capit.2.numer.4.versic.at iure pontificio.latissimè Didac.Spino,in specul. testamen. glos.31. princip. ex numer.34. latè Petr.Magdalen.de numer. testium in testamen.2.par.cap.8.ex princip. vbi in numer.
2 5. aduertit, quòd iste parochus debet esse proprius,ita quòd non sufficiat alius presbyter: & idem attestatur Renatus Choppinus de sacra politia, lib.3. titul.1. numer.13. nisi forte secundum Ioan. Dilect.in dicta caut.2. numer.2. versic.animaduertendum. esset sacerdos cui commissa esset generalis cura sacramentorum.

ET quando parochialis presbyter haberi non posset,remedium est,quod loco presbyteri alij duo testes adhibeantur, ex Iul. Clar. in dicta quæst.57. numer. 3. Ioan. Dilect. in dicta cautel. 2. numer.3. est tamen in hoc videndus Iaf. l. hac consultissima,num. 4. C.de testamen. Petr. Magdalen. in dicta 2.par.capit.8.ex numer.9. Couar.hic,num. 13.Nicol.Boer.decis.93.num.4. in fine. Ioseph.Ludouic. in commun.conclus.titul de testamen. conclus. 12. versicul. fallit primo. Burgos de Paz,in l.3.Taur. ex numer.534. Alexan.consil.17.volum.3.ex numer.15. & consil.176.volum.5.num.10. Philipp.Deci. cons.283.num.6.vers.sed tamen. Alexand. consil.47.volum.2.numer.2. versic.vel quatuor,An tamen præsentia parochi possit hic suppleri per cõfessorem,disserit Burgos de Paz,in l.3. Taur. ex numer.799.in fin.

CREDEREM tamen quod fœmina

non est testis sufficiens etiam de iure canonico in testamento, ad non pias causas condito, de quo loquitur iste textus; secundum veriorem intellectum, reprobata in hoc opinione glos. hic, in verb. improbamus. & Pauli de Castro, in consil. 431. volum. 2. numer. 2. ex eo potissimũ quia in testamẽtis ad pias causas, de quibus specialiter loquitur textus in capit. relatum, el 1. hoc titul. non est necessarius interuẽtus presbyteri parochialis, qui tamen necessario requiritur in hoc textu, vnde omnino fatendum est, quòd hic textus loquitur in aliis testamentis ad non pias causas, in quibus fœmina nõ potest esse testis vt tradit Alexan. consil. 177. vol. 2. num. 5. Ioan. Dilect. in dicta caut. 2. numer. 7. Couar. hic, num. 14. Alexan. consil. 70. volum. 2. ex numer. 13. Tiraquel. l. 9. connub. ex numer. 56. latissimè Didac. Perez, vbi supra, ex pagin. 86. versicul. quæstio dubia. Petr. Magdalen. in dicta 2. par. capit. 8. numer. 13. Seraph. de Seraphin. de priuil. iuram. priuileg. 97. num. 5. Ioseph. Ludouic. in cõmun. conclus. titul. de testamen. conclus. 13. latè Crot. de testamen. 1. par. ex num. 11. Lib. 6. regul. iur. ciuil. & pontif. pagin. 485. versic. secundo limita. & latissimè ex pagin. 486. versic. fœmina in testamẽtis. Ias. in l. hac consultissima, numer. 9. C. de testamen. Didac. Spino, in specul. testamen. in glos. 31. princi. ex numer. 12.

4 MAGNA tamen adest inter Doctores varietas & controuersa difficultas circa intellectum istius textus, An indistinctè, etiã in terris non subiectis in temporali iurisdictione ecclesiæ, in testamento laici in foro ciuili, seruari debeat circa numerum testiũ dispositio iuris ciuilis, an vero dispositio istius textus? vt apparet ex Iul. Clar. §. testamentum, quæst. 57. num. 2. Andr. Tiraquel. in princip. de priuileg. causæ piæ, ex versic. alij item quod in terris. Geminia. consil. 49. per totum. Bal. consil. 285. post medium. vol. 3. latissimè Petrus Magdalen. in dicta 2. par. capit. 9. ex numer. 7. Couar. hic, numer. 12. Dominic. Soto, lib. 4. de iustit. & iur. quæst. 5. artic. 3. versic. vel forte melius. Syluest. in summa, verb. testamentum, el 1. numer. 5. versic. tertium de testamento. Iacob. Menochius, de præsumptionib. lib. 1. quæst. 80. ex
5 numer. 21. versic. quarto vrgere videtur. In qua quæstione cum veriori opinione censeo, quòd licet numerus duorum testium, sit approbatus nõ solum iure humano, sed etiã naturali & diuino (quasi velint iniquũ esse regulariter vnius testimonio quenquã damnari, iuxta textum in capit. ab isto die, 35. quæst. 6. & quæ habes in collectan. ad textum in capit. tanta, 86. distin.) Non tamen inde subinfertur, quod amplior numerus sit reprobatus, quia nec lex naturalis nec diuina prohibet, quin ex causa plurium aliquando fides sit necessaria, iuxta ea quæ optimè tradit Couar. hic, numer. 3. Dominic. Soto, in dicto artic. 3. versic. at vero vt cum debita reuerentia. Iacob. Menoch. in dicta quæst. 80. ex numer. 23. Didac. Perez, lib. 5. titul. 2. l. 1. pagin. 84. ex princip. vbi ait, quod iura ciuilia requirentia ex aliqua causa plures testes, quam duos, non sunt irrationabilia, nec reprobata, quinimo à iure ipso canonico sunt approbata, ex Abb. numer. 3. & Felin. in versic. in textu, in capit. licet vniuersis, de testib. Abb. in capit. 2. numer. 6. in fine, de probationib. & in capit. nuper nobis, num. 1. de testib. Felin. capit. quæ in ecclesiarum, numer. 2. de constitutionib. & cum non reperiatur aliquo iure naturali, diuino aut humano circa numerum testium præfinitus aliquis certus numerus, vltra quem lex transgredi non possit, sed totum hoc sit positum in arbitrio legislatoris, qui attẽtis variis circunstantiis causarum, quãdoq; duos vel tres, quãdoque quinque, septẽ, plureſve, aut pauciores testes in hoc vel illo casu exigit, iuxta glos. ordin. in l. vbi numerus. ff. de testib. & in dicto capit. licet vniuersis, de testib. & probatur in capit. præsul. 2. quæst. 5. & id probat etiam iste textus, vbi vltra duos testes requiritur parochus, & sic cum in vltimis voluntatibus non sine maxima & rationabili causa lex ciuilis disposuerit duos aut tres tantum testes satis non esse, nec sufficere, sed plures exigi debere, per ea quæ dicũt Doctores supra, optimè etiam potuit eadẽ lex ciuilis pro eius arbitrio statuere quod septem potius, quam quinque, vel sex, aut octo, requirantur testes, quamuis enim vt dicunt Melchior. Cano, de locis theologic. lib. 6. capit. 8. versicul. atque si mortalium, pagin. 231. in principio. Ludouic. Beja, cas. 53. versic. nec caput. cum esses. & Dominic. Soto, supra, nisi hominum malitia excresceret, satis abundaret duorum aut trium testimo-

testimonium, mortalium tamen fide depraua ta, idem ius naturale persuadet vt testimonia firmiora requirantur, præsertim vt ipse ait in testamentis, prout etiam in proposito tradit Bal. consil. 285. in princip. vol. 3. & plura Petr. Magdalen. de num. testium in testamen. 1. par. capit. 2. ex num. 3. Vnde huiusmodi leges ciuiles iustè & validè sunt, nec reprobatæ per ius canonicũ, ideò in terris imperij vim suam obtinebũt. Nec constitutio istius textus eas derogauit cum Summus Pontifex non exerceat in eis temporalem iurisdictionem. Immò iurisdictiones diuisæ, & diuersæ sunt inter Summum Pontificem & Imperatorem, capit. duo sunt, cap si imperator. 96. distin. capit. solite, versic. fecit Deus duo magna luminaria, de maior. & obed. capit. causam, el 2. cap. per venerabilem, vers. rationibus igitur his inducti, vbi Abb. numer. 15. qui filij sint legitim. Oldral. consil. 83. ex num. 1. Alexan. consil. 8. volum. 1. num. 1. Felin. capit. 1. num. 29. de constitut. Nauar. in repetit. capit. nouit. in 3. notab. ex numer. 22. de iudic. & hoc modo communiter Doctores interpretantur istum textum, declarando illum vt tantum procedat decisio illius, de iure canonico, & in prouinciis ecclesiæ temporaliter subiectis, & non in his quæ de dominio & iurisdictione imperatoris sunt, in quibus dicunt constitutionem iuris ciuilis seruari debere, & vltra alios Doctores supra relatos, hoc attestantur, & sic interpretari debere hunc textum attestatur Melchior Cano, de locis theolog. lib. 6. capit. 8. in solut. quarti argumenti, pagin. 231, (vbi etiam tractat de intellectu verborum istius textus, in versic. quia vero.) & Menoch. de præsumptionib. lib. 1. quæst. 80. ex numer. 23. Didac. Spino, in specul. testam. glos. 31. princip. numer. 38. versic. quare verissimus sensus.

7 EGO tamen salua correctione rectius sentientis considerabam pro istius textus vera interpretatione & intelligentia, decisionem illius procedere & in Prouinciis Romani Imperij, & Ecclesiæ, in testamentis tantùm confectis ab ægrotis, & personis infirmis, & in eo tantũ casu loqui nostrũ textum, & sic quod solum in eo casu reprobauit, & correxit consuetudinem & leges ciuiles ampliorem numerum requirentes, vt iniustas, & peccati nutritiuas, & non in vllo alio casu, vt apparet ex litera & inspectione istius textus, in versic. in extrema secerint voluntate, hoc est voluntate laborante in extremo vitæ spiritu, vt optimè consi derauit Guid. Pap. in decis. 543. ex num. 3. Cum enim infirmus non ita facilè semper possit tot conuocare testes, sed vt potest voluntatem suam explanat parocho (qui vt medicus & iudex illius animæ ex Bald. consil. 285. colum. 2. in princip. volumin. 3. Ioan. Dilect. vbi supra, titul. 2. caut. 2. num. 2. ad medium, & vt pater spiritualis, per capit. oues, 30. quæst. 1. in eo vitæ periculo & conflictu frequenter adest cum infimo) ideo ipsum parochum nominat textus noster, & non per eam inquam rationẽ, quam refert Francis. Conan. lib. 9. comment. cap. 2. numer. 4. vt etiam aduertit Bartol. Philippe, del conse. y conse. discur. 7. priuileg. 24. fol. 55. & vt omnis cesset fraudis vel falsitatis suspicio, statuit iste textus quod cũ dicto parocho duo vel tres concurrant testes iuxta euãgelicam doctrinam. Et quod tale testamentum & dispositio sic facta seruetur, ex eo potissimum probatur. Nam si talis voluntas vt inualida à iure reiicitur, voluntati testatoris contrauenietur, & venientes ab intestato retinebunt bona contra dispositionem defuncti & cum peccato, quia vt dicit Anton. de Butr. & post eum Abb. in repetit. istius textus, colum. 2. peccatum mortale est, non exequi voluntatem rationabilem defuncti, quem refert & sequitur Rippa in l. nemo potest, numer. 102. ff. de legat. 1. vnde ait B. Gregorius quod vltima voluntas defuncti modis omnibus seruari debet, capit. vltima voluntas. 13. quæst. 2. nec illa omitti potest citra lesam conscientiam, vt probat l. militis, cum glos. verb. conscientiam, vbi notat Bal. C. de religios. his accedit quod sub pœna excommunicationis prohibet hic Pontifex ne quis, sub prætextu non seruatę solemnitatis numeri septem testium, audeat rescindere testamẽta cõfecta cum duobus vel tribus testibus, & cum interuentu parochi, quæ quidem pœna supponit peccatum mortale, vt referunt capit. nemo episcoporum. 11. quæstio. 3. latè Didac. Couarruias in capit. alma mater. 1. par. §. 9. numer. 1. Ioan. Gutierrez, lib. 1. canonic. quæst. cap. 9. num. 6.

quod planè consolationis plenum est, ex Nauar.in manual.latin. capit.27. numer.9. & in propriis terminis tradit Abb. hic, in 2.lectur.numer.7. cum enim excommunicatio sit maxima pœna in ecclesia Dei, non debet imponi pro leuibus delictis,cap.corripiantur,cum glos.verb.maior.24. quæst. 3. & probat Alphons.Castro,de leg. pœn. lib.1.capit.6.in versic.quod hactenus.& latissimè Petr.Magdalen.de numer.testium in testamen. 2. par. capit.9. numer.67. sed tantum pro peccato mortali vt dictum est.

EX quibus primo sequitur,quòd solum procedit dispositio istius textus cum sit iuris communis restrictiua,in casu in quo loquitur, idest in testamentis tantum confectis ab infirmis,cum in ea afflictione & vitę conflictu & periculo imminenti,non facilè immò etiam multum difficilè non possit ægrotans etiam cum magno vitæ discrimine tot vocare testes, vt euenit in Aquilia vxore D. signor, de Homedeis,quæ peste percussa nõ valens habere testes fecit se asportare extra domũ in viam publicam vt haberet testes in numero sufficienti pro confectione sui testamenti, vt refert Boer. decis.228.num.10.Petr.Magdalen. de numero testium in testamen.1.par.capit.10.num. 38.& in capit.11.numer.30.quòd certè videtur iniustum,vt voluntas & dispositio illius qui est in vitæ periculo constitutus non habeat effectum per supradicta,ideò in huiusmodi casu & necessitate, cum numero testium à lege diuina constituto,& prefinito, voluit Summus Pontifex, quod valeat testamentum.Quemadmodum enim lex ciuilis restrinxit & limitauit prædictum numerum septem testium, in testamento militis & rustici, similiter & Summus Pontifex,nè infirmi decedant intestati ob defectum tot testium, propter periculum mortis, & necessitatem imminentem, restrinxit in hoc textu solemnitates iuris ciuilis. Quamuis enim dispositio iuris ciuilis in cõmuni & in abstracto considerata, super solemni numero septem testium in testamentis adhibendo,sit fundata in causa iusta,vitandi scilicet fraudes, qua attenta iusta est & rationi naturali non solum non aduersa, immò maximè consona, nihilominus quando (prout nunc loquimur) in aliquo casu particulari cessat omnis suspicio fraudis,& sumus certi de voluntate defuncti,tũc quòd ob hunc solum defectum non adhibitæ solemnitatis septem testium, bona defuncti aduenire debeant venientibus ab intestato contra defuncti voluntatem, in hoc lex videtur nimis riguros,& fouere lucrũ odiosum venientibus ab intestato contra naturalem æquitatem,& ita conuenit,& procedit in terminis istis nostri textus dispositio vt dictum est.

VNDE secũdo infertur quòd dispositio istius textus indistinctè procedit in prouinciis iurisdictionis Summi Pontificis & Cæsaris etiam, cum vulgare sit quod Papa ratione peccati possit abrogare leges ciuiles,& in eo casu standum sit iuri Canonico iuxta not. in capit.nouit,de iudic.& tradit Ioan.Ferret.in rubric. de constitution. numer.5.& in capit.1.de constitut.numer.55. optimè Baptista de S. Blasio,in rubric.decreti,num.30. & in num. 224. Seraph. de Seraph.de priuil.iuram. priuil.66. num. 3. & priuileg.86.numer.5. & quod huiusmodi testamentum sic conditum valeat in prædictis prouinciis, & ita iudicatum vidisse, attestatur Guid.Pap.in dicta decis.543.in finalib.verb.

VNDE iam sequitur tertio,quòd cessante supradicto casu necessitatis expresso in hoc textu,in vtroq; imperio, & Papæ, & Cæsaris,erit seruanda in testamentis dispositio iuris ciuilis circa dictum numerum testium,cum in casibus non expressis à iure Canonico sacri Canones non dedignentur leges imitari, iuxta textum in capit.1. de noui oper. & tradunt Riminal. in capit. 1.numer.69.de offic.delegat.Didac.Spino in specul.testamen.in glos. rubric.14. par. numer.19.& cum de iure Canonico nulla alia sit dispositio contraria iuri ciuili præter expressam in hoc textu, sequitur quòd in aliis casibus recurretur ad dispositionẽ iuris ciuilis,quia lex ciuilis quæ ab ecclesiæ non reprobatur debet obseruari etiam in foro canonico, vt probat Didac. Spino, in specul.testamen. glos.33. princip. num.75. Et similiter casus exceptus in hoc textu firmat regulam, & contrariam dispositionem iuris ciuilis.

8 AN autem huiusmodi testamentum factum cum parocho & duobus testibus ex priuilegio istius textus si conualescat infirmus

mus irritum sit ? est omnino consulendus Guid.Pap. in dicta decis. 543. ex numer.3. Boer.decis.228,numer.12.

AD TEX. IN CAP.16, Cum dilecta, de concess. præbendæ.

COLLECTAN. 160.

SVMMARIVM.

1 *Patronus beneficij, an possit promittere se præsentaturum aliquem ad beneficium vacaturum, vel alicui dare potestatem præsentandi antequam vacet?*
2 *An procurator generalis possit presentare ad beneficium?*

1 TEXTVS iste probat, patronum beneficij ecclesiastici non posse promittere se præsentaturum aliquem ad beneficium vacaturum, nec alicui dare potestatem præsentandi ad illud antequam beneficium vacet, pro quibus & de eorum intellectu multa congerunt Didac.Perez,lib.1.titul.6.l.1.pagin.146.versic. ex quibus constat non posse fieri.Paul.Emilius.1.par.decis.282.Petr. Mozius de contractib. titul. de donationib. §.de rebus quæ donari possunt vel non, ex numer.13.in fine. Roch.de Curt. de iur. patronat.verb.honorificum,numer.25.in fine, & verb. competens,numer.63.Ioan.Nicol. Delphinat.de iure patron,lib. 2. num.192. Petrus Rebuf. in prax.2. par. de reprobat. benef.viuen.ex numer.25.Menchac.de succes.creat.lib.2.§.18. num.240. Lambertin. de iur. patronat.1. par. 2.lib. in 3. articul.4. quæstionis, ex numer.1.fol.27.& in dicta 1. par.2.lib.in 19.articul.6.quæstionis,ex numer.1.ex fol.49.in fine.Philip.Dec.consil. 541.numer.1.Rolan.consil.47. volum.1.ex numer.53.Didacus Spino, in specul.testament.in glos.4. princip. num. 102. Cosmas in pragm.1.anct.titul. de collationib.§. reseruationes, fol.191.in glos.verb. vacaturorũ, in versic.quemadmodum enim.Bartholom. Humada.l.10. titul.16.par.1.glos.4. numer. 1.fol.110.Philip.Decius, consil.171.numer. 1. versicul. nec obstat. Bellamer. decis. 751. ex princip. Cassador. decis. 5. de iure patronat.

2 AN autem generalis procurator possit presentare ad beneficium ? est consulendus Caballin. in milleloq.152. Lambertin.de iure patronat.1.par.2.lib.in 3. articul.4. quæstionis princip. num.8. versic. reperi etiam fol.27. & in 17. articul. dictæ 4. quæstionis, numer.7. fol.31.Roch.de Curt.in dicto verbo honorificum, numer.24. Felin.capit.dilecto, numer. 1. versicul. alij exponunt. de testibus.

AD TEX. IN CAP.17. Requisiuit, de sponsal. & matrimon.

COLLECTAN. 161.

SVMMARIVM.

1 *Nuptiæ inuitæ frequenter solent difficiles exitus habere.*
2 *Qui contraxit sponsalia,si renuerit contrahere matrimonium ecclesiastica censura compellendus est.*

1 QVIA nuptiæ inuitæ difficiles solent exitus frequenter habere, ex Gigan.consil.36. numer. 10.Neuizan. in sylu.nupt.lib.1. numer.153.versic.& quod nuptiæ, & in lib. 2.numer.114.Didac.Couar.in 4.1.par.cap. 4. numer.5. Sic ecclesia secluso consensu eorum qui coniungendi sunt matrimonium non efficit,vt latè tradit Dominic.Sot.in 4. dist.27.quæst.1.artic.2.Alphons.Veracruz, in specul.coniug.1.par.articul.2.Didac.Couar. in dicto capit.4.numer.4. & facit textus & not.in l. nuptias.ff.de regul.iuris, impediretur enim finis ad quem tendit matrimonium, si aliqui ab ecclesia inuiti coniungerentur, inuitis namq; coniugibus non bene procederent procreatio, atq; educatio prolis, immò sic copulati inuiti,ad alios coi

tus fornicarios libenter accederent, & illa animorum societas omnino cessaret.

2 EX quibus meritò reuocatur in dubium in hoc textu, vtrum qui contraxit sponsalia, & interposito iuramento ea firmauit, si renuerit contrahere matrimonium, ecclesiastica censura sit compellendus à iudice ad illud contrahendum, iuxta textum in capit. ex literis, el 2. hoc titul. pro qua quæstione & circa intellectum istius textus sunt consulendi glos. verb. iudicio ecclesiæ, in capit. de illis, de desponſ. impub. Felin. capit. 1. numer. 12. de pact. optimè Didacus Perez, lib. 5. titul. 1. l. 1. ex pag. 2. versic. quære vtrũ sponsus. Ioseph. Angles, flor. Theolog. in quæst. de essentialib. matrimoij, pagin. 323. in fine. Didac. Couar. in 4. 1. par. capit. 4. ex numer. 4. Ioan Gutierrez, de iuament. confirmat. 1. par. capit. 51. ex numer. 4. Didac. Lopez de Stunica, de vot. quæst. 1. ex numer. 57. Francisc. Sarmient. lib. 1. selectar. capit. 5. numer. 5, Ioan. Segura Dabalos, in director. iudic. eccles. fori. 2. par. capit. 15. ex numer. 6. Ioan. Gutierrez, lib. 1. canonicar. quæstion. cap. 18. num. 10. versic. vltimo non possum.

AD TEX. IN CAP. 16, Absolutos, de hæretic.

COLLECTAN. 162.

SVMMARIVM.

1 *Vassalli liberantur ab omni debito fidelitatis, propter hæresim suorum dominorum.*

2 *Filij eximuntur à patria potestate ob hæresim parentum, & similiter serui Christiani sunt liberi.*

1 VASSALLI igitur per hunc textum liberantur ab omni debito fidelitatis, & totius obsequij, & ab omni pacto, quacunq; firmitate vallato, propter hæresim suorum dominorum, circa quam decisionẽ sunt consulendi Alphons. de Castro, lib. 2. de iust. hæret. punit. capit. 7. & capit. 8. Iacob. Simanc. de cathol. instit. capit. 46. ex numer. 73. Didac. Perez lib. 8. titu. 4. l. 3. pagin. 137. in princip. versic. vnde quam citò aliquis. Tiraquel. in l. si vnquam verb. reuertatur, numer. 366. Reuerendiss. dominus Ioseph. Stephanus Episcopus Vestanus ac Decanus Ecclesiæ Valentin. sacrarum & humanarum literarum totiusq; antiquitatis ecclesiasticę peritissimus ob eamq; causam meritò congregationis conciliorum à Sixto V. à secretis constitutus, in eleganti tractat. de potestat. coact. Romani Pontificis, cap. 12. num. 17. Iacob. Simanc. in enchirid. titul. 21. numer. 9. Ioan. Rojas, singul. 212. Iacob. Simanc. de cathol. instit. capit. 23. num. 11. Francisc. Pegña, in 3. par. director. schol. 159. aliàs in comment. 168. Ioan. Gutierrez lib. 1. canonic. quæstion. capit. 1. ex num. 18. Conradus Brun. de hæretic. lib. 4. cap. 14. Læl. de Zanch. de priuileg. eccles. 143. priuileg. numer. 25. & in numer. 26. ait, quòd filij hæreticorum eximuntur à patria potestate & efficiuntur sui iuris, adeò quod emãcipatio facta postquam inciderunt in hæresim est ipso iure nulla, tamquam facta de hominibus sui iuris, vt probat etiam textus in capit. quicunque. §. illorum autem, hoc titul. in 6. & tradunt Ioan. Rojas, singul. 67. & in singul. 152. Francisc. Pegña, in 3. par. direct. schol. 158. immò ex hoc textu, vt refert Iacob. Simanc. de cathol. instit. capit. 61. numer. 8. si serui christiani sint, & eorum domini labantur in hæresim, libertatem ipso iure consequuntur, & idem tenet Ioan. Rojas, singul. 76.

AD TEX. IN CAP. 7. Ad aures, de ætate & qualit. & ordine præficiend.

COLLECTAN. 163.

SVMMARIVM.

1 *Medicus aut chirurgus, an & quando sit irregularis, nec promoueri possit ad sacros ordines.*

2 *An*

2 *An medicus teneatur curare gratis pauperem?*

3 *An medicus possit cum ægroto pacisci vel conuentionem aliquam facere?*

4 *In Regno Neapolitano medico est taxatũ salarium, & similiter quoties in die & in nocte teneatur visitare infirmum.*

5 *Medicus tenetur persuadere infirmo confessionem sacramentalem: & si noluerit confiteri peccata, an teneatur eum deserere?*

6 *Medicus assalariatus de publico, an possit aliquid recipere ab infirmis etiam sponte dantibus? nec talis potest recedere de ciuitate absq; licentia priorum, & quid tempore pestis?*

7 *Medicus conductus in oppido, an ipsius loci censeatur vicinus?*

8 *Plura in laudem medicorum, & quæ aduersus eos allegari solent, referuntur.*

9 *An medicus præferatur legistæ.*

10 *Plura de medico iuuene cumulantur.*

11 *Peritia medicorum quo modo probetur, & eis quanta fides adhibeatur.*

1 DE materia istius textus, & quãdo exercens artem medicinæ vel chirurgiæ sit irregularis, & an possit promoueri ad sacros ordines? est videndus Didac. Couar. in clement. 1. 2. par. §. 4. numer. 3. verficul. sic & idem. Simon Maiol. de irregular. lib. 2. cap. 12. numer. 2. Sylvest. in sum. verb. medicus, numer. 8. Marian. Socin. in capit. ad audientiam, numer. 31. de homicid. Albar. Pelagius lib. 1. de plant eccles. capit. 48. ex colum. 3. Petr. Plaça, de delict. capit. 26. numer. 6. latè Felicianus, de censur. titul. de irregularitat. capit. de specie irregularitatis, quæ contrahitur ægrotos curando pag. 498.

2 *IN glos. remordeat.* Circa hanc quæstionem, an medicus pauperem teneatur curare gratis? est consulendus Cornel. Beninc. cas. de priuileg. paupert. in 1. special. in iudic. ex numer. 15. Felin. capit. 1. numer. 2. in princip. de offic. ordin. glos. verb. inferas, in capit. prouidendum. 83. dist. Petr. Plaça, in dicto capit. 26. numer. 4. verficul. ægrotos tamen pauperes. Paul. Fusc. de visit. lib. 2. capit. 30. numer. 6. Mandos. in prax. titul. de ingratitud. cap. 101. versic. pauperes infirmos. Rolan. consil. 87. volum. 2. ex num. 38. Andræas Tiraquel. de nobilit. capit. 29. ex numer. 44. (& in num. 46. refert Virginem Mariam in somnis apparuisse patri Marsilij Ficini medico, monuisseq; eum vt artis munera egentibus gratis abundèq; largiretur) Nauar. manual. latin. capit. 25. numer. 64. vbi etiam vide, an cum ægroto possit medicus pacisci, vel conuentionem aliquam facere? de quo est etiam consulendus Volum. 1. commun. opinion. pag. 310. verbo, medicus. Matth. Afflict. decis. 123. facit. l. 3. vbi Doctores, de var. & extraordin. & tradunt etiam Azeued. lib. 2. nou. recopil. titul. 16. l. 10. numer. 1. Bursat. consil. 72. numer. 11. verficul. addo. Lancellot. Gallia, in consuet. Alexan. in præfat. 5. numer. 54. Pinel. in l. 2. 2. par. C. de rescin. vendit. capit. 2. ex num. 32. Ioan. Gutierrez, de iurament. confirmat. 1. par. capit. 57. ex numer. 30. Francisc. Vivius, lib. 2. com. opin. 176. vbi etiã dicit quod in fine curationis debet recipere mercedem, & non antea, licet non sit assalariatus de publico, de quo est etiam videndus Paulus Granut. theorem. 12. numer. 5. Cornel. Beninc. as. de priuileg. paupert. in 8. special. in contract. numer. 7. vbi etiam, & Francisc. Viuius supra referunt, quoties in die & in nocte in Regno Neapolitano teneatur medicus visitare infirmum, & quod salariũ sit ei taxatum ex lege illius Regni.

3 4

5 QVANDO autem medici promouentur ad gradum, vltra professionem fidei per ipsos faciendam, tenentur iurare in manibus Episcopi vel Rectoris, obseruare statutum factum per Pium V. in sua constitut. Dat. die octauo Martij, anni 1566. anno primo sui Pontificatus, incip. super gregem dominicum, in confirmationem antiquæ, & salutaris decretalis Innoc. III. in Concil. gener. capit. cum infirmitas, de pœniten. & remiss. vt cum ad infirmum vocantur, primum moneant & inducant ad procurandum salutem animæ, vocando medicum spiritualem, hoc addito nouiter ipsi decretali, quòd in cuiuscunque promotione, seu licentia medendi concedenda à quo

uis

uis collegio, vel vniuersitate, primum fiat iuramentum, vel in suis manibus, vel ordinarij, coram notario publico & testibus de seruandis omnibus contentis in dicta Bulla, & demum in licentia fit specialis mentio eiusdem iuramenti sic præstiti, nec est omittenda ipsa solemnitas nouæ constitutionis sub pœnis ibidem contentis in §. quod si medicorum. Et quòd medicus teneatur omnino persuadere infirmo confessionẽ sacramentalem vltra supradicta, optimè tradit & explicat Nauar. in manual. latin. capit. 25. numer. 61. versicul. tertio qui non persuadet, Caietan. in sum. verb. medici peccata, pag. 489, post medium. Sylvest. in sum. verb. medicus, numer. 3. & ibi Angel. numer. 8. Tabiens. numer. 12. & Armil. numer. 1. versic. quarto quando infirmus. Et hoc adeo est verum, quòd si ægrotus monitus à medico noluerit confiteri peccata, tenetur eum medicus deserere, & desistere à medicamine, quòd ita fieri debere sub pœna excommunicationis maioris, & aliis pœnis pecuniariis præcipit Illustrissimus Archiepiscopus Cæsaraugustan. D. Andræas Cabrera & Bobadilla, in synodo Segouiens. lib. 1. titul. 4. capit. 12. fol. 30. & id ipsum statutum fuisse in synod. Bracarens. act. 5. capit. 31. & ab aliis Reuerendissimus Dominis Episcopis in suis synodalibus constitutionibus, attestatur Anton. Bernad. in sum. capit. 27. titul. de los medicos y cirujanos, num. 15. pagin. 541. Et id iustè quidem sancitum esse videtur, nam in temporis momento ita infirmus repente infirmitate aggrauatur, prout præoculis quotidie habemus, quòd cõfessioni locus non datur. Nihilominus tamen contrariam sententiam affirmant, & defendunt grauissimi & doctissimi viri, quòd scilicet quamuis infirmus confiteri peccata nolit, non ob id medicus debeat desistere à charitate corporali, nec tenetur deserere infirmũ, vt docet Nauar. in manual. latin. capit. 25. numer. 62. versicul. & quamuis infirmus. Reuerendissimus dominus Episcopus Simon. Maiol. de irregularit. lib. 5. capit. 48. §. 5. numer. 4. versicul. nec excusabitur. Tabiens. in sum. verb. medicus, numer. 12. versicul. nihilominus si infirmus, & ibidem etiam Angel. numer. 8. versicul. nihilominus, & Armil. num. 1. versic. qui admonitus.

DONATIO autem facta medico ab infirmo, statim per suam reconualescentiam reuocatur, vt dicit Paul. Fusc. singul. 121. literæ D. Medicus tamen qui ægrotum curauit inuitum vel ei nollentem soluere, an possit salarium petere postea cum sanus effectus fuerit? examinat additio ad Bar. in l. stichus, de pecul legat. numer. 1. in litera B. & est etiam consulendus Angel. in sum. verb. medicus, numer. 6. & ibi Sylvest. numer. 5. versicul. si autem, & Tabiens. numer. 7. Andræas Tiraquel. de nobilit. capit. 6. numer. 38. Roman. singul. 124. incip. tu habes, numer. 2. vbi optima additio. Ioan. Garsia, de expens. & melioration. capit. 21. ex numer. 2.

6 ET medicus assalariatus de publico ea sub conditione, ne quid ab ægrotis recipiat non debet petere præmium ab infirmis, nec illud recipere ab eis sponte dantibus, ex Auiles, capit. 1. prætor. in glos. ni leuaran, numer. 8. Alphons. Azeued. lib. 3. nou. recopilat. titul. 6. l. 8. numer. 2. potest tamen post restitutã sanitatem, ab infirmo sponte obla ta suscipere, vt tradunt Ioan. Matienco, in dialog. relat. capit. 25. numer. 3. Altamiran. de visitat. in verb. etiam qualitercunque, num. 24. Et talis medicus assalariatus, non debet recedere de ciuitate absq; licentia priorum, ex Auil. capit. 54. prætor. in glos. partiere, numer. 4. Et medicus qui pro stipendio se obligauit curare infirmos in quocunq; euentu, an teneatur tempore pestis, vel cum periculo propriæ vitæ? examinat Dominic. Bañes. 2. 2. quæst. 33. artic. 3. col. 1222. in fin.

7 ET medicus conductus in oppido, an ipsius loci censeatur vicinus? tradit Burg. de Paz, in l. 3. Taur. num. 410. in fine.

8 ET medicinæ & medicorum laudes, & etiam aduersus ipsam medicinam, & ipsos medicos plura referunt Boer. decis. 323. numer. 22. & 24. Neuizan. in syl. nupt. lib. 5. ex numer. 75. Petrus Plaça, in dicto capit. 26. numer. 3. Petr. Roizius, decis. 1. Lituan. ex numer. 73. Chassen. catalog. glor. mund. 11. par. consid. 48. latissimè Andræas Tiraquel. de nobilitat. capit. 31. vbi ex numer. 81. enumerat quam plures sanctos qui artem medicinæ exercuerunt, & ex num. 103. qui Angeli, & ex numer. 106. qui Reges, & ex numer. 157. qui Imperatores, ex numer. 164, qui Pontifices, & ex num. 165. qui Poetæ, & ex

& ex num. 257. qui philosophi medicinam exercuerint, & tandem ex numer. 319. ordine alphabetico enumerat, quamplurimos viros magnæ authoritatis, qui se medicinæ scientiæ deuouerunt, vt ex eo appareat huiusmodi scientiam fuisse apud homines in maximo honore, & ex numer. 408. refert ea, quæ contra medicos dici & obiici possunt, quibus omnibus etiam respondet, & copiosè satisfacit, ex num. 522. & pulchrè
9 tractat ex num. 359. quæstionem illam, an medicus præferatur legistæ? de qua etiam est videndus Nicol. Boer. de authorit. magni concil. num. 89. Cosmas, in pragmat. sanct. titul. de collation. §. videlicet, in glos. verb. medicina, fol. 229. Neuizan. in sylu. nupt. lib. 5. numer. 87. pagin. 529. Abb. in cap. clerici, de iudic. numer. 3. latissimè Chassen. 10. par. catal. gloriæ mund. consid. 25. pulchrè Iacob. Bennius, de priuileg. iurisconsul. 3. par. priuileg. 55. qui in priuileg. 64. num. 4. ait, quòd quamuis Iudæi doctorari prohibentur quandoq; tamen eis concessum est, vt in medicina doctorentur, & allegat Mandos. in prax. signat. grat. in titul. de licen. doctor. quòd verò legum Doctores efficiantur, nunquam eis indulgetur, leges enim sacratissimæ sunt, & diuinitus per ora Principũ promulgatæ, teste D. Augustin. in capit. quo iure. 8. dist. quòd sanè medicos iurisconsultis inferiores ostendit. Et de ingratitudine infirmi erga medicum, disserit Mandos. de ingratit. capit. 100. Et tandem tu medice habe in mente carmen illud, dum iacet infirmus, medicus sit pignore firmus, relatum ab Andræa Alciat. lib. 9. parerg. capit. 9. Medicus tamen errans maiori pœna punitur quam iudex etiam errans, vt tradit Burg. de Paz. l. 1. Taur. numer. 26.

10 ET aduersus medicos iuuenes, plura congerit Mandos. in prax. titul. de ingratit. cap. 101. versicul. quid tandem dicam. Neuizan. in dicto lib. 5. ex numer. 11. Et Alberic. in l. prouidendum, in princip. C. de postulan. ait, medicum nouum esse pestem in patria, & Petrus Rebuf. tom. 3. de constitut. reg. in titul. de mater. posser. articul. 13. glos. vnic. numer. 13. inquit, ideò Scothos medicos iuuenes in Angliam mittere, vt ibi se exerceant, in grauem inimicorum perniciem, & idem refert Iacobus Bennius, de priuil. iurisconsul. 3. par. priuil. 55. num. 4.

11 ET peritia medici quo modo cognoscatur, tradit Petr. Rebuf. in concord. in rubric. de collation. §. præterea, in verb. medicina, pagin. 366. Et medicorum dicto quibus in casibus sit adhibẽda fides, & quo modo & quanta, tradit latissimè Ioseph. Mascard. volum. 2. de probat. conclus. 1034. Et aduersus hæresim cuiusdam Arnoldi à Villanoua, qui docuit medicinæ opus gratius, atq; acceptius esse Deo, quam altaris sacrificium, est videndus Sebast. Medic. in sum. omn. hæres. 2. par. verb. medicina, pag. 628. & Director. Inquisit. 2. par. quæst. 11. versic. septimus error.

AD TEX. IN CAP. 1. Clericus, iuncto capit. 2. peruenit, de fideiussoribus.

COLLECTAN. 164.

SVMMARIVM.

1 *An personæ ecclesiasticæ, possint esse fideiussores?*
2 *Clerici si de facto fideiubeant obligantur.*

1 ANCEPS ventilatur quæstio per scribentes, in hoc cap. 1. an personæ ecclesiasticæ sint idonei fideiussores? vt tradit Ias. in l. si quis in ius ff. si quis in ius vocat. non. nu. 10. Felin. consil. 9. Gutierrez, de iuram. confirmat. 1. par. capit. 72. numer. 2. Paul. Fusc. singul. 27. literæ C. Sylvest. in sum. verb. fideiussor. numer. 3. Hyppolit. de Marsil. tractat. de fideiussorib. ex numer. 309. Iacobus Menoch. de arbitrar. cas. 432. ex numer. 1. latè Petr. à Nauarra, tom. 2. de restitut. lib. 3. capit. 4. ex num. 173. Anton. Gomez. tom. 2. variarum, capit. 13. numer. 18. versicul. secundo principaliter. Michael. de Palac. de contract. lib. 5. capit. 6. ex pagin. 434. colum. 2. versic. quod verò, qui textus vt multi ex supra citatis Doctoribus contẽdunt, procedit de consilio, ne assidui sint in fideiubendo,

do, ne ære alieno frequenter grauentur clerici, nec per curias iudicum vagari contingat.

2 VIDEMVS tamen quòd si de facto clerici fideiubeant obligantur, ex Menoch. lib.2. præsumpt.46.numer.15.latissimè Bartholom.Humada.l.45.titul.6.par.1. glos.3. ex princip.fol.66. & patet in capit.2. peruenit, hoc titul.circa cuius textus intellectum, est consulendus Francisc.Viuius,lib. 2.commun.opin. 45. Francisc. Sarmient.1. par.defension.monito.46.Rodoan.de spol. eccles.quæst.10. numer.38. versicul. & primo ad illud, latè Hyppol.Marsil.de Columna,de ecclesiast.reddit.origin.3.par.cap.24. ex numer.7.& 28.quoniam multa sunt quæ prohibentur de iure,quę facta tenent,capit. quemadmodum,de iure iurand. qui intellectus quamuis communiter à Doctoribus recipiatur. Dubium tamen facit aduersus eũ quo modo violans consilium, puniendus traditur in hoc capit.1. grauissima excommunionis pœna, consilia namq; sunt voluntaria, & qui ea opere non præstant, non peccat,& ideò non est dignus pœna, at verò in hoc capite videmus grauem pœnam imponendam esse clerico inseruienti fideiussionibus. Cogitabis pro vera solutione, quia(nisi fallor)adhuc non est scripta à Doctoribus.

AD TEX. IN CAP.10. Sanè de canonico,de regularib.& transeuntib.ad religionem.

COLLECTAN. 165.

SVMMARIVM.

1 *De institutione & origine ordinis Canonicorum regularium Sancti Augustini, quam plura referuntur auctorum testimonia.*

2 *Sex monasteria ordinis Canonicorum regularium Sancti Augustini in Aragonia constructa, referuntur.*

3 *Quæ dicatur minor aut maior, seu strictior religio.*

4 *An transiens ad religionem laxiorem, sit apostata?*

5 *Dissuadens aliquem à religione, vel auertens religiosum professum, ad quid teneatur?*

1 IBI, *de canonico*. Plura de institutione,& origine ordinis canonicorum regularium Sancti Augustini, congerit Anton.Massa Galesius, in allegationib. pro Abbatibus, congregationis Casinen. in §.dicunt ergo primo, ex numer.41.& in §.ex quibus non minus,numer.12.& in §.ex his satis,ex numer.3.Philip.Portius,consil.164. ex num. 63.& consil.166.ex numer.14.Chassen. in catal.glor.mund.4. par. consider. 56. Petr. Gregor. in syntag.iuris, lib.15.capit.23.numer.16.Hyppolit. Marsil. de Columna, de ecclesiast.reddit.origine.2.par.capit.16.numer.16.Polydor.Virgilius,de inuentor.rerum, lib.7.cap.3.ex pagin.583. Felicianus, de censur.titul.de priuilegiatis, capit.7. ex pagin. 555. D. Antonin. in sum. histor. 2. par.titul.15.capit.16.§.fin. Hieronym. Roman.in republic. Christian.lib.6.cap.4. & in capit.10. & quidem in Fasciculo temporum,anno Domini.1074.sub Gregor.VII. relatum est, Canonicorum regularium ordinem,primo ab Apostolis institutum fuisse, & deinde à Beato Augustino propria regula insignitum fuisse.

2 IS autem ordo Canonicorum regularium progressu temporis tanta fœlicitate per omnes fermè Christiani orbis partes propagatus, & auctus est, teste Feliciano, vbi supra, vt ei non solum quamplurima & insignia monasteria passim extructa fuerint sed etiam Canonici multarum ecclesiarum Cathedralium, ac Metropolitanarum eiusdem ordinis regulam,& viuendi modum receperint, id quòd exemplorum copia nec aliunde quidem petita,sed ex nostra Hispania desumpta,illustrare possemus, nisi breuitas quam sectamur, nobis aliud suaderet. Ea verò sex quæ in hoc Aragoniæ Regno sunt

sunt amplissima, vel ex eo saltim, quia eorum vnum, & omnium quidem celeberrimum me sinu suo complectitur, silentio præterire non possum. In primis enim adest ecclesia Sancti Saluatoris Metropolis Cæsaraugustana: deinde hæc nostra Sanctæ Mariæ Maioris de Pilari, quæ quasi duo lumina pulcherrima vnius corporis,& Canonicorum doctrina, & eorũ vitæ integritate, non solum hanc vrbẽ,sed & totũ hoc Regnum mirificè illustrant. Est etiam monasterium Montis Aragonum, Hoscæ antiquissimæ vrbi vicinũ,& fundatione Regis Sancij primi,& aliorum Regum Aragonię,ac Summorum Pontificum priuilegiis, iam inde à tempore Vrbani II. memorandum. Præterea in Pyrenæis montibus in vertice eorũ, versus Galliæ & Aragoniæ fines, Monasterium Sanctæ Christinæ de Summo Portu nuncupatum, in asperrimis illis locis hospitalitatis exercendæ causa,& confouendi peregrinos ex Gallia in Hispaniam, & ex Hispania in Galliam transeuntibus, olim fuit edificatum: & tam pij ac præclari instituti causa mirificè laudandum, nunc autem (proh dolor) propter hæreticorum ex Gallia in illud excursiones factas ad Iaccensem vrbem est translatum. Deinde versus Cathaloniam ad radices Pyrenæi montis, Rotense monasterium extructum est, & antiquitate, & sepulchro Sancti Valerij Episcopi Cæsaraugustani memorabile. Cui quidẽ monasterio,& Canonici Sedis Cæsaraugustanæ, & huius nostræ plurimum debere ingenuè fatemur. Eius enim beneficio, ac liberalitate,magna sacrarum reliquiarũ pars D. Valerij ad ecclesiam illam Metropolitanam, & hanc nostram translata fuit: vt vtraque ecclesia tanti præsulis Cæsaraugustani non solum patrocinio, sed etiam reliquiis perpetuo lætaretur. Neque verò altera Regni pars hoc caret ornatu,est enim monasterium Sancti Sepulchri Calataiubij cõstructum, insigne quidem & ipsum, & Canonicorum religione & titulo. Quæquidem omnia ideò sigillatim commemorare voluimus, vt omnibus perspicuum fiat,non solum huius sanctæ religionis splendore, hoc Aragoniæ Regnum particeps vtcunque fuisse,sed beneficio Summorum Pontificum,& munere Catholicorum Regum,ac largitione fidelium, & Cæsarauguſtæ quæ caput est Regni, & in aliis partibus & oppidis quasi in membris, præcæteris Regnis quasi splendidissima lucerna, illustratum fuisse.

3 IBI, *Maioris religionis*. Quæ autem dicatur minor aut maior, & strictior religio vt valeat transitus Canonici de quo in hoc textu,est consulendus Abb.in capit.licet quibusdam, numer. 7. infra hoc titulo. Lapp. allegat.61. numer.5.& in allegatio. 130. Cardinal. consil.28. latissimè Chassen. consil.20. ex numer.25.& in catalog.gloriæ mund.4.par. considerat. 52. versicul. tertio dicitur. Felinus, in capit. ad nostram, numer.6. & ibi Abb. ex numer.5.de appellationib.

4 AN autem Canonicus de quo in hoc textu,transiens ad religionẽ laxiorem ibiq; habitum deferens sit apostata? sunt consulendi Lapp. allegation. 34. Iacob. Menochius, de arbitrar.cas.421. num.33. Sylvest. in sum. verb. religio, el.4. numer. 4. Angel. in sum.verb. religiosus,numer. 37. Socin. in capit.consulti, numer.3. de apostat. Petrus Rebuf. in prax. titul. de translat. monach.numer.11. vbi in numer.1.differit, an monachus translatus nouam professionem teneatur facere in secundo monasterio?

5 ILLVD tamen scitu dignum est in hac materia,ex Simon. Maiol. de irregularitat.lib.4.capit.1. numer. 14. quòd si quis dissuadendo, vel cogendo auertit aliquem, ne religiosus fiat, ad omnia damna tenetur religioni illi,sed si auerterit cum iam religiosus erat, debet alium æquè dignum substituere, aut ipsemet loco illius profiteri,quòd olim fecit Raymundus Ordinis Prædicatorum, & Romanæ ecclesiæ pœnitentiarius, vt refert Angel.in sum.verb.religiosus,numer.64.in fine, & Sylvest.verb.restitutio, el.3.numer.1. In monialibus verò, quisquis impedierit eorum voluntatem veli accipiendi,vel voti emittendi ipso facto excommunicatus hodie censetur, ex Concil. Triden. Sess.25.capit.18.de regular. Et quamuis hęc vera sit resolutio, quo ad impedientes professionem monialibus, quo ad illum tamen qui aliquem dissuadet à religione, vel iam religiosum auertit,supradicta resolutio mihi dubia est, per ea que referunt Angel. in dicto num.64.in fine. Dominic. Sot.lib.4. de

de iustit.& iur.quæst.6.articul.3.versicul.in secundo argumento. Ludouicus Lopez, in instruct.conscien.1.par.cap. 44. ex colum. 335.versicul.qui impediuit, latissimè & pulchrè Michael.Salon.2.2.quæst.62.articul.2. controuers. 3. ex colum. 624. optimè Nauar.in manual.latin.capit.12.ex numer. 44. & plura habes in hac materia, in 1. par. in collectan.49. ad textum in cap. non liceat. 19.quæst.3.numer.2.

AD TEX. IN CAP. 7. Tua fraternitas, de adulteriis.

COLLECTAN. 166.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium quo ad thorum dirimitur per fornicationem carnalem alterius ex coniugibus.*

2 *Separatio thori quæ fit propter fornicationem coniugis, an fiat ipso iure, an vero requiratur iudicium ecclesiæ & sententia iudicis?*

3 *An coniux adulter possit alterum coniugem accusare de adulterio?*

4 *Vxor ciuiliter tantùm potest accusare maritum adulterum, maritus verò accusat vxorem adulteram ciuiliter & criminaliter, & de ratione huius disparitatis.*

1 QVAMVIS matrimonium dirimi possit quo ad thorũ per fornicationem carnalem alterius ex coniugibus, ex Didac. Couar.in 4.2.par.capit.7.§.5.numer.8. Iul. Clar.§.adulterium,numer.12.Guilierm.Benedict.in repetit. capit. Raynuntius, verb. cuidam Petro tradiderunt, numer.84. Nauar.in manual.latin.capit.22.numer.21. versicul.diuiditur autem.Petr.Mozius,de contractib.titul,de matrimon.§.fin. numer.68. Ioan.Gutierrez, lib.1.canonicar. quæstion. cap.17.numer.37.Burfat.consil. 218. ex numer.8.Roland.consil.50. volum.1. ex num. 4.latè Laurent.Chirchou.in commun.opinion.centur.1.concluf.6.ex princip.Dominicus Sot.in 4.dist.36.quæst.vnica, artic.1. Alphon.Veracruz,in specul.coniug.3.par. artic.1.conclus.1.

2 EST tamen dubium,an ad constituendam huiusmodi separationem thori, necessarium sit iudicium ecclesiæ ? an verò propria authoritate possit maritus vxorẽ adulteram expellere ? pro quo sunt consulendi Nauar.vbi supra.Petr.Mozius, in dict.§.final.numer.69.Didac.Couar.in dicto capit. 7.§.5.numer.12.latè Dominic.Sot. in dicta quæst.vnic.articul.3.Stephan.Gaeta, in repetit.capit.ad limina.30. quæst.1.§.4. num. 216.Iul.Clar.§.adulterium,numer.12.in fin. Ioan.Rojas, singul. 214. in principio. Alphonsus Veracruz, in dicta 3. par. articul.5.

3 ALTER tamen coniugum non potest alterum accusare de adulterio,vt inquit textus iste,si ipse quoq; adulterium commisit, & id etiam sequuntur Ioan. Matiençó, lib.5.recollect.titul.1.in glos.1. rubricæ,numer.102.Ioseph.Angles, flor. Theolog. in quæst.de diuort. causa adulter. pagin. 359. versicul.quando vir.Alphons.Veracruz,in specul.coniug.3.par articul.1.versicul. quinta conclusio. Didac.Couar.in 4.2.par. cap. 7.§.6.numer.5.Anton.Quesad.diuers.quæstion.capit.18.versicul.quintus si ipse.Guilierm.Benedict.in repet.capit.Raynuntius, in verb.cuidam Petro tradiderunt, numer. 112.Angel.de malefic.verb.che ai adulterato,numer.30.Palat.Rubeus, in repet.rubricæ.§.20.numer.2.Lauren.Chirchou.in commun.opinion.centur.1.concluf.6.ex versic. quòd verò ad alterum caput. Iodoc. Damhouder.in prax.crimin.capit.89.ex numer.
4 34. Hoc tamẽ intelligitur quando ciuiliter agitur, tunc enim mutua compensatione delicta tolluntur,vxor namq; ciuiliter tantum potest accusare maritum suum adulterum, ad separationem scilicet thori,& dotem recuperandam, maritus verò ciuiliter, & criminaliter potest vxorẽ adulteram accusare, vt referunt Abb.in capit.cum dilectus, numer.28.de ordin.cognit.& in capit. 1. num. 3.vt lit.non conteſt.Iul.Clar.§. adulterium, ex

ex numer.12. doctissimus D. Gabriel. Paleot. de noth. & spur.capit.14.ex numer.3. in fin.versic.hinc lex Iulia.Ioan.Martinez de Olano,in antinom.in litera M. num.24. Leli.de Zanch.de priuileg.eccles.55.priuileg.ex numer.18. Couar.in 4. 2.par. cap.7. §.6.ex numer.5. Didac.Perez,lib.5. titul. 1.l.1.pagin.21. Angel.in dicto verb. che hai adulterato,ex numer.25.peritissimus dominus Doctor Hieronym.Portoles,in Schol. ad Molin.§.adulterium,ex num.13. Anton. Scappus,de iure non script. lib.1. capit.50. ex numer.1.Lancellot. Conrad.lib.1.capit. 9.de prætore.§.3.titul.de adulteriis,num.11. Palat.Rub.in reperit.rubr. §.20. ex num.3.

EX quibus resolue quòd licet quando ciuiliter maritus accusat vxorẽ,mutua compensatio delictorum admittatur,respectu tamen accusationis criminalis,quæ etiã competit marito,iudicantur ad imparia,nec vlla admittitur delictorum cõpensatio. Et quãuis de huiusmodi lege,quæ in causa fornicationis virum & vxorẽ dispares fecerit conquæritur festiuè Syra Anus apud Plautũ in mercatore, vt refert Couar.in 4.2.par.cap. 7.§.6.numer.6.in fin.immeritò tamen,cum nõ tantum inficietur vxor ex adulterio mariti,quantum maritus ex adulterio vxoris, vt tradit Balduin. in §. seruum, institut. de hæredib.instit. Augustin.Beroi. in capit 1. de accusat.numer.39. Tiraquel.in l. 1. connub.numer.46. Petr.Sanchez, 1. par. Histor. moral. titul.de la vida de Ciceron.§.2. fol. 80. per adulterium siquidem vxoris fit maximum præiudicium viro circa prolem, quia alienus & sordidus partus posset succedere ei,quę ratio cessat in adulterio mariti,sic ipse maritus nunquam dicitur violare thorum, vnde quia maior integritas fidei requiritur in vxore,quam in marito, iuxta glos.in verb.quę in adulterio,in l.palam. §. quę in adulterio.§.de ritu nupt. ideo acriori pœna punitur si huiusmodi fidem nõ seruat maiorq; actio cõpetit marito quam vxori.

ITEM etiam probatur ex eo, quia quamuis quo ad copulam carnalem maritus & vxor sint omnino pares,differunt tamen in eo, quod illa non est bigama, vel irregularis per copulã carnalem cum marito, etiam si sciat eum adulteratum fuisse, ille vero sic, ob copulam habitam cum ea, etiam ignorans eam adulteratam fuisse,vt referunt Nauar. in manual. latin. capit. 27. numer. 195. versic. idem si cũ virgine. Iul.Clar.lib.5. §. final.quæst.35. numer.10. Bernar.Diaz, in prax.canon.capit.16. numer.3. vbi Salzed. in additionib.in litera D. Ioan.Gutierrez, lib.1.canonic.quæstion.capit.25.numer.15. quorum opinio communis est, & obtinet etiam si ex præcepto ecclesiæ vxorem inuitus quis cognouerit,iuxta magis communem & veram sententiã,vt resoluit Nauar. in manual.latin.capit.16.num.27.Couar.in clementin. si furiosus. 1. par. §. 2. numer.3. Huiusmodiq; maritus cum id rescierit, inhabilis ad suscipiendos ordines remanet si vxor præmoriatur, vt verior attestatur opinio scribentium,vt colligitur ex Sylvest.in sum.verb.bigamus,n.6.Petr.Aragon,2.2. quæst.12.articul.1.pagin.360. versic.vltimo est aduertendum. Sebastian. Medices, in summa peccat.2.par.titul.9.quæst.29. Viuald.in candelabr.eccles. titul.de irregular. bigam. numer. 29. Nec mirùm ergo ex supradictis, cuiquam videri debet, si acriori pœna puniatur vxor adultera, quam maritus, pinguioríque remedio,& actione sucuratur maritus cõtra vxorem adulterã, quam è contra,cum maiori præiudicio afficiatur.

1 *IBI, solueris.* An autem fideiussori satis sit probare solutionem à se factam, per solam confessionẽ creditoris, sine alia probatione numerationis, vt possit agere aduersus debitorem, qui illum promisit seruare indemnem? est consulendus Felin. in capit. si cautio, num. 89. de fide instrumentor. Afflict. decis. 91. numer. 3. & decis. 94. numer. 3. & decis. 150. ex num. 34. Volum. 1. commun. opin. pag. 77. verb. fideiussor potest agere. Tiraquel. de retract. linagier, §. 1. glos. 18. numer. 84. & de retract. conuen. §. 4. glos. 6. numer. 17. Michael. Graff. lib. 1. commun. opinion. capit. 11. quæst. 2. Francis. Viuius, lib. 2. commun. opin. 113.

2 *IBI, ad cuius forum ratione iuramenti.* An laicus ratione iuramenti conueniatur coram iudice ecclesiastico? examinat Ioan. Gutierrez, in authen. sacramenta. C. si aduers. vendit. num. 16. & 20. & de iuramento confirmator. 3. par. capit. 12. ex numer. 2. Didac. Perez, lib. 8. titul. 6. l. 1. pagin. 185. vers. infertur secundo. Alexan. consil. 63. vol. 3. Robert. Maranta, de ordin. iudic. 4. par. capit. iudicium seculare, & ecclesiast. num. 14. pagin. 276. Lib. 9. regul. iur. ciuil. & pontif. pag. 573. verb. iuramenti causa. Seraphin. de Seraphinis, de priuileg. iuramen. priuil. 67. ex num. 1. Camil. Borrel. in additionib. ad Bellug. in specul. princip. in rubric. 12. §. quædam, in litera C. Paul. Fusc. de visitat. lib. 2. capit. 21. num. 48. Couar. lib. 1. variar. capit. 4. num. 8. versic. nec quicquam facit. & in capit. quamuis pactum, 1. par. §. 5. num. 6. vbi etiam vide, An propter iuramentum
3 defuncti, eius hæres sit, de foro iudicis ecclesiastici? de quo est etiam legendus Felin. in cap. cum sit, de foro cõpeten. num. 9. Hyppolit. singul. 219. incip. tu habes. Ignatius Salzed. in additionib. ad Bernar. Diaz, in regul. 386. vers. ex secunda illatione. Abb. in capit. parochiano, numer. 4. de sepultur. Rolan. consil. 17. volum. 1. numer. 16. Lib. 6. regul. iur. ciuil. & pontif. pagin. 581. versic. iuramentum non transit, & pag. 582. versic. iuramentum ex parte iurantis. Seraphin. de Seraphinis, in dicto priuileg. 67. numer. 22. Ioan. Gutierrez, de iuramen. confirmator. 3. par. cap. 12. num. 7. Guid. Pap. decis. 414. Asinius, in l. 1. ff. de relig. & sumpt. funer. ex numer. 21. Anton. Quesada, diuersar. quæstionum iuris, capit. 32. num. 15. versic. quod licet. Aufred. in tractat. de potestat. secular. super eccles. person. regul. 4. fallen. 4. numer. 6. & in additionib. ad Capel. Tholos. decis. 416. Sebastian. Medices, tract. mors omnia soluit. 2. par. conclus. 58. numer. 164. Doctores in capit. veritatis, de iure iuran.

4 VTRVM autem lex humana secularis iustè possit prohibere in contractibus iuramenti delationem, ipsiusque iuramenti vinculum remittere, vt effugiat institutum huius textus? notat Couarru. in dicto capit. quamuis. 1. par. §. 3. ex num. 7. Francis. Conan. lib. 5. cõmentar. capit. 5. numer. 10. Salzed. ad Diaz, regul. 386. versic. hodie vero. Dueñas, regul. 335. num. 20. in fine. Pinel. in l. 2. C. de rescinden. vendit. 3. par. capit. 1. numer. 11. Ioan. Matienço, lib. 5. recollect. tit. 2. l. 2. glos. 3. numer. 12. & latè in titul. 11. l. 22. in glos. 8. & in titul. 18. l. 1. in glos. 5. Didac. Perez, lib. 3. titul. 1. l. 6. in glos. defendemos. Gomez de Leon, allegat. 49. num. 3. Ant. Scapp. de iure non script. lib. 2. capit. 3. Palat. Rube. in repetit. capit. per vestras, notabil. 6. §. final. ex numer. 30. vbi Ioan. Baraona in additionib. in litera O. latissimè Alphons. Azeued. lib. 4. nouæ recopilat. titul. 1. l. 11. ex princip. à fol. 20. Abendañ lib. 2. de exequend. mandat. capit. 27. numer. 14. versic. sed qualiter supradicta lex, fol. 236. Ioan. Martinez de Olano, in antinom. in litera I. num. 78. Ioan. Gutierrez, in authen. sacramenta, ex num. 46. C. si aduers. vend. & in præfat. de iuramen. confirmat. in vers. secundo præsuppono. & 3. par. de iuramen. confirmator. cap. 12. num. 9. Alexan. consil. 151. volum. 7. & consil. 125. volum. 1. numer. 2. Paul. de Castro, consil. 314. volum. 1. num. 7. Ex quorum Doctorum sententia pulchrè resoluendum cẽseo in hac quæstione, quòd ne iuramentum præsumatur adhibitum in fraudẽ regiæ iurisdictionis, iustè potest prohiberi, ne interponatur à laicis in contractibus validis, absq; eo quòd in eis interponatur iuramentum, cum tunc clarè appareat tale iuramentum solum adhiberi in fraudẽ iurisdictionis regiæ. Quod secus erit quando adhibetur in contractibus, sine ope, & auxilio iuramenti infirmis, & inualidis, quo casu nulla fraus sit regiæ iurisdictioni, cum solum interponatur iuramentum eo in casu

ad confirmationem, & validitatem talium contractuum, vt euenit in contractu facto à filia dum nuptui tradebatur, quod dote contenta nullum haberet recursum ad bona paterna, & in aliis similiter contractibus passim videmus in iure, qui contractus licet à iure ciuili nec robur nec firmitatē habeant, iuramento tamen confirmantur, vt probant textus & Doctores in cap. cum contingat, de iur.iuran.capit.quamuis pactum, de pact. in 6. & latè Iul. Clar. §. donatio. quæst.18. Ioan.Gutierrez,in dicta authen.sacramenta, ex numer. 27. & copiosè Tiraquel. post leges connubial.glos.4. ex numer.26. Anton.Gabriel.lib.2.cómun.opin. titul.de iur. iuran.conclus.5. ex numer. 14. Vnde cum in his contractibus necessaria sit iuramenti interpositio ad validitatem eorum, non potest considerari fraus regiæ iurisdictionis, quod secus est quando iuramentum adhibe retur in contractibus de se validis ad agendum, vt supradictum est.

AD TEX. IN CAP. 9. Procurator, de procuratorib. in 6.

COLLECTAN. 3.

SVMMARIVM.

1 *An matrimonium possit contrahi per procuratorē, & an hoc matrimonium conferat gratiam?*
2 *Quod mandatum requiratur ad contrahendum matrimonium.*
3 *An valeat matrimonium contractum à procuratore reuocato, tametsi ad eum reuocatio non peruenerit.*
4 *An actus contra iuramentum factus sit validus, etiam si agens periurus sit?*

1 COLLIGE ex hoc textu, quòd matrimonium contrahi potest per procuratorē, & an tale matrimonium conferat gratiam? & plura alia circa materiā istius textus cumulant Couar. in 4. 2. par. cap. 1. in §. vnico, numer. 5. & in capit. 4. ex num. 8. Alphons. Veracruz, in specul. coniug. 1. par. artic. 16. versic. dubium quartum. Didac. Perez, lib. 5. titul. 1. l. 1. pag. 2. & latissimè in pagin. 9. vers. vtrum autem idem dicendū sit, Victor. de sacramen. matrimon. num. 244. Sylvest. in summa, verb. matrimonium, el 5. ex num. 9. & 14. Abb. consil. 114. volum. 2. num. 6. Stephan. de Gaeta, in repet. cap. ad limina. 30. quæst. 1. §. 4. ex numer. 63. Episcopus de Elna, in director. curator. cap. 9. §. 3. versic. lo tercero. Ioan. Matiençó, lib. 5. recollect. titul. 1. in glos. 1. rubricæ, num. 133. Ioseph. Angles, flores theolog. in quæst. de essentialib. matrimonij, pag. 317. versic. duæ sunt. pulchrè Viuald. in candelabr. ecclesiæ, titul. de matrimonio, ex numer. 43. Lancellot. Galisia, in consuetud. Alexan. in glos. maritus, quæst. 1. num. 34. in fin. Melchior. Cano, in relect. de sacramen. in genere. 1. pagin. 7. & de locis theologic. lib. 8. capit. 5. ex pag. 276. in fin. Ioan. Corras. lib. 3. miscellan. capit. 4. ex numer. 2.

2 ET quidem ex quamplurimis ex Doctoribus proxime allegatis, & maximè ex Couar. in dicto num. 8. & ex Volum. 1. com mun. opin. pagin. 323. verb. procurator ad matrimonium. Aduerte, quòd non sufficit speciale mandatum ad contrahendum matrimonium, sed requiritur etiam quod sit in dicto mandato nominata, & expressa certa persona, cum qua talis procurator tenetur contrahere matrimonium, quod etiam tradit Gomez de Leon, respons. 84. Roland. consil. 26. volum. 2. numer. 21. Viuald. in can delabr. eccles. titul. de matrimon. num. 44. versic. secundum.

3 *IBI, sanè.* Pro hac quæstione an teneat matrimonium contractum à procuratore reuocato quamuis ad eum reuocatio mandati non peruenerit? est cōsulendus Ancharran. in clementin. 1. de renuntiat. num. 6. Couar. in 4. 2. par. capit. 4. num. 9. Volum. 1. commun. opin. pagin. 323. verb. procurator ad matrimonium. Felin. in rubric. de sponsal. numer. 6. & vltra alios ex supra allegatis, est etiam videndus Alphons. Veracruz in speculo coniug 1. par. articul. 16. versic. dubitatur adhuc, pagin. 109. Viuald. vbi supra numer. 44. Petr. Mozius, de contract. titul. de matrimonio. §. de naturalibus matrimonij, numer. 32. pagin. 191. Couar. in 4. 2. par. capit. 4. numer. 9. optimè Felin. in capit. ex parte Decani, ex numer. 9. de rescript.

4 *IN glos. reuocatus.* Per hanc glosam in dubium reuocat Couar. in rubric. 2. par. de testamen. num. 15. an actus contra iuramentum factus sit validus, etiam si agens periurus sit? pro qua quæstione sunt etiam consulendi idem Couar. in capit. quamuis. 2. par. §. 2. ex numer. 2. & in 4. 2. par. cap. 4. num. 10. & in capit. 6. numer. 2. latè Chassen. in consuetud. Burgund. rubric. 4. §. 16. in principio, ex num. 3. Iul. Clar. §. testament. quæst. 94. ex num. 3. latissimè Loazes, in allegat. pro oppido de Mula, pagin. 382. ex numer. 156. Philip. Dec. cap. cū accessissent, de constitut. numer. 34. vbi additio in litera A. & in litera B. Felin. in capit. edoceri, numer. 7. de rescript. & in cap. ex parte Decani, numer. 12. eodem titul. Petr. Rebuf. in concordat. titul. de form. mandat. Apostol. in glos. plenam, in versic. quod si quis iurauerit, pagin. 654. Palat. Rubeus, in repetit. rubric. de donat. inter virum & vxorem. §. 54. ex numer. 4. latissimè Anton. Gabriel. lib. 2. commun. opinion. titul. de iur. iurand. conclus. 1. Seraphin, de Seraphinis, de priuileg. iuramen. priuileg. 75. ex num. 7. Anton. de Burgos, in repetit. capit. cum accessissent, ex numer. 147. de constitution. Didac. Spino, specul. testamen. in glos. 30. princip. ex numer. 53. latè Menchac. de succes. creat. §. 18. ex numer. 148. optimè Ioan. Selua, de benef. 3. par. quæst. 27. Roch. de Curt. de iure patronat. verb. honorificum, numer. 37. Anton. Cordoua de Lara, in l. si quis à liberis. §. parens, num. 103. ff. de liber. agnoscen. Ioan. Matiençó, lib. 5. recollect. titul. 10. l. 3. in glos. 13. ex numer. 1. Rolan. consil. 62. vol. 2. ex numer. 4. optimè Alexan. consil. 16. volum. 3. & consil. 18. volum. 2. Nicol. Boer. decis. 207. ex numer. 2. Craueta, consil. 191. numer. 6. Paris. consil. 8. volum. 4. ex num. 25. & consil. 69. volum. 3. numer. 111. Paul. de Castro, consil. 339. volum. 1. Crauet. consil. 170. numer. 11. versic. secundo respondeo. Abb. consil. 48. volum. 2. num. 4. latè Natta consil. 426. ex numer. 9. & in consil. 19. ex numer. 2. glos. verb. compellendos, in capit. licet mulieres, de iure iuran. in 6. Melchior. Pelaez, de maiorat. 4. par. quæst. 15. num. 11. Caballin. milleloq. 534. Diaz, regul. 477. vbi latissimè Salzed. in additionib.

AD TEX. IN CLEM. 3. Generalem, de ætate & qualitate.

COLLECTAN. 4.

SVMMARIVM.

1 *Qui ordinantur ante ætatem legitimam, vel extra tempora à iure statuta, vel sine literis dimissorijs sunt ab ordinibus suspensi.*
2 *Ordinati modo quo supra; si celebrent, an sint irregulares, & quis possit sic ordinatos absoluere?*
3 *Optima declaratio ad Concil. Triden. Sess. 24. cap. 6.*

1 IODIE tamē sacrum Concil. Trident. Sess. 23. capit. 12. quo ad subdiaconatum requirit 21. annos, ad Diaconatum verò 22. & in ordine presbyteratus statur decisioni istius textus. Est tamen aduertendum, quòd si quis sacro ordine insignitur ante ętatem legitimam, vel extra tempora à iure statuta, vel sine literis dimissoriis, quas reuerēdas vocamus, est suspensus ipso iure, & si durante huiusmodi suspensio ne in eo ordine ministrare præsumpserit, eo ipso est irregularis, & potest priuari beneficio per extrauagan. cum ex sacrorum Pij Papę II. approbari, & renouari solitam à summis Pō tificibus per regul. cancell. in titul. de male promot. Circa ista tamē, & eorū declaratio nem & interpretationem sunt consulendi Bernar. Diaz, in prax. canon. cap. 22. Sylvest. in summa, verb. irregularitas, num. 12. Petr. Rebuf. in prax. benef. titul. de cleric. male promot. glos. 4. Mandos. in regul. 24. cancellar. Nauar. manual. latin. capit. 25. numer. 70. Gundisal. de Villadieg. de irregul. capit. de suspensione, colum. 2. Felician. de censur. titul. de irregularit. capit. 10. §. de prima specie irregularitatis, versic. suscipiens sacrum ordinem, ex pagin. 509. in fin. & optimè in titul. de suspensione, cap. 14. versic. quod attinet ad pœnam, pagin. 251. Albert. Troc.

Trocius, de vero & perfecto clerico, lib.2. capit.7. Illustriss. Archiepiscop. Cæsaraugustan. D. Andreas Cabrera & Bouadilla, in constitut.Synod.Segouiens.lib.1.titul.7. capit.2.Dominic.Soto,in 4. distin.25.quæstione 1.articul.2.in fine.& articul.3.versic. quarto subsequitur. Francis. Viuius, lib. 2. commun. opinion.202. Anton. Bernad, in summa, capit.33. num.10. Simon.Maiol.de irregularit.lib.3. capit.24.numer.10. & lib. 1.capit.30.numer.9. & lib.4.capit.14. Couar.in clementin.si furiosus.1.par.§.1.num. 4. vbi aduertit, quòd sic promotus si bona fide ductus celebrat,existimans id sibi licere, nõ incurrit irregularitatem,quod etiam tradit Nauar.in capit.accepta,oppos.8.numer.34.de restit.spol. Cordoua,tractat.cas. de conscien. quæst.144. versic.la segunda opinion. Salzed. ad Bernar. Diaz in dicto capit.22.in litera D. Felician.supra,in titul. de suspension. in cap.14versic. circa quam constitutionem, pagin. 255.Quod apud me dubitabile est,per ea quæ tradit Paul.Fusc. de visitat.lib.2.capit.28.numer.37.in fine.

2 SI tamen de facto & præsumptuosè quis ante ætatem legitimam promotus, suspensus celebrauerit, & propterea irregularitatem incurrerit,poterit nihilominus per Episcopum dispensari, si delictum huiusmodi promotionis est occultum, licet celebratio sit publica, vt resoluit Nauar.in manual.lat. capit.27.numer.241. versic. dixi iure antiquo,sic intelligens decisionem Concil.Tridentin. Sess.24.cap.6. & idem fatetur Viuald.in candelabr.eccles.titul.de sacramen. ordin.numer.37.in fine. Simon. Maiol.lib. 1.capit.30.numer.9.in fine.

3 IN qua etiam decisione semper credidi quod comprehenditur etiã Episcopus electus & confirmatus,licet nondum consecratus sit, cum huic competant ea quæ sunt iurisdictionis, & dispensare sit iurisdictionis, iuxta tradita per textum & Doctores in capit.transmissam,de election.Felin.in reper. verb.Episcopus electus non consecratus,in fine.fol.15. Abb.in capit.cum olim, num.2. quæst.8.de maior.& obedien. & in capit.at si clerici.§.de adulteriis,numer.17.de iudic. vbi Philip.Deci.num.151.Et similiter comprehenditur etiam Capitulum sede vacante,& poterit hæc dispensatio ab eo concedi, per ea quæ tradit Abb.in dicto cap. cum olim, numer.2. in quæst. 8. quandoquidem capitulum sede vacante non solum succedit in iurisdictione ordinaria iure communi generali ad Episcopum spectante, ex dicto capit.cum olim,& capit.ad abolendam. vbi glos.verb.sede vacante,de hæretic.cap. 1.& ibi glos. verb. Episcopum,de institut. in 6.sed succedit etiam in iurisdictione iure communi speciali ad Episcopum pertinente, ex Abb.in dicto §. de adulteriis,numer.17.& Deci.numer.150.& cum à Concil.Triden. in dicto cap.6.iure speciali hoc Episcopis ratione iurisdictionis concedatur,merito Capitulum in dicta iurisdictione succedit,& in hoc casu dispensat.

NEC obstat his quod Capitulum non succedit in his quæ competunt Episcopo iure speciali, ex Innocen. in capit. cum in cunctis,numer.7.de elect.Abb.in capit. verum,numer.9. in princip.de for.competen. Alphons.de Azeuedo ad curiam Pisan.lib. 1.capit.8.ex num.10. nam hoc est verum in his quæ competunt iure speciali gratioso, videlicet priuilegio, vel commissione Pontificis, non verò in his quæ spectant iure cõmuni speciali, vt in hac specie Concilij, ita docet Abb.in dicto capit.verum,numer. 9.Felin.in capit.eam te,num.17.de rescrip. Non tamen cõprehenduntur in dicto Concilio Abbates, Priores, & alij inferiores Episcopis, etiam habentes iurisdictionem quasi episcopalem,nam cum Concilium in dicto capit. 6. sit restrictiuum iuris communis,& exorbitet à regula iuris communis, quo attento Sũmus Põtifex solus in vtroq; foro dispensabat (vt probatur in capit.1.de re iudic.in 6. & ex dicta Extrauag.Pij Papæ II. & referunt Rebuf.Bernar.Diaz, & alij,supra)non potest extendi de Episcopo ad alium casum similem,etiã in ratione,iuxta regul. quæ à iure, de regul. iur. in 6. per ea quæ tradit Abb. in dicto §. de adulteriis, numer.8. His accedit etiam,quod potestas dispensandi,& absoluendi ab excommunicatione canonis,regulariter Episcopis tanquam vniuersalibus ordinariis à iure conceditur, inferioribusq; id non censetur concessum,si non fuerit expressum,ex Abb.in dicto §. de adulteriis, numer.13. & in capit. 1. numer.7.de voto.

AD

AD TEX. IN CAP. 8. Accusatus §. licet vero, de hæretic.in 6.

COLLECTAN. 5.

SVMMARIVM.

1 *Periurus an possit esse testis? & plura aduersus periuros.*

2 *An audiatur testis qui contrarium dicit eius, quod prius testificatus fuerat? & quid in hoc sit statutum in causis fidei?*

1 COLLIGITVR ex principio textus,quòd regulariter per iurus nõ potest esse testis,in hoc tamen articulo est vidẽdus Abb. in cap.testimonium,num.7.& Felin.ex nu. 19.de testib. Rebuf. de reprob.& saluat. testium,ex numer.396.Hyppolit.singul.307. numer.4. Guid.Pap. singul.750. Aloysius, singul.96. Rojas,singul.195.num.3. Bouer. singul. verb.testis, numer.8. Didac.Perez, lib.8.titul.6.l.1. pagin.184. colum. 2. vers. periurus. Nepos de Monte Alban. tractat. de testib.numer.23. Tindar. de testib. lib.1. capit.11. numer. 10. Iacob. Menoch. lib.2. presumption.60.numer.10. Iul. Clar.§.periurium. num.7. Rolan.consil.7. volum.1.ex numer. 22. Lauren. Chirchou. in commun. opin.centur.4.conclus.81. Rolan.consil.6. volumin.2.numer.9. & in consil.16.volum. 1.numer.10. Et plura aduersus periuros cumulat Couar. in capit. quamuis pactum. 1. par.§.7.ex numer.3.Roman.singul.425.numer.2.vbi additio,latè Menoch.de arbitrar. cas.319.ex num.1. Bernar. Diaz,in prax.canon.cap.86.Didac.Perez,lib.3.tit.4.l.1.pagin.546.textus & Doctores in capit.quærelam,de iure iuran. Sebastian.Medices,in summa peccat. 1. par. titul. 6. ex quæst. 31. Abendañ. lib.2.de exequen. mandat.capit. 27. Seraphin.de Seraphinis,de priuileg.iuramen.priuileg.174.

2 ET quãuis regulariter non audiatur testis qui contrarium dicit,cius quod prius testificatus fuerat,ex Rojas,sing.206.in principio. Capel.Tholosan.decis.281.de quo tamen sunt omnino consulendi Couar. lib.2. variar. capit.13. numer.7. latè Menoch. de arbitrar.cas.108. Hieronym.de Monte,variar.iur.quæst.12.ex numer.1.Menchac.lib. 2.controuers.vsu frequen.capit.32. Rebuff. tractat. de reprobat. testium, ex num. 143. latè Iul. Clar.lib.5.§.final.quæst.53.ex num. 10.latissimè Anton. Gabriel.lib.7.cõmun. opinion. titul.de criminalibus, conclus. 30. & conclus.32. Alciat.regul.2.præsumption. 29. Rojas,singul.194. ex principio. Deci. consil.174.in causa falsitatis,num.7.in fine. Soarez, in thesaur.recept. senten.verb. testis qui cum antea,pagin.336.Alexan.consil.124.volum.6.numer.5. Interdum tamen eius dictum admittitur in causa hæresis cum apparuerit manifestis indiciis eum nõ leuitate,odio aut pretio, sed zelo catholicæ fidei testimonium prius velle corrigere, circa cuius decisionis intellectum,est consulendus Rojas,in singul.206.versic.sed in causis hæreticæ prauitatis. Menoch. de arbitrar. cas.108.numer.13.Rebuf.in dicto num.143. versic.fallit primo. Simancas.de cathol.institutionib. cap.64. ex nu.56.Rojas,2.par. de hæret.assert. 9. ex num.161.& in singul. 187.& in singu.194.versic.sed speciale est in crimine hæresis.Francis.Pegña in 3.par. director.comment.114. Couar.lib.2.variar. capit.13.numer.9.Rojas,singul.195.

AD TEX. IN CAP.20. Statuta, §. cessante vero, de hæretic.lib.6.

COLLECTAN. 6.

SVMMARIVM.

1 *An nomina testium, & denuntiatorum edi & publicari debeant reis inquisitis in causis fidei, & in alijs negotijs quid in hoc statutum sit à iure?*

2 *Examinantur an sit valida consuetudo Hispaniæ, qua nomina testium non publicantur in causis syndicatus Magistratuum, Militarium Ordinũ, & in Collegiorum ingressu, & in ecclesiasticis obtinen-*

tinendis beneficijs, cum de oppositorum nobilitate, & qualitatibus inquisitio fit?

1 IODIE autem prævaluit consuetudo, & hoc iure vtimur in causa fidei, quæ omnium est maxima, & grauissima, vt nomina testium, & denuntiatorum nullo modo reis edenda sint, & si eorum publicatio fiat, & copia indiciorum eis detur, quia graue periculum ex ea re imminere posset testibus, & vniuersis causis fidei, cum pauci inuenirentur qui aduersus hæreticos testimoniū perhibere vellent, quam ob rem constitutione quadam Innocen. IIII. quæ incip. cum negotium fidei. & alia Pij IIII. quę incip. cum sicut. prohibetur nè dicta nomina testium reis ipsis vllo pacto publicentur, vt tradunt & referunt Repertor. Inquisit. §. nomina, versic. nunc videndum est. vbi Quintilian. Mandos. in addition. in litera B. Iacob. Simanc. de catholic. institut. titul. 64. numer. 27. & in enchirid. titul. 35. numer. 13. Rojas, singul. 140. vers. sed quãdo, & in singul. 208. Iul. Clar. §. fin. quæst. 49. num. 3. Alphons. Azeued. lib. 3. nouæ recopilat. titul. 7. l. 13. numer. 3. versic. primo in causa hęresis. Gundisal. de Villadiego, de hæretic. quæst. 14. ex principio. Francis. Pegña, in 2. par. director. comment. 24. ex pag. 145. & in 3. par. quæst. 75. comment. 124. ex pag. 679. Salzed, in additionib. ad Diaz, in prax. canon. capit. 128. in litera D. versic. cum equidem, pagin. mag. 439. Rojas, de hæretic. 2. par. assertio. 4. ex numer. 96. & de priuileg. Inquisit. numer. 438. Ioan. Redin, de maiestat. Principis. §. sed etiam per legitimos tramites, numer. 150. Ioan. Segura Daualos, in director. iudic. ecclesiast. fori. 2. par. capit. 14. numer. 11. & 16. vbi ex numer. 17. reuocat in dubium, Nunquid ex eadem causa periculi in qua iste textus fundatur, in aliis criminibus præterquam in hæresi possint iudices, accusatis denegare testium nomina? Et quidem fatetur in cæteris quibusuis crimininibus regulariter dicta nomina testium reis accusatis edenda esse, vt testes refutare possint, & innocentiã suam ostendere, & idem decidunt Simanc. in dicto titul. 64. numer. 29. Salzed. in dicta pagin. 439. versic. sed silentio. Abb. in capit. olim, numer. 8. de accusat. Anan. in capit. qualiter & quando, el 2. §. debet igitur, numer. 4. de accusat. Iul. Clar. §. in dicta quęst. 49. ex num. 1. Anton. Gomez, tom. 3. capit. 13. numer. 21. Azeued. supra, ex num. 4. Villadieg. de hęret. quęst. 14. versic. sed occurrit dubitatio, pagin. 58. Ioan. Redin, in dicto §. sed etiam per legitimos tramites, num. 108. Rojas, singul. 140. in princip. Repertor. Inquisitor. §. nomina, versic. ex prædictis occurrit dubitatio, pag. 561. Ioan. Martinez de Olan. in antinom.

2 in litera T. num. 26. vbi etiam asserit, quòd ex consuetudine Hispaniæ in causis syndicatus, Magistratuum, & in militarium ordinum, scilicet S. Iacobi, B. Ioannis, Alcantarę, & Calatrauæ habitus susceptione, & in Collegiorum ingressu, & in ecclesiasticis obtinendis beneficiis, cum de oppositorum nobilitate, ac qualitatibus inquisitio fit, non publicantur testes, quam consuetudinem multis defendit rationibus Redin, supra, ex num. 147. vsq; ad 202. eamq; Ioan. Segura Daualos vir sane ingenij claritate, & doctrina laudandus in dicto capit. 14. numer. 28. validam esse respondit, in quantum singulares iudicum personas respicit, & rei iudiciariæ iniquam administrationẽ, in quibus nimirum si iudices non facta testium publicatione puniantur. Non tamen ei videtur iusta dicta consuetudo, quando non solum personas ad militiam, siue ecclesiam ascendere cupientium, verum etiam totius generis, & posteritatis claritatem, vel maculã, nobilitatem, aut ignobilitatem respiceret: nam (vt ait) quo iure, qua vé ratione fundari potest, vt alicuius præclarissimum genus nulla forsan ignobilitatis Agarenorũ, Iudæorum vé macula fœdatum, perpetuo diffametur? hac præsertim ætate in qua maleuoli quidam, & inuidi sunt homines, quorum ministerio Sathan ipse vtitur ad homines nobilissimos, & claris genitos parentibus diffamandum, qui cum primum compertum habent suarum testificationum publicationem esse subticendam, linguas suas sicut serpentes acuunt, audacius diffamant, audaciusq; falsa testificantur aduersus nobiles, hi enim vt plurimum ab aliis inuidia vexantur & calumniis afficiuntur, & sunt positi tanquam signum ad sagittas, quorum progenies inimici eorũ, aut inuidi plebęij, ab antiquo ita diiudicare præsumunt, vt ab Adam

Adam velint ducere originem, nõ vt veluti antiquiorem, & nobiliorem commendent aliquem, sed vt alicuius falsi nominis, vel cognominis sumpta occasione calumniæ aliquid introducant. Et quidem si pro eruenda inquisiti labe, proauorumq; macula detegenda, exacta vt decet fit inquisitio, quid ni fiet pro ea diluenda, si falsa sit, ac falso dicatur imposita? & quare ad hoc non eis nomina, vel saltim depositiones testium publicabuntur? vt iterum atque iterum inquisitio repetatur, vt veritas eluceſcat, & honor illęsus maneat, cum promptiora sint iura ad absoluendum, quã ad condemnandum. Ex quibus & aliis rationibus doctissimus Ioan. Segura Daualos in dicto capit. 14. ex num. 20. latissimè & pulchrè defendit hanc opinionem, quę mihi verior, & ęquior sem per visa fuit, & nemo mortalium qui domus suæ statum, & dignitatem augere cõtendit, se credat à simili calumnia tutum, vt huius sententiæ contrarias velit assumere partes, nam plerosq; vidimus qui in se nimium cõfidebant, & generis sui claritatem illæsam, & intactam esse putabant, quam post modum calumniantium insidiis periclitantem prospeximus.

NEC prædictis obstat præcipuum & capitale fundamentum cõtrariæ opinionis quod scilicet testes deterrerẽtur si hæc opinio seruaretur, & ita de cætero veritatem propalare recusabunt propter periculum quod ab inquisitis eis sequi potest. Respondetur enim, quod testium nomina (si expedire visum fuerit) occultari possunt, dicta autem eo in casu solũmodo publicari, vel in quo defectus consistat, vt errori & falsitati succurratur, vel etiam respondetur Regiis sanctionibus dispositum esse in causis nobilitatis, & exemptionis, quam Hidalguiam dicimus, quod testes vocẽtur ad Regia Prętoria, vt examinentur ab vno ex ipsis iudicibus, vt referunt Couar. lib. 2. variar. capit. 13. numer. 10. Azeued. lib. 3. nouæ recopilat. titul. 6. l. 28. numer. 2. & eo in casu, testium nomina eorumq; depositiones publicantur, & tamen ex eo, periculum, damnum, aut terrorem imminere testibus nunquam audiuimus, quamuis deponant aduersus reum, vt quid ergo in nostro casu trepidamus vbi nõ est timor? & nomina testium, vel saltim eorum depositiones nõ publicabuntur, vt hinc inde visis rationibus & depositionibus eorundem veritas eluceſcat, præsertim quia periculum quod testibus euenire potest ab inquisitis, longè leuius est, audacia, quam ex subticendis dictis, & nominibus eorum, prę dicti testes sumere solent, ad falsè, confusè, ac temere deponendum.

AN autem indistinctè sit verum in causis syndicatus magistratuum, seu inquisitionibus, & visitationibus quæ aduersus iudices & ministros eorum fiunt, nõ debere publicari testes? vltra Ioan. Segura, & alios supra relatos, sunt consulendi Auiles, in cap. 4. syndicat. glos. 1. ex num. 9. Socin. regul. 406. pulchrè Simanc. de catholic. institut. capit. 64. numer. 30. latissimè Azeued. lib. 3. nouæ recopilat. titul. 7. l. 13. ex princip.

AD TEX. IN CLEM. 2. Plures, de iure patronat.

COLLECTAN. 7.

SVMMARIVM.

1 *An hæredes succedant in iure patronatus per stirpes, an vero per capita?*

2 *Hæredes vel patroni possunt conuenire de alternis vicibus præsentando ad beneficium ecclesiasticum.*

1 POST decisionem istius textus cessabit iam dubium satis controuersum à Doctoribus, an successio iuris patronatus competat hæredibus in stirpes, an verò in capita? Et quidem apparet ex hoc textu successio, nem fieri in stirpes, atq; ita plures descendentes ab vno, vnius duntaxat loco haberi, vt tradunt Abb. in capit. 1. numer. 5. de iure patronat. optimè Didac. Perez, lib. 1. titul. 6. l. 1. pagin. 140. versic. mouere iuuat. Abb. consil. 54. ex num. 3. post mediũ. Tiraquel. de primogen. quæst. 36. numer. 3. latè Roch. de Curt. de iure patron. verb. ipse vel is, ex num. 2. latissimè Lambertin. de iure patron. lib. 1. 2. par. ex 25. articul. 1. quæst. princip. ex folio 107. vnde hæredes vnius patroni (quantumuis plures sint) vocem vnius dum taxat

taxat habebunt in præsentatione beneficij.
2 Quam vocem ex concordia præstare potérunt alternis vicibus, vt decidit iste textus. Immò & propter euitandam discordiam inter eos, deberent ad hoc compelli; sicut & duo Episcopi compellerentur, habentes parochiam aliquam cõmunem, iuxta gloss. verb. cõuenit, in cap. licet. 16. quæst. 3. quam ad id allegant, & sequuntur Abb. in capit. final. numer. 5. de senten. & re iudic. Felin. in capit. quæ in ecclesiarum, numer. 90. in fin. de constitut. & in capit. prudentiam numer. 5. de offic. delegat. Roch. de Curt. de iure patronat. verb. ius, numer. 13. in fine. Roman. sing. 766. incip. sunt sub regina. Boer. cis. 5. numer. 2. Ias. in l. stipulationes non diuiduntur, numer. 13. ff. de verb. obligat. fol. 100. Alexan. in l. 2. §. ex his igitur, ex num. 12. de verb. obligat. Tiraquel. de primogen. qũæst. 4. numer. 50. & in quæst. 17. in 5. opin. numer. 3. & numer. 6. Xuarez in l. quoniam in prioribus limitat. 11. numer. 9. C. de inofficios. testamen. pagin. 188. Alexan. consil. 18. volum. 2. numer. 6. & consil. 25. volum. 5. numer. 3. Decius consil. 248. in casu, num. 1. ante finem. Quam concordiam de alternis vicibus præsentando rectorem, poterunt hæredes sua authoritate absque superioris consensu, & interuentu facere, ex glos. hic. verb. liberè. vbi Cardinal. §. & vt facilius, numer. 2. Roch. in dicto verb. ipse vel is, numer. 29. versic. & valet. Tiraquel. in dicta quæst. 17. in 5. opinion. numer. 2. & ita tenẽdum est contra Innocen. in capit. quærimoniam, de iur. patronat. per text. ibi contrarium tenentem, qui quidem nõ obstat, nam verbum, vicissitudinis, illius text. importat idem quòd verbum (mutationes) quæ quidem mutationes, scilicet quod vnus prouideat vno anno, alius, alio, non valent, quando vellent hæredes eas facientes, ex toto diuidere ius patronatus, secundum Abb. in dicto capit. quærimoniam, numer. 4. & 5. Tiraquel. in dicta 5. opin. numer. 2. in fin. vel melius, verbum illud (vicissitudinis) idem quod verbum (permutationes) ibi importat: quas quidem permutationes ipsi hæredes facere non possunt absq; superioris authoritate, secundum Hostiens. & quos refert Roch. de Curt. in dicto verb. ipse vel is, ex numer. 28. qui istum intellectum ad dictum capit. quærimoniam, assignant, vt non obstet huic glossæ in dicto verb. liberè, quæ de permutationibus nõ loquitur, sed de concordia inter ipsos hęredes facienda de alternis vicibus præsentando, quam inter se absque superioris authoritate facere possunt: quia exercitium ipsius iuris præsentandi, bene possunt ipsi hæredes inter se diuidere vt dictum est, quamuis patronatus indiuiduum ius sit, secundũ glos. verb. non debeat, in capit. 1. de iure patronat. & glos. verb. conuenit, in dicto cap. licet. 16. quæst. 3. iuxta ea quæ tradit Tiraquel. de primog. qũæst. 4. numer. 50. & alij supra.

AD TEX. IN CAP. 5. Romana. §. caueant, de senten. excommunic. lib. 6.

COLLECTAN. 8.

SVMMARIVM.

1 *An quis possit excommunicari pro futuris culpis?*
2 *An subditus statuentis ligetur, agens contra ipsius statuti prohibitionem extra territorium statuentis?*
3 *An possit proferri excommunicatio sub conditione, si intra certum diem non satisfeceris?*

1 MANIFESTE apparet ex hoc textu pro futuris culpis minime infligi debere sentẽtiã excommunicationis in quemquã. cum tanta censura, tamque grauis afflictio præsentem culpam exigat: cui decisioni expressè pugnat, textus in capit. à nobis, el 1. de senten. excommun. vbi decisum est excommunionem generalem posse in hunc modum ferri, quisquis furtum fecerit, sit excommunicatus, & idem probat textus in capit. vt animarum periculis. §. statuto, de constitution. in 6. Pro conciliatione tamen istius antinomiæ, & pro materia & intellectu horum iurium, vltra glos. hic, verb. futuris, & in dicto §. statuto, verb. commisserit, est vi-

dendus Couarru. in capit. alma mater. 1. par. §. 10. ex princip. Didac. Spino, specul. testamen. in glos. rubricę. in 11. par. ex num. 17. latissimè Ioan. Gutierrez, lib. 1. canonic. quæst. capit. 4. ex princip.
2 EXTAT tamẽ dubium circa textum in dicto §. statuto, an quoties excommunicatio pro futuris culpis lata sit per legẽ, vel statutum ea ligetur subditus statuẽtis agens contra ipsius statuti prohibitionem extra territorium ipsius statuentis, in quo dic vt per Couar. in dicto §. 10. num. 3. Duenas regul. 146. Alexan. consil. 111. volum. 1. num. 1. Nauar. in manual. latin. capit. 27. numer. 272. in princip. Abb. in cap. final. numer. 40. de foro competen. & in capit. 1. num. 8. de raptorib. & in capit. à nobis, el 1. numer. 11. vbi Felin. num. 6. de senten. excommun. Bosius in prax, titul. de pœnis, num. 19. versic. sed an etiam. Tiraquel. in l. si vnquam, verb. reuertatur, num. 440. Io. Socarrat, in cõsuet. Cathalon. pag. 386. num. 104. ad medium. Ioseph. Ludou. decis. Perus. 80. num. 15. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæst. 85. numer. 4. Didac. Spino, in dicta 11. par. num. 51.
3 QVAERIT etiam per hunc textum Didacus Couar. in dicto §. 10. num. 4. an proferri possit excommunicatio sub conditione, si intra certum diem non satisfeceris, in quo dubio aduersus decisionem istius expressè facit capit. præterea, el 2. de appellationib. quo in loco præmittit Pontifex posse quem excommunicari ea conditione si intra decem dies non satisfecerit, aut non soluerit. Pro veritate tamen huius dubij & intellectu dicti capit. præterea, sunt consulendi vltra Couar. in dicto num. 4. Ioan. Gutierrez, lib. 1. canonic. quæst. capit. 4. ex numer. 19. Didac. Spino, in dicta glos. rubricæ 11. par. ex nu. 17. In quo est aduertendũ quòd appellatio intra illud tempus, hoc est ante aduentum conditionis, vel dictorum decem dierum interposita, suspendit sententiam excommunicationis latam, vt habes in collectan. ad textum in capit. pastoralis. §. verum, de appellat. num. 2. in fin. & in cap. 1. de locat. num. 3. & tradunt Ioan. Gutierrez, in dicto capit. 4. numer. 24. Couar. in dicto §. 10. num. 4. versic. immò licet, & in num. 6. versic. ex quibus apparet. Secundum quos id ampliatur, vt in hoc casu excõmunicatio post appellationem minimè habeat effectũ, nec vires assumat, licet post appellationẽ deserta sit, vel appellationi fuerit renuntiatũ.

AD TEX. IN CLEM. 2. Abusionibus, in princip. de pœniten. & remiss.

COLLECTAN. 9.

SVMMARIVM.

1 *Plura aduersus abusus quæstorum eleemosynarum statuta sunt in iure, eorumque literæ diligenter examinari debent à locorum ordinariis.*
2 *Recipientes indulgentias à falsis quæstuariis, licet cum bona fide eas recipiant, & conferant pecunias, indulgentias tamen non consequuntur.*

1 LVRA de abusu horum quęstorum eleemosynarum, & de pœnis aduersus eos congerunt Auiles, cap. 51. prætorum. Abendaño, de exequen. mandat. lib. 2. cap. 30. in princip. textus & Doctores in cap. cum ex eo, de pœnit. & remiss. Concil. Triden. Sess. 5. in fin. versic. quæstores. & in Sess. 21. de reformat. cap. 9. Paul. Fusc. de visitat. lib. 1. cap. 30. ex num. 34. Michael. Timoth. de eccles. visitan. lib. 1. tract. 2. cap. 12. Didac. Perez, lib. 1. titul. 8. l. 2. pag. 162. col. 2. Ant. Roscius, lib. 3. memorabilium, cap. 7. num. 13. Petr. Bollo, in œconom. canon. 3. clas. §. 4. Deci. consil. 276. incip. cõsultus, per totum. Sũmistę, in verb. quęstuarij. qui omnes Doctores dicunt literas horum quęstorum diligenter examinari debere per diœcesanos, ne aliquid fraudis cõmittant: Solent enim ij concedere falsas indulgentias, & data sibi aliqua pecuniæ quantitate absoluere à peccatis, dispensare à periuriis, & alios irrepręhensibiles actus gerere, vt fideles decipiãt, & aurũ subtili, vel fallaci potius ingenio extorqueant ab eisdẽ, vt ait iste textus, quæ omnia sunt pernitiosi exempli. Et recipien-
2 tes indulgẽtias ab his falsis quęstuariis, licet cum bona fide hoc faciant, & eis conferãt pecunias, indulgentias non consequuntur, per ea quæ tradit Philipp. Decius in dicto

consil.276.num.1.Ancharran.hic,numer.1. vbi Cardinal.in §.ad hęc,num.16.Auiles in dicto cap.51. in glos.no consentir,numer.3. Alphonſ. Azeued.lib.1.nouæ recopil.tit. 9,verſic.& an indulgentius,pag.119.

IN Hiſpania autẽ priuilegio Alexan. Rom.Pontif. ad petitionem Catholicorum Regum Ferdinandi & Eliſabeth,ſunt deputatæ certæ perſonæ vt bene, & diligenter examinẽt,an ſint veræ literæ quibus extorquent eleemoſynas huiuſmodi quæſtuarij? vt cauetur in pragmat.24.fol.15. in libro pragmaticarum, & referunt Abendañ. ſupra,& Auiles in dicto capit.51. in gloſ.ſancto Padre.quod priuilegium refert ad literam. Alphonſ.Azeued.lib.3. nouæ recopilat.titul.6.l.37.

AD TEX. IN CAP. 2. Quamuis pactum, de pactis, in 6.

COLLECTAN. 10.

SVMMARIVM.

1 *Pactum factum à filia de non ſuccedendo patri improbat lex ciuilis,ſi tamen in eo interueniat iuramentum valet.*
2 *An filia renuntians cum iuramento bona paterna poſsit petere legitimam?*
3 *An filia renuntians bona paterna cum iuramento,data enormi læſione poſsit contrauenire, & ſi egeat an poſsit petere alimenta?*
4 *An contractus nullus,& inualidus iuramento confirmetur?*
5 *An iuramentum vi, vel metu extortum valeat,& obliget?*
6 *Plura de effectu metus reuerentialis, & quo modo probetur.*

1 QVAMVIS pactum factum à filia de non ſuccedendo patri improbet ius ciuile,iuxta l. pactum dotale. C.de collationib. & tradit Alphan.in collectan.numer.465. Ioan.Rojas,de ſucceſſ. cap.31. num.27. Couar.hic,3.par.in princip. numer. 1. ſi tamen in eo pacto additum ſit iuramentum, valet tale pactum, ex hoc textu. Circa cuius intellectum,& materiam plura cumulant Seraphin.de Seraphinis,de priuileg.iuramen. priuileg. 21. Petrus Dueñas, regul.80. Afflict. deciſ.350. Thom. Grammat.deciſ.57. Paul.Fuſc.ſingul.101. & ſingul.103. liter.F. Anton. Cordoua de Lara,in l.ſi quis à liberis,§.parens. numer.88.ff. de liber. agnoſcen. Abendañ. reſponſ. 27. Bellon,conſil. 15.num.1.

2 ET an talis filia renuntians etiam cum iuramento bona paterna poſsit petere legitimam? eſt videndus Paul. Fuſc. ſingul.111. literæ F. Michael.Graſsis, lib. 1. commun. opin.cap.10.quæſt.3.& quæſt.4. & in lib.2. cap.5.quæſt.21. Anton.Gabriel.lib.6.commun.opin.titul.de legitima,concluſ.8. Rolan.conſil.62. volum.3. num. 11. Guid.Pap. deciſ.93. Grammat.deciſ.101. ex numer.6. Afflict. deciſ. 178. num. 3. Alexan. conſil. 180. volum.5.ex numer.1.Alphan.in collectan.num.435. Tiraquel. in præfat. l. ſi vnquam,ex num.144. & de primogen.quęſt. 55.ex num.2. Burſat.conſil.114. num.21. & conſil.115.numer.18.Rober. Marant.diſputat.10.num.19.latè Ioan. Gutierrez,de iuramento confirmat.1.par. cap.19.ex princip. Euerard. loc.ab efficacia iuramẽti, num.37. Seraphin.de Seraphinis,de priuileg.iuram. priuileg.70.ex numer.10.

3 EST tamen aduertendum, quòd mulier quæ cum iuramento renuntiat bonis paternis & maternis propter dotem, data enormi læſione poteſt contrauenire contractui quia præſumitur decepta,& ignoraſſe vires patrimonij, eſt tamen de hoc videndus Ioſeph. Maſcard. volum.2. de probationib. concluſ. 1076. ex num.7. Alexandrin. conſil. 101.& conſil. 139. Menchac. de ſucceſ. creat.§.17.ex num.122. Volum.1.commun. opin.pagin.142. verb.mulier omni. Grammat.deciſ.101.ex num.77. Robert.Marant. diſputat. 10.num.42. latiſsimè Anton.Gabriel. lib.3. commun. titul.de iure dot. concluſ.1. Deci. conſil.202.num.6.Anton.Gomez,tom.2.variar.cap.14.num.20.Zephal. conſil.142.lib.1. numer.25. Abb.conſil.107. vol.2.ex num.6. Aduertit tamẽ Ioan.Rojas de ſucceſſ.cap.21.num.78.quòd renuntians iure

iure iurando hæreditati paternæ ſi egeat poteſt alimenta petere, & idem tradit Anton. Gomez in l.22. Tauri,num.12. Ioan.Gutierrez,de iuram.confirm.3.par.cap.3.num.7.

4 ET an & quando contractus nullus, & inualidus iuramento confirmetur,eſt conſulendus Ioan.Gutierrez,in authen.ſacramẽta.C.ſi aduer. vendit. ex num.27. Tiraquel. poſt leges connub.gloſ.4.ex num.26.Cam pegius,de dote.4.par.quęſt.11.& quęſt.30. Anton. Gomez, tom.2.variar.capit.14.numer. 24. Salzed. in additionib. ad Bernar. Diaz,in regul.387.Capel.Tholoſan.& ibi Aufred.in deciſ.383.latiſsimè Couar.hic,in 2.par.§.1.ex princip.Alexan.conſil.21.vol. 3.num.11.latè Seraphin.de Seraphinis, vbi ſupra,priuileg.61.ex princip. Brunor.à Sole,in quæſtion.legal. quæſt.22.num.16. Iul. Clar.§.donatio.quæſt.18.& quæſt.20.

5 *IBI, Vi vel metu.* An & quando iuramentum vi,& metu extortum obliget, tradit Bernar. Diaz, regul. 384. vbi latiſsimè Salzed. Michael.Graſſ.lib.1.commun.opinion. capit.7. quæſt.11. Ioan.Gutierrez, de iuramen.confirmator. 1.par. capit.57. num. 19. Felin.in cap.peruenit,el 1.ex num.2. & in cap.verum,num.8. de iure iuran. latiſsimè Ioan.Gracian,regul.272.Couar.in 4. 2. par.cap.3.§.5.ex num.2.& in cap.quamuis, 1.par.§.5. num.3. & 3.par.§.4.num.2. Burſat.conſil.72.num.25. Anton. de Butr. conſil.45.num.1. verſic.vnde. vbi etiã Gaſpar. Caballin. in additionib.in litera B. Alciat. in cap. cum contingat,de iure iuran.numer. 76.verſicul.ex iſto caſu. Afflict.deciſ.263. ex num.2. Rolan.conſil.2.volum.1.ex num. 76.& in conſil.7.volum.3.ex num.40. Seraphin.de Seraphinis, ſupra, priuileg. 83. num.63. & priuileg.110. Brunor.à Sole, in quæſtion.legal.quæſt.22.num.51.Didac.Lopez à Stunica,de voto, quæſt.1. ex num.13.

6 ET plura de effectu metus reuerentialis, & quo modo probetur, tradit Menoch. de arbitrar.caſ.136. Couar.in 4. 2. par. cap. 3.§.6.ex num.3.& in cap.quamuis pactum, 3.par.§.4.num.7. Burſat.conſil.72.ex num. 40. Alba.conſil.4.num.36. Tiraquel. poſt leg.connub.gloſ.5.ex num.36. Abb.conſil. 107.volum.2.num.5. Volum.1.commun,opinion. pagin.311. verb. metus reuerentialis. Ioan.Matienço,in dialog.relat.3.par.capit. 20.ex numer.2.

AD TEX. IN CAP. 1. Si eccleſiam, de conſecr. eccleſ.vel altaris.

COLLECTAN. 11.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia violatur ſanguinis humani effuſione,& quæ,qualis, & quanta debeat eſſe hæc effuſio.*
2 *Eccleſia violatur, & polluitur ex copula carnali, & effuſione ſeminis in ea, & an cõiuges poſsint licitè in eccleſia reddere debitum coniugale?*
3 *Plerumq; templa frequentantur à multis vt libidinis cauſa ſeſe conſpiciant, & reprehenduntur ſcholaſtici euntes ad templa cauſa videndi mulieres.*
4 *De ratione quare pernoctationes,& vigiliæ apud eccleſias, quæ olim erãt in vſu, hodie ſunt ſublatæ.*
5 *Summus Pontifex Gregor.XIII. ſtatuit, vt ſacramentales confeſsiones audiantur in locis in quibus confeſſores & pœnitentes videantur. In quo etiam referũtur Conſtitutiones Synodi Segouienſ. editæ ab Illuſtriſsimo domino D.Andr. Cabrera & Bouadilla.*
6 *Laudatur Conſtitutio Reuerendiſsimi domini D.Michael.Cercito Epiſcopi Barbaſtrenſ.*
7 *Cœmiterium quod dicatur,& de eius origine,& quando dicatur pollutum.*

1 IBI, *ſanguinis.* Collige hic,eccleſiam pollui,& violari ſanguinis humani effuſione,qualis autem debeat eſſe hæc effuſio, & alia circa hanc materiam tradit Ludou.Lopez,1.par.inſtruct.conſcien.cap.33.col.262. Io.Selua, de benef. 1.par. quęſt.5. ex num. 134.& num.155.optimè Viual.in candelab. eccleſ.tit.de interdicto,ex num.54.Angel. de malefic. verb.ſanguis exiuit. Doctores, in cap.propoſuiſti,hoc tit.extra. Sylueſt.in

ſum. verb. conſecratio, el 2. num. 5. verſic. ſecundus caſus. Sebaſtian. Medices, tract. de regul. iur. in regul. 5. ampliat. 179. Anton. Bernad in ſumma, cap. 36. numer. 1. Nauar. manual. latin. capit. 27. numer. 251. verſic. dixi effunditur. Victor. in ſumma, titul. de euxi effunditur. Victor. in ſumma, titul. de eucharistia, numer. 99. optimè Sebaſtia. Medices, in ſumma peccat. 2. par. titul. 9. quæſt. 10. Lęl. de Zanchis, de priuileg. eccleſ. 5. priuileg. ex num. 1. & 127. priuileg. num. 8. in princi. optimè Læl. Zecch. de caſ. reſer. caſ. 11. Soto, in 4. diſtinct. 13. queſt. 2. articul. 13. verſic. ait quarto, ex pag. 572. in fin. Socin. in capit. qualiter, el 2. de accuſat. num. 204. & in cap. cum illorū, ex num. 36. vbi Abb. numer. 12. & gloſ. verb. effuſionem, de ſenten. excommunic. Alphonſ. Caſtr. de poteſtat. leg. pœnal. lib. 1. capit. 7. verſ. ex eadem ratione infero, colum. 1590. & in verſic. quę gloſſa, colum. 1593. Et ſi quis ſeipſum calore iracundiæ vulneret, an eccleſia polluatur? eſt videndus Læl. de Zanch. in dicto 5. priuileg. numer. 4.

2 *IBI, ſeminis.* Collige in locis ſacris earnalem copulam illicitam eſſe, per eamq; eccleſiam pollui, & violari, coniugibuſq; ibidem an liceat reddere debitum? eſt videndus Ludouic. Lopez in dicta 1. par. cap. 82. ex colum. 540. verſic. at vero. Ioſeph. Angles, flor. theologic. in quæſt. de ſoluendo debitum, pagin. 346. poſt medium. Viuald. in candelab. eccleſ. titul. de debito cōiugali, numer. 262. & in titul. de interdicto, ex numer. 68. Sebaſt. Medic. in ſumma peccat. 2. par. titul. 9. quæſt. 10. verſic. ſecundus caſus. Armil. in ſumma, verb. cōſecratio eccleſię, numer. 6. Læl. Zecch. in dicto caſ. 11. Soto, in dicto artic. 3. verſic. tametſi de coniugali. pagin. 573. Couar. in 4. 2. par. capit. 7. §. 2. num. 3. latè Tiraq. in l. 15. connub. ex num. 105. Didac. Perez, lib. 5. tit. 1. l. 1. pag. 12. col. 1. ad medium. Nauar. manual. lat. cap 27. numer. 252. Sylueſt. in ſumma, verb. conſecratio, el 2. verſ. tertius caſus. & in verb. debitum coniugale, numer. 5. Victor. in ſumma, titul. de matrimonio, numer. 279. & in titul. de eucharistia, numer. 99. Selua, de benef. 1. par. quæſt. 5. numer. 136. & 139. Michael. Timotheus de viſitan. eccleſ. lib. 2. tract. 1. capit. 7. verſic. aut ſemen. Paul. Fuſc. de viſitan. lib. 1. capit. 28. numer. 9. & lib. 2. cap. 25. numer. 6. Anton. Bernad, in ſumma, capit. 36. num. 2. Ioan. Matienço, lib. 5. recollect. titul. 1. in gloſ. 1. rubricæ, numer. 99. Armil. in ſumma, verb. conſecratio eccleſiæ, num. 6. & in verb. debitum coniugale, numer. 6. Salzed. ad Diaz in prax. canon. capit. 39. in litera B. pagin. 121. in fol. magno. Nauar. manual. latin. cap. 16. numer. 33. Ioan. de Anan. num. 3. & Abb. numer. 2. in cap. ſignificauit, de adulter. Caietan. in ſumma, verb. matrimonium, verſic. ſextum caput eſt, pag. 492. Alphon. Caſtr. lib. 1. de poteſtat. leg. pœnal. capit. 7. verſic. ex qua ſententia infero, col. 1592. Duran. in rational. diuinor. offic. lib. 1. capit. 6. num. 39. Stephan. de Gaeta, in cap. ad limina. 30. quæſt. 1. §. 4. num. 179. Ludou. Lopez, ſupra, 1. par. capit. 33. colum. 263. & column. 265. vbi tactus libidinoſi in eccleſia & colloquia inhoneſta acriter reprehenduntur, & hæc eſſe peccatum aſſerit Cordoua, tractat. caſ. de conſcien. queſt. 190. Quòd certè ſcelus indignum deplorandum eſt, videmus namq; vt atteſtatur Tiraquel. in l. 15. connub. num. 110. Plerumq; templa religionis prætextu à viris & mulieribus frequentari, ea tantùm animi intentione vt libidinis cauſa ſeſe conſpiciant, atq; ſi oportunitas adſit alloquantur, deque loco, ac tempore coeundi cōueniant. Immò verò (quod longè fœdius eſt) ſi detur facultas, illic contempta omni religione turpiter agant cum maxima ſacrorum Templorum, & Chriſtianæ religionis ignominia, ac irreuerentia aduerſus quas perſonas legito Tiraquel. in l. 15. connubial. ex numer. 108. & ſic optima ratione gloſ. verb. ſed ſuas, in capit. odi. 24. quæſt. 1. inuehit aduerſos ſcholaſticos qui vadunt ad templa videndarum fœminarum cauſa cuius gloſſę dictū referunt Tiraquel. in dicta l. 15. numer. 110. in fin. Abb. in capit. 1. num. 4. de colluſ. detec. Ferdinan. Paez, in repet. cap. miſſas, de conſecrat. diſtin. 1. num. 102. Nauar. manual. latin. cap. 16. num. 13. verſic. nono qui vadit. Tiraq. in l. 5. connub. num. 14.

4 VNDE Elibertina Synodus, in cap. 35. iuſtiſsimè prohibuit, ne fœminæ in cæmiterio peruigilent, eo quòd ſæpè ſub prętextu orationis ſcelera latenter cōmittant: ſic inde ſanctiſsimè pernoctationes & vigiliæ apud eccleſias, quæ olim apud chriſtianos erant in vſu, & frequentius de nocte fiebāt, multis ex cauſis (relatis à Marcel. Francolin.

colin. de hor. canon. 1. par. capit. 1. ex num. 8. Rabanus, de inſtitut. cleric. lib. 2. cap. 9. Dominic. Soto, de iuſtit. & iure, lib. 10. queſt. 5. artic. 1. verſic. ſed tertio. In ſolemnitate ſcilicet Paſchæ & ad Martyrum ſepulchra) hodie ſublatæ ſunt, ſaltim quantum ad laicos, Epiſcoporum & Pontificum authoritate, nomine duntaxat ſuperſtite, vt tradunt Francolin. de hor. canonic. 1. par. capit. 5. numer. 6. Polydor. Virgil. de inuent. rerum, lib. 6. capit. 4. Concil. Prouincial. Toletan. anni 1565. act. 2. §. 20. fol. 29. Michael. Timotheus, de viſitan. eccleſ. lib. 2. tract. 1. cap. 58. verſic. quam ob rem. Paul. Fuſc. de viſitat. lib. 1. capit. 28. num. 8. ea ratione vt referunt Couar. lib. 4. variar. capit. 19. num. 10. Boer. deciſ. 212. numer. 13. Francolin. in dicta 1. par. capit. 5. in princip. & dictum Concil. Prouincial. Toletan. vbi ſupra, quod experimento pateat, frequentiſsimè vigilantes templis abuti, eaq; temerè, ac paſsim multis ſceleribus, crapulis, & ingurgitationibus polluere in maximum chriſtianæ religionis diſpendium, & grauem ignominiam.

5 QVAM etiam ob cauſam ſanctiſsimè Gregorius XIII. ſtatuit, vt etiam ſacramentales confeſsiones audiantur in publicis locis in quibus confeſſores & pœnitentes videantur, quòd refert Michael. de Aniñon, de vnitat. ouil. & paſtor. capit. 29. num. 14. Quòd planè elegantiſsimis verbis ſtatuiſſe reperio Illuſtriſsimum Antiſtitem, ac dominum meum colendiſsimum D. Andream de Cabrera & Bouadilla in conſtitutionib. Synodalib. Segouienſ. lib. 1. titul. 4. cap. 6. Vnde ſimiliter mirificè laudari debet alia conſtitutio eiuſdem Synod. Segouienſ. in lib. 1. titul. 9. capit. 6. fol. 47. qua prohibetur nullas fieri ſupplicationes (quas proceſsiones voce eccleſiaſtica vocamus) ad eccleſias ſeu hæremitoria quæ ab oppido vnde egrediuntur diſtent vltra leucæ dimidium.

6 PARI etiam ratione prudentiſsimè Reuerendiſſ. dominus meus D. Michael. Cercito Epiſcopus Barbaſtrenſ. in ſuis Synodal. conſtitutionib. editis anno 1586. ita tuit, nè mulierum confeſsiones abſq; vrgenti neceſsitate audiri poſsint in eccleſiis ante ſolis ortum, nec poſt ſolis occaſum. Quamuis enim abſq; grauiſsimæ calumniæ & hereſeos nota, ſanctiſsimi chriſtianorum, religionis cauſa, conuentus in eccleſiis improbari non poſsint, potiùs etenim ſummis laudibus extollenda eſt virorū, ac fœminarum in Deum, & in Martyres, ſacratiſsimamq; Virginem Dei genitricem pietas: vt ſi fieri poſſet religioſè, & cautè, omni ſubmota libidinis ſuſpitione, pernoctationes & vigiliæ iſte permittendæ ſint à Pontificibus & Epiſcopis: caſus tamen atroces qui ob ineffrenatam virorum & mulierum libidinē nocte ſæpiſsimè in his peruigilationibus contigerunt, in eccleſiis & in cancellis & locis ad audiendas ſacramētales cōfeſsiones conſtitutis, in cauſa fuerunt, vt huiuſmodi pernoctationes omnino ſublatę fuerint, idq; ſanctè factum eſſe, nemo qui præſentis ſeculi mores nouerit, audaciamq; delinquēdi exactè perſpexerit, poterit non fateri, & dubio procul Pontificum, & Epiſcoporum diligentiam in præcauendis ſacrilegiis & ſceleribus non laudare.

7 *IBI, cœmiterium.* Quod dicatur cœmiterium, & de eius origine, & quando dicatur pollutum, eſt videndus Duran. in rationale, lib. 1. cap. 5. ex num. 4. Nauar. manual. latin. cap. 27. numer. 253. verſic. & addo. latè Remig. de Goñi, de immunit. eccleſ. in verbo, cœmiterium, ampliat. 4. ex pagin. 82. Sebaſt. Medices, tractat. de ſepultur. 1. par. quæſt. 3. num. 5. Selua, de benef. 1. par. quæſt. 5. num. 88. Sylueſt. in ſumma, verb. cœmiterium. latè Paul. Fuſc. de viſit. lib. 1. cap. 12. & lib. 2. cap. 25. num. 10. Sebaſtian. Medices in ſumma peccat. 2. par. tit. 9. quæſt. 11. Didac. Spino, in ſpecul. teſtam. in gloſ. 2. princip. numer. 33.

AD TEX. IN CAP. 2. Prælatis, de homicid. in 6.

COLLECTAN. 12.

SVMMARIVM.

1 *An & quando clericus abſq; metu irregularitatis poſsit accuſare delinquentem, etiam ſi certus ſit quod inferēda eſt delinquenti pœna mortis, vel ſanguinis ex ea accuſatione?*

2 *Proteſtatio accuſatoris, animum habentis,*

quod occidatur reus, An eum liberet ab irregularitate?

3 *Inseritur priuilegium Sixti V. quo ecclesiasticæ personæ commorantes in Regno Aragoniæ possunt denuntiare iudici seculari Bannitos & viarũ Grassatores.*

4 *Aduocatus præstans patrocinium actori, vel reo in causa sanguinis, an sit irregularis? & quid si præmittant protestationem, de qua in hoc textu, quid etiam in teste qui deponit cum dicta protestatione in causa sanguinis.*

5 *Quamuis quis remiittat iniuriam, vel offensam in foro conscientiæ, remanent tamen ei actiones iniuriarum, & expensarum quas corã iudice potest proponere.*

1 DE materia textus, & quãdo clericus absq; metu irregularitatis possit accusare, vel denuntiare delinquentem, etiam si certum sit quod imminet delinquenti pœna effusionis sanguinis, vel mortis ex ea accusatione, vel denuntiatione, differit Abb. in cap. cum P. Manconela, numer. 8. & 10. de accusat. Dominic. Soto, de ratione tegend. secret. membr. 2. quæst. 4. conclus. 2. ante fin. Dominic. Bañes, 2. 2. quæst. 33. articul. 8. colum. 1269. versic. dubitatur septimo. Anton. Gomez, tom. 3. variar. cap. 1. num. 33. Felician. de censur. titul. de irregularit. cap. de secunda specie irregular. quæ contrahitur extra bellum, versic. prælati vel clerici, pag. 457. Alphons. Vilaguta, tractat. de vsuris, quæst. 31. num. 64. Dominic. Soto, lib. 5. de iustitia & iure. quæst. 1. articul. 9. versic. & pari iure etiam clerici. Felin. in repertor. verb. clericus potest accusare furem, fol. 21. colum. 2. Sylvest. in summa, verb. homicidium, el 2. num. 7. versic. octauo. Viuald. in candelab. eccles. in titul. de irregular. ex homicid. voluntar. numer. 242. Armil. in summa, verb. irregularitas, numer. 21. Anton. Bernad, in summa, capit. 35. numer. 55. pulchrè Salzed. in capit. 98. nouè æditum in prax. canonic. Bernar. Diaz, ex pagin. 340. optimè Tiraquel. post leges connub. glos. 7. numer. 205. Petr. à Nauarra, tom. 1. de restitut. lib. 2. cap. 4. numer. 229. Iul. Clar. lib. 5. §. final. quæst. 14. numer. 3. Lælius Zecchus, de cas. reseruat. cas. 1. num. 34. versic. fallit in eo qui. Simon. Maiol, de irregular. lib. 2. cap. 7. numer. 2. Dominic. Soto, lib. 5. de iustit. & iur. quæst. 5. artic. 1. in fin. versic. de clericis. Couar. in clement. 1. 2. par. §. 5. per totam..

2 ILLVD tamen in hac materia omnino aduertendum est, quòd aliquorum calculis probatum est, quòd scilicet vsque adeo dicta protestatio ab irregularitate clericum protestantem liberum reddit, quod etiam si animum habeat protestationi contrarium irregularis nõ est iudicandus, saltim quo ad forum iudiciale exterius, licet quo ad forũ conscientiæ iudicetur irregularis ex magis recepta Doctorum opinione, vt colligitur ex Salzed. vbi supra, numer. 15. pag. magna 343. Viuald. in candelabr. ecclesiæ, titul. de irregularit. ex homicid. voluntar. ex num. 242. Nauar. in manual. latin. cap. 27. numer. 226. Summa confess. lib. 2. titul. 1. quæst. 46. Simon. Maiol. de irregularit. lib. 5. cap. 48. §. 6. num. 4. Cui opinioni minimè refragatur, quòd voluntate sola irregularitas non contrahitur, quia in proposito casu, cum voluntate concurrit querimonia, & accusatio, vnde dicta protestatio mendax, & fraudulẽ ta est, nec talis est qualem ius canonicum requirit ad irregularitatis labem excusandã, & quibus hoc contigerit oportet dispensationem impetrare, vt nõ semel fatetur consuluisse Nauar. in dicto numer. 226.

3 HODIE tamen ex particulari priuilegio, omnes ecclesiasticæ personæ seculares ac regulares in Regno Aragoniæ commorantes possunt reuelare iudici seculari Bannitos, ac viarum Grassatores, qui licet condignis pœnis, etiam vltimi supplicij afficiantur à iudice, nullã propterea irregularitatem, aut alias pœnas & censuras ecclesiasticas incurrunt denuntiantes, vt constat ex Bulla Romani Pontificis Sixti Quinti, quam hic inferere volui, ne de huiusmodi concessione dubitari contingat, & circa ipsius interpretationẽ rectius, curiosus lector agat. Illius autem tenor talis est.

SIXTVS PAPA V. Ad futuram rei memoriã. Cum Banniti, ac viarum Grassatores tanto diligentiùs inquirendi, & seueriùs puniendi sint, quanto manifestiùs cognoscitur, quod ex eis scandala, & mala plurima subsequuntur, & vt ad notitiam nostram

nostram nuper deuenit, hi plerumq; in Regno Aragonũ iustitiæ ministros fallant, eorũq; manus effugiant, & impuniti remaneãt, ex eo quòd à Religiosis & Ecclesiasticis personis irregularitatis, & aliarum cẽsurarum, & pœnarum ecclesiasticarum metu non reuelantur. Nos prædictis incommodis omni diligentia nostra obuiare cupientes, charissimi in Christo filij nostri Philippi Hispaniarum Regis Catholici supplicationibus inclinati. Authoritate præsentium decernimus, omnes & singulas personas Ecclesiasticas tam seculares, quam quorumuis Ordinum regulares, & quacumq; authoritate & dignitate fungentes, & in dicto Regno cõmorantes, quorum opera, & industria Banniti, & viarum grassatores reuelabuntur, capientur, & condignis pœnis etiam vltimi supplicij afficientur, nullam propterea irregularitatem, aut alias cẽsuras & pœnas ecclesiasticas incurrere, seu incurrisse dici, aut censeri posse. Sicq; per quoscunq; Iudices, & Commissarios, quacunq; authoritate fungentes, sublata eis, & eorũ cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, vbiq; iudicari, & definiri debere, nec non irritum, & inane, quicquid secus super his à quoquam quauis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisq; contrariis quibuscunque. Præterea volumus præsentium literarum transumptis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis plenam, & indubiam vbiq; fidem æque ac ipsis præsentibus adhiberi. Dat. Romę, in monte Quirinali, sub annulo Piscatoris, die quinta Septembris, M. D. LXXXIX. Pontificatus Nostri Anno Quinto. M. Vestius Barbianus. Antonius Rulofinis.

4 ADVOCATVS autẽ præstans patrocinium actori, vel reo in causa sanguinis, vel mutilationis membri, An sit irregularis etiã præmissa protestatione istius tex. quid etiã in teste qui cum eadem protestatione depo suit in causa sanguinis? tradit Couar. supra, num. 5. Iul. Clar. in dicto §. final. quæst. 24. numer. 9. Simon. Maiol. de irregular. lib. 2. capit. 8. & capit. 9. optimè Azeued. lib. 2. nouæ recopilat. titul. 16. l. 15. num. 2. Nauar. manual. latin. capit. 15. num. 4. in fin. Felin. in capit. de cætero, numer. 1. de testib. Abb. in capit. clerici, de postulan. ex numer. 4. in fin. optimè Salzed. in dicto capit. 98. ex numer. 19. Didac. Perez, lib. 2. titul. 19. l. 2. pagin. 403. versic. decimotertio queramus. Simon. Maiol. de irregularit. lib. 5. capit. 48. §. 5. num. 3. versic. possunt etiã. Læl. de Zanchin. de priuileg. eccles. 53. priuileg. ex numer. 23. Alphons. Vilaguta, in prax. crimin. lib. 9. titul. de aduocatis, capit. 1. concluf. 11. Felician. de censur. titul. de irregular. in capit. de secunda specie irregularitat. in fine. pagin. 462.

5 *IN glos. emendam.* Nota hanc glossam ad hoc, quod & si fit facta remissio iniuriæ, vel offensæ ab aliquo in foro conscientiæ non propterea censetur sublatum ei ius accusandi, & exercendi actiones iniuriarum & expensarum, pro quo est videndus Bart. in l. si tibi decem. §. quæ iam, numer. 3. de pactis. Abb. capit. 1. numer. 7. de maledicis. Alciat. regul. 2 præsumpt. 36. Felin. in prooem. Gregor. numer. 19. vbi additio in litera B. Ludouic. Molina, de primogen. lib. 2. cap. 5. numer. 12. pulchrè Couar. lib. 2. variar. cap. 10. numer. 7. glos. verb. fatisfaciente, in cap. si quis contristatus, 90. distin. Rolan. consil. 45. volum. 4. num. 28. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæst. 58. num. 39. & in §. iniuria, num. 11. Pedraça in summa, in 5. præcept. decalog. fol. 49. vers. vndecimo sino perdonò. Vol. 1. commun. opin. pagin. 553. verb. remissio. Ioan. Dilect. de arte testan. tit. 6. cautel. 34. latissimè Paul. Fusc. singul. 18. literæ I. Didac. Perez, lib. 1 titul. 11. l. 1. pag. 176. in glos. perdonando los enemigos. optimè Lancel. Conrad. templ. omnium iudic. lib. 1. capit. 1. §. 4. in titul. de præstan. & potent. Imperat. versic. partes ad concordiam cogit, num. 7. fol. 81. Martin. del Rio, in repet. l. transigere 2. par. ex num. 125. C. de transact. Bonac. os. in commun. opin. crimin. verb. remissio iniuriæ, pagin. 523. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 114. num. 3.

AD TEX. IN CAP. 14. Decreuit, de hæretic. in 6.

COLLECTAN. 13.

SVMMARIVM.

1 *Vnde habuerit originem mutatio nominis in Romano Pontifice.*
2 *An propter hæreſes maritorum confiſcentur dotes vxorum catholicarum?*
3 *An matrimonium contractum inter catholicam & hæreticum ſit validum?*

1 IBI, *Innocentius Papa Quartus.* Qui antequam eligeretur Pontifex vocabatur Simbaldus, vt ſcriptores in eius vita atteſtantur: mutatio autem nominis vnde habuerit originem in Summo Pontifice, referunt Gundiſal.de Illeſcas,1.par.hiſtor.Pontific. lib.4.capit.33.Petr.Mexia,in ſylua var.lection. lib.1. capit.21. Abb. in capit. cum ſecundum,de præben.numer.5.in fin. Archidiacon.in procem.6. verb.Bonifacius.Menoch.de arbitrar. caſ.318. ex numer.3. Gerard.ſingul.75.in final.verb.Lancellot.Cõrad.in templ.omnium iudicum,lib.2. cap.1. §.2.verb.generalia in electione Pontificis, num.8. poſt medium, fol.117. Felin.in procem.Gregor.num.36.Ioan.Calderin.in procem.Decretal.numer.31. Paul.Fuſc.ſingul. 2.verſic.qui in ſua electione,in litera P. Rodulph.Cuperſ. in cap.oportebat.79.diſtin. in §. non abſq; diuini, ex num.6.pagin.21.

2 IBI, *propter hæreſim maritorum.* An & quando propter hęreſim maritorum confiſcẽtur dotes yxorum catholicarum? latè diſſerit Iacob. Simancas, de catholic.inſtitut. titul.9.ex numer.66.& in titul.40.numer. 24.Repertor.Inquiſitor.verb.dotes. Anto. Cordoua de Lara, in l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his,num.48. ff. de liber. agnoſcen. Gundiſal. Villadieg. de hæretic. quæſt. 15. numer.9. Franciſ.Pegña,in 3.par.director. ſchol.153. Ioan. Martinez de Olan.in antitinom. in litera M. num.66. Didac.Perez, lib.1.titul.1,l.1.pagin.22. verſic.vlterius dubitatur. Ioan.Matienç.lib.5.recollect.titul. 9.l.10.in gloſ.1. optimè Palat.Rube. in repetit.rubric.§.66.ex numer.23. Auguſtin. in additionib.ad Angel.de malefic. verb.& eius bona publicamus, numer.10. Chaſſen. in conſuetud.Burgund.rubric.2.§.2.in principio. Zanchin.de hæretic.capit.25. ad fin. vbi Campeg.in additionib.in liter.A.Ioan. Gracian,regul.55.num.30. Anton.Gomez l.78.Tauri numer.4. latè Hieronym.Portoles,tractat.de conſortib.capit.37.ex num. 18.Michael.de Palacio,de contractib.lib.6. capit.2.pagin.514.verſic.adde iſtis.

3 IBI, *quos hæreticos tunc ſciebant.* An autem matrimonium inter chriſtianum,& hęreticũ ſit validum?examinant gloſ.verb. hæreticis, in capit.non oportet.28. quæſt.1. gloſ.verb.contra,in verſic.eſt & alia, in capit.final. vbi Abb.num.5. de cõdit.appoſit. Franciſ.Pegña in 2.par.direct.in notation. ad hunc textum,numer.2.pagin.222.Viual. in candelabr. eccleſ. titul.de cultu diſparit. numer.219. Sylueſt.in ſumma, verb.matrimonium,el 8. numer.10. verſic.ſimiliter tenet.Couar.in 4. 2.par.capit.6.§.11.numer. 4. Ioan.Rojas, ſingul.128. Alphonſ.Veracruz in ſpecul.coniug.1.par.artic.32.verſic. ſexta concluſio.Iacob.Simanc.de catholic. inſtitutionib.titul.40. ex numer.17.vſq; ad finem titul. Nauar. manual. latin. capit. 22. numer. 49. verſic. tertio quod quamquam. Dominic.Soto, in 4.diſtin.39. quæſt.vnic. articul. 2. in fin. in ſolut. ad tertium. Ioan. Matiençio,lib.5.recollection.titul.1.in gloſ. 1.rubric. num.161.Caietan.in ſumma,verb. contractus matrimonij, verſ. ſextum eſt diſparitas, pagin. 481. Petr. Rebuf. in prax. benef.in regul.de diſpenſat.in grad.prohibit.in gloſ.5.numer.34. Epiſcopus de Elna in director.curator. cap.9.§.2.verſic.el ſexto impedimento,pagin.111.Ioſeph.Angles flor. theologic. in quæſt. de cultus diſparit. pagin.380.verb.fidelis cum hæretico.Petr. Mozius, de contract. titul. de matrimonio. §.qui poſsint contrahere matrimonium,vel non,numer.27. fol.179.in fin. Stephan. de Gaeta,in repetit. capit.ad limina.30.quæſt. 1. §.4. numer.423. & 434. Petr. de Bollo, in œconom.canon.2.claſ.cap.4.§.7. verſic. diſparitas cultus,pagin.269.& 270.

AD TEX. IN EXTRAuagan.3.cum Matthæus, de hæretic.inter commun.

COLLECTAN. 14.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *De priuilegiis conceſsis Apoſtolicæ ſedis officialibus, & nuntiis, & de interpretatione iſtius textus.*
2 *An inquiſitores hæreticæ prauitatis habeant ius inquirendi contra Epiſcopos, vel Principes in cauſa hæreſis?*
3 *Dum Concilium Tridentin. tollit exemptiones clericorum, an cenſeatur tollere exemptionem conceſſam perſonis de quibus in hoc textu?*
4 *Per clauſulam generalem derogatoriam non cenſentur reuocata priuilegia inſerta in corpore iuris.*
5 *An per generalem diſpoſitionem tollatur particulare priuilegium?*
6 *Quo modo debeat derogari gratia habens clauſulam derogatoriam.*

1 DE priuilegiis conceſsis in hoc textu Apoſtolicæ ſedis officialibus, & nuntiis, & pro ipſius optima interpretatione & declaratione, & qui officiales & nuntij ſint huiuſmodi,de quibus loquitur hic,ſunt conſulendi Iacob. Simanc. in enchirid. titul. 8. ex numer.1.& de catholic.inſtitut.titul.34. numer.37.Felin.in capit. cum ordinem, numer.6.de reſcript. Philip. Decius, in rubr. de offic.deleg.numer.9.Ioan.Rojas, de priuileg.inquiſit. numer.430.verſic.neq; procedunt. Franciſc. Pegña, in 2.par. director. ſchol.5.in finalib.verb. & latè in 3.par.director.ſchol.92.& in 3.par.director.quæſt.26. comment.75. Mandoſ. in regul.1.de reſeruat.quæſt.5.numer. 7. peritiſsimus D. Didac. Morlanes,in 1.par.allegation. pro Regno Aragon. ex num. 1535. Paul. Granut. theorem.19.num.16. verſic. de vno tamen. Anton.Cuchus, inſtitut. iuris canon.lib.4.
2 tit.6.§.verum. vbi etiam vide, An domini Inquiſitores contra Epiſcopos ius inquirendi de hæreſi habeant? de quo vltra textum, in capit. inquiſitores, de hæretic. in 6. eſt conſulendus Iacob.Simanc.in locis ſupra allegatis.Franciſc.Pegña, in 3. par. director. ſchol.93.Ioan. Rojas, ſingul.55. Carrer. in prax.titul. de hæretic.§. de cuius inquiſitoris,ex numer.18.Iacob. Simanc. de cathol. inſtitut.titul. 25. ex num.7. quemadmodum non procedunt contra Reges, vel Principes laicos, vt cenſet Franciſc.Pegña,in dicta 3.par.ſchol.96.

3 ALIQVANDO tamen vidi dubitari,an Concil.Tridentin. Seſ.6.capit.3. & Seſſ.14.capit.4.& Seſſ.24.capit.10,& cap. 11.dum generaliter tollit exemptiones clericorum, cenſeatur etiam tollere exemptionem conceſſam perſonis, de quibus in hoc textu? & ſaluo ſaniori iudicio ſemper exiſtimaui deciſionem iſtius textus minime cor-
4 rigi per dictum Concilium. Et primo, quia per clauſulam generalem derogatoriam quibuſcunq; exemptionibus non obſtantibus, de qua in Concilio,non reuocantur priuilegia clauſa in corpore iuris, ex Felin.in cap. 1.numer.12.& in capit. nonnulli, numer.9. verſicul. amplia primo, & in numer. 26. de reſcript. Petr.Rebuf.reſponſ.15.verſic. ſeptimo etiam,& in reſponſ.134.verſicul.item ſi mandetur.Andr.ab Exea,in repetit.cap. 1.de conſtit.ex numer. 48. & in num. 147. Anton.Gabriel.lib.6.commun. opin. titul. de regulis iuris, concluſ.9.numer.10.Iaſ. in rubric. ff. de conſtitution. numer. 19. Gomez, in capit.1.numer. 93. de conſtitution. in 6. Alexan. in l. miles, numer.3. in fin. ff. de re iudic. Ruyn. conſil.228.volum.1.num. 13. Burg. de Paz, in l. 3. Taur. numer. 559. Decius,conſil.165.num. 4.Iacob. Bennius de priuileg.iuriſconſult.3.par.priuileg.100. numer.2. Horat.Mandoſ.de priuileg. ad inſtar.in gloſ.14.numer.2. Priuilegium igitur iſtius textus, cum ſit in corpore iuris clauſum, non dicitur derogatum per clauſulam illam generalis derogationis, de qua in dicto Concilio, priuilegium enim quando eſt clauſum in corpore iuris dicitur datũ & conceſſum Motu Proprio, vt tradit Ioſephus Maſcard.in volum.2.de probation.concluſ. 1075.num.12.

5 SECVNDO facit ad hoc, quia per generalem diſpoſitionem numquam tollitur peculiare priuilegium alicui cõceſſum, vt per Iacob.Simonet.de reſeruat. benefic. quæſt.99.numer.27.Anton.Gabriel, lib.6. commun.opin.titul. de legibus, concluſ. 1. Chaſſen.conſil.32. numer. 10. optimè Ioan. Redin,de maieſt. Princip.§. non armis ſolum decoratam.2.par.num.187.

6 TERTIO id confirmatur ex eo, quia vbi agitur de derogatione priuilegij, vel gratiæ, habentis clauſulam derogatoriam dantem ſpecialem formam diſpoſitioni contrariæ, tunc quamuis derogatio quæ fit per viam legis ſufficiat quod ſit generalis, requiritur tamen quod ſit cum illa clauſula, non obſtantibus quibuſcunque priuilegiis vel exemptionibus, ſub quacunque forma verborum conceſsis, vel cum alia clauſula huic ſimili, vt tradit Felinus, in dicto capit. nulli, numer. 6. verſicul. ſed vbi agitur. Rippa, in capit. 1. de reſcript. numer. 55. eſt tamen videndus Carol. Tapia, in l. final. ff. de conſtitution. Princip. 2. par. capit. 9. ex numer. 103. Ioan. Selua, de benefic. 3. par. quæſt. 14. numer. 6. Philip. Decius, in l. certum. numer. 4. ff. ſi cert. pet. at. clauſula igitur generalis, de qua in Concilio, cum non ſit talis non derogauit deciſionem iſtius textus, vbi aſsignatur ſpecialis forma diſpoſitioni contrariæ, vnde nõ remanet correctus iſte tex. per Concilium.

EX qua ratione pulchrè infertur intellectus ad quamplurima iura in quibus videmus, multiplicatas clauſulas derogatorias apponi, & nimis generales & extenſas, ſcilicet vt per ipſas, diſpoſitiones contrariæ quæ ſpecialem, & certam formam continent, reuocentur omnino, vt probatur in capit. alma mater, in fine, de ſententent. excommunication. in 6. & in clementin. 1. in fin. & in clementin. dudum, verſicul. nos etenim, de ſepultur. Concil. Tridentin. Seſſ. 23. capit. 18. colum. 6. verſicul. quibuſuis, & alibi paſsim videmus quam plurimos textus cum huiuſmodi clauſulis. Quod ſecus dicendum videtur quando in hac derogatione generali, non adhibentur clauſulæ ita pregnantes, ſed nimis anguſtæ, & breues, vt ſunt ille ſupra allegatæ, ex Concil. Tridentin. & in capit. ad abolendam in fin. de hæretic. & in aliis iuribus ſimilibus, quoniam per huiuſmodi clauſulas non cenſentur derogatæ diſpoſitiones contrariæ quæ ſpecialem formam in earum reuocatione continent, aliàs enim ſuperflua eſſet verborum multiplicatio, ſi eundem effectum produceret derogatio facta, hoc vel illo modo, nec vllum adferret iuris miniſterium, contra l. 2. C. de nou. cod. faciend.

AD TEX. IN CAP. vnic. conſuetudinem, de cler. non reſiden. lib. 6.

COLLECTAN. 15.

SVMMARIVM.

1 *Quæ dicantur diſtributiones quotidianæ.*
2 *An clerici habeant liberam diſpoſitionem de diſtributionibus quotidianis?*
3 *Quotidianæ diſtributiones non computantur inter fructus, & valorem beneficij.*
4 *Conciliatur iſte textus cum capit. cum ex eo, de elect. lib. 6.*
5 *Diſpenſatus vt poſsit obtinere in eadem eccleſia duo beneficia, an debeat habere duplices quotidianas diſtributiones, an vero ſimplices?*
6 *An canonicus in choro ſolum aſsiſtens & non canens cum nullo canendi impedimento ſit detentus, iuſtè in foro conſcientiæ poſsit percipere diſtributiones quæ dari ſolent canonicis aſsiſtentibus & pſallentibus?*
7 *An ſit valida conſuetudo aliquarum eccleſiarum, vt per duos menſes in diſcurſu anni clerici abſentes poſsint percipere diſtributiones quotidianas?*
8 *An ſicut infirmi, ita & ſenes lucrari poſsint diſtributiones quotidianas in abſentia?*
9 *An perſonæ eccleſiaſticæ verum habeant dominium fructuum eccleſiaſticorum?*

1 IBI, *diſtributiones quotidianas.* Quæ autem dicantur propriè diſtributiones quotidianæ, eſt conſulendus Dueñas, regul. 206. in princip. Alphonſ. Hojeda, de benef.

nef. 1. par. capit. 17. numer. 6. Didac. Couar. lib. 3. variar. capit. 13. ex numer. 1. Petr. Rebuf. in concordat. in rubric. de collation. §. 1. verb. diſtributionum. pagin. 307. Philip. Decius, conſil. 279. numer. 1. Pariſ. conſil. 33. volum. 4. ex numer. 1. Coſmas, in pragmatic. ſanct. tit. de collation. §. primo cum, in gloſ. verb. nihil. Paul. Fuſc. de viſit. lib. 1. cap. 15. numer. 25. Petr. Dueñas, regul. 134. limit. 6. Barthol. Humada. l. 16. titul. 16. par. 1. gloſ. 1. fol. 110. Caſſador. deciſ. vnic. numer. 2. hoc titul. Didac. Spino, ſpecul. teſtam. in gloſ. 9. princip. numer. 28.

2 ET de præfatis diſtributionibus, an clerici habeant liberam diſpoſitionem? eſt videndus Franciſ. Sarmient. de reddit. eccleſ. 2. par. capit. 8. numer. 11. & in 1. par. defenſion. monit. 44. Pariſ. conſil. 33. volum. 4. ex numer. 8. Didac. Couar. in capit. cum in officiis, numer. 4. de teſtamen. Nicol. Vbald. de Peruſio, in 2. par. ſucceſ. ab inteſt. cleri-
3 cor. regul. & ſecul. numer. 15. vbi etiam vide, quod diſtributiones quotidianæ non cõputantur inter fructus & valorem beneficij, circa quod ſunt etiam omnino conſulendi Felin. in capit. ad aures, numer. 14. de reſcriptis, Alphonſ. Hojeda, de benefic. 1. par. capit. 12. numer. 8. Didac. Couar. in dicto capit. 13. num. 1. Selua, de benef. 3. par. quæſt. 12. numer. 8. Andr. Gambar. lib. 6. de offic. & poteſtat. Legat. de later. ex numer. 18. Rodoan. de ſpol. eccleſ. quæſt. 3. §. & in hac materia, numer. 5. Paul. Emil. 1. par. deciſ. 65. num. 3. & in 2. par. deciſ. 29.

4 QVARE autem abſenti ob eccleſiæ vtilitatem conferãtur diſtributiones in hoc textu, eaſq; deneget textus, in capit. cum ex eo, de elect. lib. 6. eſt etiam videndus Couar. in dicto capit. 13. numer. 8. verſicul. octauo. Coſmas, in pragmat. ſanct. titul. quo tempore quiſque deb. eſſe in chor. in gloſ. verb. actualiter. Alphonſ. Hojeda, de benef. 1. par. capit. 17. numer. 19. Boer. deciſ. 17. numer. 15.

5 FVI tamen pluries conſultus, an in caſu quo diſpenſatus fuerit aliquis, vt poſsit obtinere in eadem eccleſia duo beneficia, vtrum talis debeat habere duplices diſtributiones quotidianas, an vero ſimplices? in qua quæſtione recurrito ad ea quæ referunt Franciſc. Viuius, lib. 1. commun. opinion. pagin. 16. verb. archidiaconus qui, Staphil. de gratiis & expect. in 4. forma, numer. 2. Alphonſ. Hojeda, de benefic. 1. par. capit. 12. ex numer. 15. & in capit. 17. numer. 14. Didac. Couar. in dicto capit. 13. num. 6. Felin. numer. 1. & Abb. num. 6. incap. cum olim, de ſent. & re iud.

6 VTRVM autem canonicus nullo canendi, pſallendi vè impedimento detentus, in choro aſsiſtens horis nocturnis atq; diurnis, ſola corporali præſentia, iuſtè in foro conſcientiæ diſtributiones, quæ canonicis aliis aſsiſtentibus, & pſallẽtibus dari ſolent percipere valeat, an verò teneatur ad reſtitutionem diſtributionum ſic perceptarum? eſt videndus Nauar. de horis canon. cap. 10. numer. 47. & in capit. 11. numer. 41. verſic. octaua cauſa, & in capit. 13. numer. 17. verſicul. ſequitur, & in miſcellan. de oration. 79. miſcellan. Bartholom. Medina. in 1. par. inſtruc. de confeſſ. cap. 14. §. 11. fol. 77. verſ. pero ofreceſe. optimè Ludouic. Beja, in reſponſ. caſ. conſcien. caſ 55. latè Ludouic. Lopez, in 2. par. inſtruct. conſcien. cap. 96. latiſſimè Petr. à Nauarra, de reſtit. tom. 1. lib. 2. ex num. 217.

7 EST tamen aduertendum, quòd Ioan. Probus, in hoc textu, numer. 34. mouet dubium, & reſoluit inualidum eſſe conſuetudinem, & ordinationem aliquarum eccleſiarum, vt per duos, aut tres menſes in diſcurſu anni poſsint abſentes percipere diſtributiones quotidianas, & recipientes, vti fures, teneri ad reſtitutionem, cum tantùm eas lucrari valeant in tribus caſibus exceptis in hoc textu, ex quorum numero non eſt præfatus caſus. Ego tamen ſaluo ſaniori iudicio aliter ſentio, textus enim iſte ſtatuit diſtributiones eſſe dandas, & recipiendas iuxta rationabilem cuiuſq; eccleſiæ ordinationem, ſed ordinatio qua illi duo menſes conceduntur ad res familiares componendas, & honeſtam animi oblectationem rationabilis eſt, vt ſic ex interuallo miniſtri regredientes ad cultum Diuinum alacriori ſpiritu illi incumbant, cum aſsidua & interrupta intentio plerumque tedium pariat argumento, capit. non mediocriter, de conſecrat. diſt. 5. Item etiam quia ad capitulum eccleſiæ pertinet decernere (modo rationabiliter) quo modo, & quibus horis, & diebus ſint dandæ diſtributiones. ex gloſ. verb. ſtatutum, in capit. 2. §. cæterum, de verbor. ſignif.

nif. in 6. vnde rectè poterit capitulum ſtatuere, quòd modicum tempus abſens in anno, lucretur diſtributiones anni, quemadmodum & modicum tempus diei abſens à choro, poteſt lucrari diſtributiones totius diei, pro quibus bene etiam faciunt pulchrè notata per Couar. lib. 3. variar. capit. 13. numer. 3. verſicul. prima ſanè, & quæ etiam tradit in alio caſu in numer. 8. verſicul. decimo tertio, & Dominic. Sot. de iuſtit. & iur. lib. 10. quæſt. 5. articul. 6. verſicul. poſtremum denique dubium, ſimiliter etiam faciunt quæ in alio caſu tradit Coſmas, in pragmatic. ſanct. titul. quo tempore quiſq; debeat eſſe in choro. §. tollens, in gloſ. percipiunt, vbi dicit valere conſuetudinem, quòd ille qui pro vtilitate eccleſiæ abſens fuerat, de foris veniens per aliquos paucos dies, vt puta per tres, faciens moram in domo ſua, licet diuinis non interſit, diſtributiones percipiat, eodem igitur pacto per ſupradicta videtur dicendum, quòd reſidẽs in eccleſia per totum annum, poſsit lucrari diſtributiones dictorum duorum mensium, in quibus fuerat abſens, & dictam conſuetudinem vti rationabilem, & vtilem eccleſiæ valere exiſtimo, nam vt ait Philip. Decius, in cap. cum omnes, in 2. lectur. numer. 6. in fin. de conſtit. ex cauſa valebit conſuetudo, vt in abſentia recipi poſsint diſtributiones quotidianæ, licet generaliter pro vt loquitur iſte textus non valeat, & quidem ſupradicta cauſa in hoc caſu, videtur iuſta, & maximè ſi eccleſia non patiatur defectum in diuinis, iuxta notata per Felin. in capit. cum omnes, de conſtitut. num. 11. verſicul. & idem tenet.

8 DVBIVM tamen eſt, an quemadmodum infirmi lucrãtur diſtributiones quotidianas per hunc textum, & tradunt Couar. lib. 3. variar. capit. 13. numer. 8. Alphon. Hojeda, de benefic. 1. par. capit. 17. numer. 15. Dueñas, regul. 206. limitat. 7. Abb. cap. ad audientiam, numer. 5. de cleric. non reſiden. Natta, conſil. 41. numer. 1. Ioan. Selua, de benefic. 4. par. quæſt. 6. numer. 9. Paul. Euſc. de viſitat. lib. 1. capit. 20. numer. 26. Didac. Spino, in ſpecul. teſtament. in gloſ. 9. princip. numer. 30. Sic etiam eas lucretur ſenex, etiam ſi non reſideat in choro, cum ſenectus ipſa morbus ſit, & ſtatutum loquens de infirmis, in ſenibus locum habeat, ex Abb. in capit. magnæ, de voto, numer. 8.

Et quamuis magis communis Doctorum ſententia ſit, quòd inter valetudinarios & infirmos, ſenes non connumerantur, vt clarè conſtat ex traditis per Alphonſ. Hojed. in dicto cap. 17. num. 16. Menoch. de arbitr. caſ. 60. ex num. 11. hanc tamen ſententiam veram eſſe exiſtimo, in his caſibus in quibus nulla clara iuris extat conſtitutio, quòd ſenes habeantur pro infirmis, in caſibus tamen in quibus à iure vel conſuetudine ſtatutum eſt, quòd ſenes habeantur pro infirmis iudex tenetur ſeruare iuris conſtitutionem. Et hinc quidem ſæpius affirmaui in hoc Archiepiſcopatu Cæſarauguſtan. obſeruandã eſſe quandam conſtitutionem Illuſtriſsimi Archiepiſcopi D. Alphonſi de Aragonia, in titul. de priuileg. incip. cum ſenes, conditam anno 1515. cuius tenor ſequẽs eſt. Cum ſenes communiter reputentur infirmi, & qui labore prolixiori in caſtris dominicis laudabiliter militando ſuam ferè conſumpſerunt ætatem: aliqua iuxta canonicas ſanctiones debeãt prærogatiua gaudere, ſancta ſynodo approbante ſtatuimus: quòd clericus in ſacris ordinibus conſtitutus in quacunque eccleſia noſtræ Diœceſis beneficiatus, qui in eadem per quadraginta annos perſonaliter reſidentiam fecerit eidem de ſeruiendo ab inde, etiam ſi chorum non continuauerit (dum tamen eccleſia miniſtrorũ non patiatur defectum) diſtributiones quotidianas cum cæteris fructibus & emolumẽtis dicti ſui beneficij contraria quacunque conſuetudine, ſeu conſtitutione non obſtante (ſatisfactis tamen aliis oneribus dicti beneficij) integrè percipiat, & eidem ſine aliqua diminutione perſoluantur.

9 *IBI, Non ſunt domini quotidianarum diſtributionum*: Iſta verba allegari ſolent, pro deciſione illius quæſtionis, An perſonæ eccleſiaſticæ verum ac legitimum habeant dominium fructuum eccleſiaſticorũ, qui pro ſua portione contingunt? de qua differit latè Sot. lib. 10. de iuſt. & iur. quæſt. 4. artic. 3. & latiſsimè habes ſupra in 2. par. in collectan. ad cap. 7. cũ in officiis, de teſtam.

AD TEX. IN CAP. 2. Quicunq. de hæret. lib. 6.

COLLECTAN. 16.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Cadauera hæreticorum, & eorum fautorũ ab eccleſiaſtica ſepultura excluduntur, & iam ſepulta exhumantur.*
2 *Qui dicantur credentes, fautores, receptatores, & defenſores hæreticorum, & qualiter tales puniri debeant.*

1 SICVTI prętioſa eſt in conſpectu Domini mors Sanctorũ eius, ſic mors prauorum & impiorum execranda, & deteſtabilis eſt, vnde quemadmodum ſanctorum mortẽ eccleſia catholica quotidie celebrat, ſic & impiorum & hæreticorum damnare ſolet memoriam, vt & iuſti lętentur, & confundantur iniqui, ex Pſalm. 115. & Prouer. cap. 10. Vnde quia non alij ſepeliri merentur in ſacris locis, quam ij qui in religione Chriſtiana initiati in vera fide, & pœnitentia decedunt, meritò in hoc textu à ſepultura eccleſiaſtica excluduntur cadauera hæreticorum, & eorum fautorum, vt tradit Paul. Grillan. de hæretic. quæſt. 9. numer. 2. Sylueſt. in ſum. verb. ſepultura, numer. 9. Alphonſ. de Caſtro, lib. 2. de iuſt. hæret. punit. capit. 18. verſicul. at cum nullus poſsit. Ioan. Rojas, ſingul. 181. Iacob. Simanc. in enchirid. titul. 62. ex numer. 2. Carrer. in prax. tit. de hæretic. §. nunc de pœnis, numer. 6. fol. 277. Didac. Perez, lib. 8. titul. 4. l. 3. ex pag. 93. verſicul. eſt præterea alia pœna. Franciſ. Pegña, in 3. par. director. ſchol. 102. verſicul. ſed alterum iam caput. Iacob. Simanc. de catholic. inſtitut. capit. 18. ex numer. 7. vbi id fieri debere dicit, cum à fidelium corporibus diſcerni poſſunt cadauera hæreticorum, vt etiam tradit Didac. Spin. in ſpecul. teſtament. in gloſ. 1. princip. numer. 17. aliquando enim euenit, vt ille qui dum viueret erat bonæ famæ & opinionis, de crimine hęreſis poſt mortem conuincitur, & damnatur pluribus pœnis. Quod eo in tempore fieri poteſt propter criminis atrocitatem, & reipublicæ documentum, iuxta ea quæ tradũt Iul. Clar. §. hæreſis, numer. 21. Ioan. Rojas, ſingul. 50. gloſ. verb. poſt mortem, in capit. ſi quis epiſcopus, hoc titul. extra. Ioan. Rojas, ſingul. 134. numer. 9. Iacob. Simanc. de catholic. inſtitut. capit. 18. ex num. 5. & in enchirid. titul. 55. numer. 3. & in titul. 62. num. 3. Franciſc. Pegña, in 2. par. direct. ſchol. 2. & in 3. par. ſchol. 105. Iacob. Simanc. de catholic. inſtitut. capit. 27. numer. 7. Alphonſ. de Caſtro, lib. 2. de iuſt. hæretic. punit. capit. 19. Roland. conſil. 8. volum. 3. numer. 8. Didac. Perez, lib. 8. titul. 4. l. 3. pagin. 85. colum. 1. verſicul. ſecunda pœna ſpiritualis eſt. Ioan. Martinez de Olano, in antinom. in liter. M. ex numer. 61. Et eo caſu dicunt Doctores, quòd ſi oſſa vel cineres illius ſeparari poſſunt à cineribus catholicorũ debent diſcerni, & exhumari à loco ſacro, nam locus ille in quo hæreticus eſt ſepultus vſque adeo inficitur, vt ex hoc textu talis locus omni tempore perpetua careat ſepultura, vt notat Ioan. Rojas, ſingul. 102.

PRIVATIO autem ſepulturæ, quam grauis pœna ſit, & maximè inter fideles, collige ex his quæ habes ſupra in 2. par. in collectan. ad textum in capit. 5. in literis, verſicul. ſepulturam habere nequiuit, de raptorib. & in capit. vbicunq; ſepeliamur. 13. quæſt. 2. Et aduerſus hæreſim dicentium nihil prodeſſe animæ quod corpus in loco ſacro ſepeliatur, eſt videndus Sebaſt. Medic. in ſum. omn. hæreſ. 1. par. verb. ſepultura.

2 *IBI, credentes*. Qui autem dicantur credentes, fautores, receptatores, & defenſores hæreticorum, & de pœnis aduerſus eos, eſt videndus Zanchin. de hæretic. cap. 3. capit. 4. capit. 5. & capit. 6. Sebaſtianus Medic. in ſum. omn. hæreſ. 1. par. quæſt. 9. verſicul. nonum delictum eſt Carrer. de hæretic. §. nunc de receptatoribus. Ioan. Rojas, ſingul. 172. latè Iacob. Simanc. de catholic. inſtitut. capit. 15. ex princip. latiſsimè Didac. Perez, lib. 8. titul. 4. l. 3. ex pagin. 121. colum. 2. verſicul. quæritur decimo tertio. Zanchin. de hæretic. capit. 17. Sylueſt. in ſum. verb. hæreſis, el 1. numer. 10. Franciſc. Pegña, in 2. par. director. ſchol. 56. vſq; ad ſchol. 59. & in 2. par. director. Inquiſitor. ex quæſtion. 50. vſq; ad quæſt. 53. Alphonſ. de Caſtro, lib. 1. de iuſt. hæretic. punition. capit. 17. Iacob. Simanc. in enchirid. titul. 13. vſq; ad titulum 16. Bellug. in ſpecul. Princip. rubric. 11. §. viſo, numer. 20. vbi Camil. Borrel. in additionib. in litera P. Petrus de Aragon. 2. 2. quæſt. 11. articul. 3. ex pagin. 339. ad fin. textus & Doctores, in capit.

capit. 13. excommunicamus. §. credentes, hoc titul. extra.

AD TEX. IN CLEM. Si furiosus, de homicid. in clementin,

COLLECTAN. 17.

SVMMARIVM.

1 *An & quando furiosus propter delictum puniatur pœna corporali, vel sit irregularis, aut peccet?*
2 *Furor qualiter probetur.*
3 *An infans committens delictum, puniatur, & an incurrat irregularitatem?*
4 *An & quando dormiens puniatur ob delictum commissum in somnis, sitq; ob id irregularis?*
5 *An alicui liceat absque aliqua pœna, & irregularitate, aliquem occidere pro sui defensione?*

1 LATISSIMÈ per hunc textum disputari solet à Doctoribus, An furiosus, vel insanus, propter delictum puniatur pœna corporali? vel an sit irregularis, aut peccet? quid etiam in his casibus sit iudicandum quando ante furorem commisit delictum, pro quibus omnibus sunt consulendi Iulius Clar. lib. 5. §. final. quæst. 60. numer. 7. Michael. Graff. lib. 2. commun. opinion. capit. 6. quæst. 4. Ioan. Rojas, singul. 71. Didac. Perez, lib. 8. titul. 13. l. 4. pagin. 262. versicul. fallit etiam. Ioan. Montolin. in promptuar. iuris, verb. furor. Ias. in l. si seruum. ff. si ex noxal. causa, numer. 7. Sebastian. Medic. tract. mors omnia solvit. 1. par. numer. 123. & 127. Didac. Couar. in repetit. istius textus, in 3. par. in init. num. 2. Carrer. in prax. tit. de homicid. §. secundo excusat, ex princip. fol. 164. Auendaño, de exequend. mandat. 2. par. capit. 16. numer. 16. versicul. item iusta causa, pagin. 205. Ioan. Redin, de maiestat. Princip. §. sed etiam per legitimos tramites, numer. 46. Petr. Plaça, de delict. capit. 29. ex princip. Andreas Tiraquel. de pœn. caus. 2. & caus. 3. Anton. Gomez, tom. 3. variar. capit. 1. ex numer. 70. Iacob. Menoch. de arbitrar. cas. 325. Læl. de Zanch. de mil. sacro, lib. 1. capit. 16. numer. 6. optimè Bartholom. Humada, in l. 21. titul. 1. par. 1. in glos. 1. fol. 24. Menchac. controuers. illustr. capit. 96. numer. 31. Guilierm. Benedict. in repetit. capit. Raynuntius, verb. si absque liberis moreretur, el 2. in tract. de exempl. subst. ex num. 22. Iacob. Nouel. in prax. in tractat. ad defensam, ex numer. 37. Baeça de inope debit. capit. 9. ex numer. 1. Didac. Spino, in specul. testament. in glos. rubricę, 6. par. ex numer. 2. pulchrè Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 77. Auendaño, respons. 35.

2 vbi etiam vide qualiter furor probetur, de quo etiam est consulendus Guilierm. Benedict. in dicto capit. Raynuntius, verb. adiectæ impuberi, ex numer. 76. Didac. Couar. in 4. 2. par. capit. 2. numer. 6. Alciat. regul. 1. præsumpt. 38. latè Nauar. in capit. si quando, de rescript. except. 9. & in capit. inter verba. 11. quæst. 3. concluf. 1. numer. 118. pag. 33. Sebastian. Medic. de fortuit. casib. 2. par. quæst. 5. ex numer. 5. optimè Ioseph. Mascard. volum. 2. de probation. concluf. 826. & in concluf. 825. optimè differit, an qui semel furoris morbo laborat, semper præsumatur furiosus? de quo etiam est videndus Petr. Plaça, de delict. capit. 29. numer. 8. Et furiosus qua causa quis fiat, tradit Simon. Maiol. de irregularit. lib. 2. cap. 14. ex principio.

3 *IBI, Aut infans.* An infans committens delictum puniatur? dissernnt Petr. Duefias, regul. 259. Iulius Clar. in dicto §. final. quæst. 60. ex numer. 2. Petr. Plaça, de delict. cap. 32. ex princip. Andr. Tiraquel. de pœn. temper. caus. 7. Anton. Gomez, tom. 3. variar. capit. 1. ex numer. 57. Iacob. Menoch. de arbitrar. cas. 329. latissimè Ioseph. Ludouic. decis. Lucen. 17. Iodoc. Damhouder. in prax. crimin. capit. 84. ex princip. Carrer. in prax. titul. de homicid. §. circa quartum, fol. 163. Ioan. Francis. Fara, de essent. infant. capit. 30. numer. 11. Bartholom. Humada, in l. 21. titul. 1. par. 1. in glos. 4. fol. 25. & habes plura supra, in 2. par. in collectan. ad textum in

in capit. 1. pueris, de delict. pueror. Didacus Couar. in dicta 3. par. in init. num. 5. vbi etiã differit, An incurrat irregularitatem minor committens homicidium? de quo etiam est videndus Mandos. in prax. titul. de ætat. minor. capit. 3. num. 9. Abb. in cap. 1. de delict. puer. numer. 6.

4 *IBI seu dormiens.* An dormiens puniatur de delicto commisso in somnis, sitq; ob id irregularis? tradit Tiraquel. de pœn. temper. caus. 5. ex numer. 9. Iacob. Menoch. de arbitrar. cas. 327. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæst. 60. numer. 13. Ias. l. vt vim, numer. 21. ff. de iustit. & iur. Iacob. Nouell. in prax. §. ad defensam, ex num. 41. Blanc. in prax. § dormiens si homicidium. Petr. à Nauarra, de restitut. tom. 1. lib. 2. capit. 1. num. 75. Carrer. in prax. titul. de homicid. §. quarto ad instar. fol. 165. Anton. Gomez, tom. 3. variar. capit. 1. num. 74. Iodoc. Damhouder. in prax. crimin. capit. 84. ex numer. 9. latè Petr. Plaça, de delict. capit. 31. ex princip. & habes etiam in 2. par. in collectan. ad textum in capit. de infantibus, de his qui fil. occider. Et an semidormientes defectu deliberationis perfectæ excusentur à peccato mortali? tradit Ludouic. Lopez, instructor. consc. 1. par. capit. 2. ex princip. vbi optimè in colum. 13. differit, an dormiens delinquens peccet mortaliter?

5 *IBI, qui mortem aliter.* An & quando alicui liceat absque aliqua pœna & irregularitate aliquem occidere pro sui defensione? est videndus Lib. 4 regul. iuris ciuil. & pontific. pagin. 280. versicul. ampliatur sexto, latissimè Petr. Plaça, de delict. cap. 28. Sebastian. Medic. tractat. de regul. iur. regul. 5. ampliat. 137. Didac. Perez, lib. 8. titul. 13. l. 4. pagin 263. in glos. o defendiendose. Anton. Gomez, tom. 3. variar. capit. 3. ex numer. 20. Carrer. in prax. titul. de homicid. §. quinto excusat. ex numer. 1. fol. 167. Iulius Clar. §. homicidium, numer. 24. & latissimè habes supra in 2. par. in collectan. ad textũ in capit. 2. interfeciſti furem, de homicid. & in 1. par. in collectan. ad textum in cap. non est nostrum. 23. quæst. 5. latissimè Antonius Cordou. in quæstion. theolog lib. 1. quæst. 38. pulchrè Simon. Maiol. de irregularitat. lib. 5. capit. 48. ex numer. 6. vbi figillatim recenset, & prosequitur quam plures declarationes defensionis, vt rectius intelligatur quando quis licitè, & absque irregularitatis labe possit occidere aliquem pro sui defensione.

AD TEX. IN CAP. 1. Beneficium, de regul. iuris, lib. 6.

COLLECTAN. 18.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia ecclesiastica retineri nequeunt absque canonica institutione.*
2 *An Episcopus possit compellere beneficiatos vt ostendant titulos suorum beneficiorum?*
3 *An quemadmodum per regul. de triennali possessore excluditur tertius inquietans in beneficio, excludatur etiam Episcopus?*
4 *Verbum potest, quando inducat necessitatem præcisam.*

1 SATIS expressè probat hic textus canonicam institutionẽ in beneficialibus necessariam esse, vt licitè retineri valeant beneficia ecclesiastica, circa cuius intellectum, & materiam est consulendus Petrus Dueñas, regul. 77. optimè Petr. Rebuf. in capit. postulastis, in glos. verb. pertinere, ex numer. 12. de cleric. excommun. ministr. Ludouic. Gomezius, in regul. 33. cancel. fol. 22. colum. 2. versicul. & sic respondeo. Brunor. à Sole, in quæstion. legal. quæst. 38. ex num. 1. Ioan. Selua, de benefic. 3. par. quæst. 25. ex princip. Lambertin. de iur. patronat. in 2. lib. 3. par. in 2. articul. 3. quæstionis princip. ex numer. 4.

2 EX quibus non ineleganter disputari solet dubium illud celebre, An & per quòd tempus Episcopus possit cõpellere beneficiatos, vt ostendant titulos suorum beneficiorum? quam quæstionem examinant textus in capit. ordinarij, & ibi glos. verb. ordinario-

mariorum, de offic. ordin. in 6. optimè Felin. in capit. licet heli, ex numer. 7. & Anan. ex numer. 27. de simon. Francisc. Rip. in lib. 1. respons. capit. 17. Bernard. Diaz, in regul. 763. & in regul. 236. vbi optimè Salzed. in additionibus. Socin. regul. 430. Paul. Fusc. singul. 88. literæ C. Iacob. Menoc. lib. 3. præsumpt. 132. ex numer. 46. latissimè & pulchrè Ioseph. Mascard. volum. 3. de probat. conclus. 1373. Didac. Couar. in regul. possessor. 2. par. §. 10. ex numer. 9. versicul. hinc & illa. Robert. Marant. de ordin. iudicior. 4. par. dist. 13. num. 6. pag. 303. latè Ioan. Selu. de benefic. 3. par. quæst. 25. versicul. & concludendo. Cosmas, in pragmatic. sanct. titul. de pacific. possessor. in §. ordinarij, in glos. verb. inquirant, optimè Felin. in repert. verbo, Episcopus aut alius prælatus. Alexan. consil. 135. volum. 4. numer. 13. Lib. 5. regul. iur. ciuil. & pontific. pagin. 357. verb. Episcopus potest. & in lib. 18. pagin. 929. iuxta finem. Didac. Perez, lib. 8. titul. 16. l. 3. pag.
3 327. vbi etiam dicit quòd licet per regulam de triennali possessore, excludatur tertius inquietans in beneficio, non tamen excluditur ordinarius. Pro hoc tamen sunt consulendi Didac. Couar. in dicto §. 10. numer. 10. versicul. octaua conclusio, optimè doctissimus Ignatius Salzedus, in additionibus ad Bernard. Diaz, regul. 236. versicul. tertio vltra authorem. Petrus Rebuf. de pacific. possessor. num. 20. versicul. & sic per illum. Sciendum tamen est, quòd quamuis possessor coloratus triennalis non possit inquietari obstante dicto decreto de pacificis possessoribus, si tamen tale beneficium cadit in regalia, hoc est si Rex habet ius præsentandi ad illud, quantocunq; tempore quis possederit, potest inquietari à regalista. vt optimè tradit Carol. de Grass. regal. Francor. lib. 2. iure, 1. versicul. tertium speciale.

4 *IN glos. verb. non potest.* Communiter allegatur hæc glossa ad hoc, quòd verbum potest, negatiuè positum vt hic, inducit necessitatem, & potentiam tollit, quando autem, dictum verbum potest, affirmatiuè, & absque negatione est prolatum siue sit in legibus, contractibus, vel rescriptis numquã inducit necessitatem præcisam, sed causatiuam, vt referunt Ioan. Gracian, regul. 485. Ludouic. Molina, de primogen. lib. 2. cap. 11. ex numer. 11. Sebastian. Vanzius, de nullit. ex defect. iurisdict. ordin. numer. 121. Bernard. Diaz, regul. 487. vbi etiam latè comprobat Salzed. & Caballin. in milleloq. 17. latissimè Ioan. Gracian, regul. 484. Burset. consil. 164. numer. 3. latè Autles, in capit. 3. prætor. in glos. puedan. Lancellot. Gallia, in consuetud. Alexan. in glos. non possit, in princip. ex numer. 2. Ioan. Socarrat. in consuetud. Cathal. capit. item antequam, num. 10. pagin. 86. Paul. Fusc. singul. 57. liter. P. Abb. in capit. quanto, numer. 1. vbi etiam Felin. numer. 1. de præsumpt. Ioan. Gutierrez, in l. nemo potest. ff. delegat. 1. ex num. 145. Bar. in l. fideicommissa. §. hæc verba. ff. delegat. 3. latè Andr. Tiraquel. post leges connub. in glos. 4. ex numer. 1. latissimè Petrus Magdalen. de numer. testium in testamen. 1. par. capit. 10. numer. 101. Alexan. consil. 77. volum. 3. numer. 2. & ibi additio in litera D. Rolan. consil. 80. volum. 3. num. 57. & in consil. 2. volum. 4. numer. 40. Ludouic. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 11. num. 12

AD TEX. IN CLEM. 1. Calumniam, de senten. & re iudicat.

COLLECTAN. 19.

SVMMARIVM.

1 *Plura de materia & intellectu istius textus, & quando executio trium sententiarum conformium diferri possit per appellationem, vel nullitatis exceptionem in contrarium obiectam.*

1 AN & quando executio trium sententiarum conformium differri possit per appellationem, vel nullitatis exceptionem in contrarium obiectam? & plura alia circa materiam & intellectum istius textus tradit & explicat latissimè Couar. in pract. capit. 25. per totum, & in cap. 15. numer. 9. Michael. Grass. lib. 2. commun. opinion. cap. 23. quæst. 36. & quæst. 40. Iafred. Lanfran. centur. 5. concluſ.

concluſ. 471. Felin. in cap. cum super, num. 18. de senten. & re iud. Philip. Decius, in cap. sua nobis, num. 28. de appellat. Alexan. consil. 77. volum. 2. ex princip. Burset. consil. 73. ex num. 1. pulchrè Gasp. Caballin. in addition. ad consil. 18. Antonij de Butrio, in litera B. Sebast. Vanzius, de nullit. in titul. quis possit dicere de nullit. numer. 19. Roman. singul. 291. vbi etiam Gabriel. Saray, in additionibus. Hyppolyt. de Marsil. singul. 10. Capel. Tholos. & ibi Aufred. decis. 431. Felin. in cap. veniens, el 2 num. 17. de testib. Hieron. Portoles, in schol. ad Molin. in §. executio, ex num. 6. Carol. Grassal. regal. Franciæ, lib. 1. iure 13. versic. item facit quod voluit, pagin 135. optimè Brunor. à Sole, in quæstion. legal. quæst. 24. num. 84. Iacobus Menoch. de arbitrar. cas. 9. latissimè & pulchrè Anton. Gabriel. lib. 2. commun. opin. titul. de executione rei iudicatæ, concluſ. 1. Ioan. Gutierrez, in pract. lib. 1. quæst. 96. ex numer. 5. Ioan. Martinez de Olano, in antinom. litera E. num. 23.

AD TEX. IN CAP. 2. Quicunq. §. inhibemus, de hæretic. lib. 6.

COLLECTAN. 20.

SVMMARIVM.

1 *Laici non tenentur disputare de fide catholica, & præcipuè cum hæreticis.*

2 *Sententia excommunicationis quam incurrunt per hunc textum disputantes de fide catholica, An sit canon latæ sententiæ?*

1 STATVIT iste textus nè laici disputare præsumant, publicè, vel priuatim de fide catholica, & maximè cũ hæreticis, de quo & circa istius decisionis intellectum, est videndus Domin. Bañes. 2. 2. quæst. 10. artic. 7. vbi etiam Petr. de Aragon. in dicto art. 7. ex pag. 282. Sebast. Medic. in sum. peccat. 1. par. titul. 2. quęst. 31. & in sum. virtut. titul. de fide, quæst. 14. Francis. Pegña, in 1. par. director. quæst. 10. comment. 25. versic. laicis autem, pag. 75. Nicephor. lib. 8. eccles. histor. cap. 13. Didac. Perez, lib. 8. titul. 4. l. 3. pag. 97. ex colum. 1. ad fin. vers. quo fit quod etiã, & latè ex pagin. 114. versic. quæritur etiam octauo. Iacob. Siman. de cathol. instit. titul. 20. ex num. 1. Alphon. de Castr. lib. 1. de iust. hæretic. punit. cap. 19. Sylvest. in sum. verb. disputare, num. 1. & facit ad hoc textus in l. nemo clericus. C. de sum. Trinit. & ratio ea præsertim est, vt euitetur causa recedendi à fide, quæ per disputationem aliquando euenire solet, & nè hæretici sub specie agni habeant forte facultatem proferendi aliis, quę interius sunt, vel esse cogitant.

ET quamuis non semper liceat cum hæreticis disputare tamen laudabile est contra hæreticos libros scribere piè & doctè, vt refert Michael. de Anision, de vnitat. ouil. & pastor. capit. 20. numer. 6. Iacob. Simancas, de catholic. instit. cap. 20. num. 10. Alphonsi Castro, lib. 1. de iust. hæret. punit. cap. 20.

2 *IBI, innodetur.* Quærit Didac. Perez, in lib. 8. titul. 4. l. 3. pag. 98. colum. 1. post medium, An sententia excommunicationis, quam incurrunt per hunc textum disputantes de fide catholica sit canõ latæ sententiæ, an ferendæ? & concludit quod quando sententia excõmunicationis, profertur per verbum præsentis temporis, est canon latę sententiæ, quando autem per verbum futuri temporis est ferendæ, quæ resolutio confirmatur ex traditis per Ioan. Matienço, lib. 5. recollection. titul. 7. l 8. glos. 2. num. 21. & in tit. 4. l. 3. in glos. 8. Bernar. Diaz, regul. 777. & in regul. 779. latissimè Tiraquel. in l. si vn quam, verb. reuertatur, ex num. 21.

AD TEX. IN CAP. 2. Licet ecclesiarum, de præben. in 6.

COLLECTAN. 21.

SVMMARIVM.

1 *An Summus Pontifex habeat liberam & absolutam potestatem in beneficiis?*

2 *In generali reseruatione beneficiorum facta à Summo Pontifice, an comprehendantur beneficia iuris patronatus laicorum? & quid quando sunt illa iuris patronatus ecclesiastici, vel domini Regis?*
3 *Ius patronatus quando dicatur ecclesiasticum vel laicorum.*
4 *Quæ dicatur Curia Romana.*

1 LATISSIME differunt Doctores per hunc textum, An Summus Pontifex habeat liberam & absolutam potestatem ad libitum in beneficialibus, ita vt etiam beneficia iam collata vni, possit ea ei auferre & alteri dare? pro qua quæstione est videndus Rebuf. in tractat. nominat. quæst. 21. ex num. 54. & in capit. extirpandę. §. qui verò, de præben. versic. concludatis quod, pagin. 379. Ioan. Selu. de benefic. 1. par. quæst. 4. ex num. 20. & latè in 3. par. quæst. 60. Felin. in capit. quæ in ecclesiarum, ex numer. 40. de constitut. Francisc. Sarmient. lib. 1. selectar. capit. 8. num. 25. Pinel. in rubric. 1. par. cap. 2. ex num. 29. C. de resc. vendit. Anton. Gabriel. lib. 3. commun. opin. titul. de iure quęsit. non tollen. conclus. 1. ex num. 9. optimè Aymon Craueta de antiquit. 1. par. §. non omitto, ex num. 33. pagin. 15. Volum. 1. commun. opin. pag. 159. verb. Pontifex. Soarez in thesaur. recept. senten. verb. beneficiorũ suprema. Gigas, consil. 22. numer. 7. & consil. 126. numer. 7. & consil. 127. numer. 11. Alphonſ. Hojeda, de benef. 1. par. capit. 1. num. 10. & pulchrè in capit. 13. num. 58. optimè Bartolom. Humada, in l. 5. titul. 5. part. 1. in glos. 21. fol. 46. Caualcan. 2. par. decis. 25. numer. 3. Ludou. Gomezius, regul. 16. cancell. Innocentij VIII. optimè Domin. Soto, lib. 3. de iust. & iur. quæst. 6. articul. 2. ad 5. argumẽt. Barbat. de prestan. Cardin. 2. par. quęst. 4. num. 7. latè Caualcan. 2. par. decis. 4. ex num. 13. Menoch. lib. 2. præsumpt. 10. ex numer. 18. Bellug. in spec. Princip. rubric. 46. §. donũ appellatur, num. 4. vers. scias tamen quod Princeps ecclesiæ, latissimè Salzed. in additionibus ad Bernard. Diaz, regul. 209. versic. quinto amplia hanc regulam. Iacob. Simoneta, de reseru. benef. quęst. 2. ex num. 3. vbi Paul. Granut. in addit. in litera C. ex nu. 11. Augustin. Beroi, in cap. quoniã, num. 11. de iure patron. AEneas de Falconib. tractat. reseru. in princip. prælud. 2. num. 2. Palat. Rub. in præfation. de donat. inter. vir. & vxor. num. 7. Corras. in paraphr. sacerdot. 2. par. cap. 1. optimè Hyppol. singul. 634. incip. Credo te scire, & in singul. 25. incip. Papa, glos. verb. reiecta, in cap. licet. §. verum, in. titul. de elect. in pragma. sanct. Abb. cap. fin. confir. vtil. vel inutil. ex num. 10. Ias. in l. Barbarius, num. 43. ff. de offic. prætor. Ias. in l. quoties, num. 13. C. de rei vendic. textus & Doctores, in clement. 1. vt lite penden. Abb. in quæst. 1. ex num. 1. & in cap. 1. num. 3. de cleric. ægrot. Rolan. consil. 71. volum. 3. ex num. 11. Cravet. consil. 152. num. 8. Alexan. consil. 2. volum. 1. num. 20. versic. non obstat. Paul. de Castr. consil. 46. volum. 2. num. 4. versicul. dicendum est.

2 CREDO tamen cũ glos. hic, in verb. collatio, quòd in reseruatione generali huius textus, non comprehenduntur beneficia iuris patronatus laicorum, vnde quamuis in curia decedat habens tale beneficiũ, sine præsentatione patroni nõ fieri solet collatio, sicuti si non vacasset in curia, vt per Didac. Spino, in specul. testament. in glos. 4. princip. num. 44. Lapp. allegat. 96. vbi etiam examinat, quid quando illa beneficia quæ vacant in curia essent iuris patronatus, ecclesiastici, vel domini Regis, pro quibus est omnino videndus Cassador. decis. 4. de iur. patron. & in decis. 3. vt lit. pend. & in decis. 1. de dilation. optimè Roch. de Curt. de iure patronat. verb. competens, num. 56. Lãbertin. de iur. patron. in 3. par. 2. lib. in 3. 8. & 13. articul. 9. quæst. princip. ex fol. 203. Francus, in cap. presenti. §. sanè, num. 4. in princip. hoc titul. latè peritissimus & insignis Iurisconsultus. Mandos. in regul. 1. de reseru. quæst. 8. Couar. in pract. cap. 36. num. 2. versicul. hic accedit, & in num. 4. & in, numer. 7. Rolan. consil. 46. vol. 1. ex num. 24. Carol. Molin. in cõsuet. Paris. titul. 1. §. 27. num. 11. Didac. ab Alaba, de concil. 2. par. §. 25. vers. non diffitemur, fol. 84. Rebuf. in prax. benef. in 3. par. signat. in verb. nec nõ iuris patronatus, ex num. 20. & in num. 64. pulchrè Lambertin. de iur. patronat. 1. par. 2. lib. in 22. articul. 6. quæstionis, fol. 50. Petrus Rebuf. in concordat. titul. de mandat. apost. §. declarantes, in glos. dignitates, versicul. fallit quando, pagin. 545. AEneas de Falcon.

Falcon. de reseruation. quæst. 3. numer. 13. latissimè Felinus, in tractat. quando literæ Apostol. noceant, ex numer. 1. & in numer. 5. & in numer. 11. versicul. limitatur tertio.

3 QVANDO verò ius patronatus dicatur ecclesiasticum, vel laicorum, tradit Petrus Rebuf. in concordat. in rubric. de collation. in §. præfatiq; ordinarij, in glos. patroni ecclesiastici. Lambertin. de iur. patronat. lib. 1. par. 1. quæst. 5. per totam. Paulus Fusc. de visit. lib. 2. capit. 10. numer. 3. Aymon. Cravet. consil. 63. numer. 6. Rochus de Curt. de iur. patronat. verb. ius, quæstion. 7. ex numer. 13. Abb. in capit. cum dilectus, numer. 4. de iur. patronat. Didacus Couar. in practic. capit. 36. numer. 2. versic. distinguitur, & in numer. 5. versicul. secundo, illud erit. Petrus Rebuf. tractat. nominat. quæst. 8. numer. 22. in princip. Renat. Choppin. de sacra politia, lib. 1. titul. 7. numer. 21. Lambertin. in dicto 8. articul. dictę 9. quæstionis princip. Ioan. Corras. in paraph. sacerdot. 4. par. capit. 6. numer. 8. Didac. Spino, in specul. testament. in glos. 4. principal. ex numer. 15. in fin. Petrus Rebuf. in prax. titul. de præsentatione & institut. ex numer. 5. Alphonſ. Hojeda, de benefic. 1. par. capit. 24. numer. 113. latissimè & pulchrè Ioseph. Mascard. volumin. 2. de probation. conclus. 957. Petrus Mozius, de contract. in titul. de stipulat. capit. 4. ex numer. 3. fol. 59. Petr. Rebuf. in prax. benef. in 3. par. signat. in verb. nec non iuris patronatus, ex numer. 7.

4 *IBI, in curia Romana.* Quæ autem dicatur curia Romana, sunt consulendi Gemnian. in capit. presenti. num. 4. infra eodem. Ludouic. Gomezius, in regul. 5. cancel. Innocen. VIII. Roman. singul. 146. incip. adde quod. Couar. in pract. capit. 4. numer. 10. Abb. in cap. ego N. num. 6. versic. ex hoc, vbi addit. in litera C. & Felin. num. 9. de iur. iuran. Abb. in capit. dura. num. 2. de crimin. falſ. Didac. Perez, lib. 8. titul. 19. l. 39. pag. 389. versicul. adde vltra auctorem, & in l. 41. pag. 391. in glos. matare a otro. Mandos. in regul. 5. de reseruat, quæst. 2. Rebuf. in prax. in regul. de public. resign. in glos. 2. in princip. & glos. verb. curia, in capit. licet. §. censuit, de elect. in pragmat. sanct. & faciũt etiam tradita per Petr. Rebuf. in additionibus, in regul. cancellar. in regul. 37. in verb. siue in Romana curia, siue extra, optimè Petrus Rebuf. in concord. in titul. form. mandat. apost. in glos. extra Romanam curiam, versic. & aduerte, pag. 637. Mandos. in glos. facultatum, in §. sanè, verb. in Romana curia. pag. 72. Gasp. Caballin. in ægidian. constitut. lib. 2. capit. 32. in glos. A. ex pag. 105. vbi in pagin. 106. tradit alia circa hanc materiam, quem omnino vide.

AD TEX. IN CAP. 3. Si canonici. §. cæterum, de offic. iudic. ordin. lib. 6.

COLLECTAN. 22.

SVMMARIVM.

1 *Antiquissimus est vsus in ecclesia Dei sanctarum imaginum, ac de earundum veneratione & adoratione plura cumulantur.*
2 *Qualiter puniantur imaginum sanctarum contemptores, & eisdem inferentes iniurias.*
3 *Quamplurima Doctorum testimonia referuntur circa venerationem Crucis Domini nostri Iesu Christi.*

1 VETVSTISSIMVS est in ecclesia Dei & à sanctis patribus comprobatus vsus, quo sanctarum imaginum pictarum earundemq; adoratio pluribus testimoniis cõfirmatur, sic Nicæna synodus secunda, quæ inter œcumenicas septima est, in rebus sacris imagines sanctorum enumerat, & idem habetur in sexta synodo generali Constantinopolitana, & in tribus Conciliis Lateranens. sub Gregor. II. & III. & Stephano III. & in Concil. Tridentin. Sess. 25. in decreto de inuocat. venerat. & reliq. sanctorum, & latissimè & pulchrè id probant ex quam plurimis testimoniis Simon. Maiol. de sacr. imagin. per tot. & maximè centur. 13. ex capit. 14. cum sequentibus, & centur.

tur.7.cap.2.& cap.4. Conrad.Brun. in lib. de imagin. per tot. optimè Iacob. Simanc. de catholic.inſtitut.capit.33.ex princip.Rodulph. Cuperſ.in capit. oportebat. 79. diſtin.§.modo capitur, ex numer. 49. pagin. 100.Alphonſ.de Caſtro,lib.8.aduerſ.hæreſ. verb.imago.Sebaſtian.Medic.in ſum.omn. hæreſ.1.par.verb.imago.plura congerit peritiſsimus & religioſiſsimus Doctor Franciſc.Suarez, in 3.par. D.Thomæ,quæſt.25. articul.3.diſputat.54.per ſeptem ſectiones, ex pag. 746. Guilelm. Durand. in ration. diuin.offic. lib.1.capit.3. Martin. de Ayala. 3.par.capit.de antiq.imagin, ex fol.154.latiſsimè & plura congerit Petrus Caniſius, in doctrin.Chriſtian.capit.3.§.9.per totum ex pagin.101. latiſsimè Robert. Belarmin. in diſputation.fidei cathol.controuerſ.7.lib. 2.per totum.Anton.de San Roman, in lib. conſuelo de peniten.2.par. tract.2.cap.3. & capit. 4.Paul.Fuſc.lib.1.de viſit.capit.9. Sebaſtian.Medic.in ſum.decreti de conſecrat. diſt.3.articul.7.Prateol.lib.3.capit.34.Hieronym.Roman.lib.4. de la republic. Chriſtiana, capit.7.ex fol. 199. Alphonſ. Azeued.ad reg.conſt. lib.1.titul.1.l.3.ex principio. Genebrard. lib.3. chronograph. anno 794. optimè Gabriel. Putherbeus, de expungen.& tollen.malis libris,in lib.1.pagin.99. Bartholom. Medin.1.par.inſtruct. de confeſ. cap. 14.§.1. poſt medium. Dominic. Sot.lib.2.de iuſtit.& iur.quæſt. 4.articul.2.verſicul.circa ſecundum autem membrum.Et de vltione quadam diuina in imaginum contemptores, eſt videndus Simon. Maiol. ſupra, centur. 13. capit.25. Has tamen imagines ſanctorum ita veneramur, non vt eis cultum Diuinum præſtemus,ſed vt in ipſis colamus eos quos repreſentant, nam & honor qui imagini exhibetur, non quidem inanimatæ tabulæ,ligno, lapidi,aut coloribus, ſed ei qui apud Deum beata vita fruitur, & pro nobis apud Deum intercedit præſtari intelligitur,ex Conrad.Brunor, de cœremon.eccleſ.lib.6. cap. 7. pag. 206. Vvalafred. Strabonis, de exordiis rerum eccleſ.capit.8. Bartholom. Medin. & multi ex Doctoribus ſupra allegatis. Prateol.lib.9.capit.6.pagin.224. Concil. Trident.in dicta Seſ. 25. in decreto de inuocat. venerat.& reliq. ſanctor.Michael.Andrea, de apparition. ſpirit. in appendice, capit. 2. ex principio. Alphonſ. Azeued. in dicta leg. 3.num.4.Michael. Timoth. de viſitan.eccleſ.lib. 2. tractat.1. capit. 34. Petrus Caniſius, vbi ſupra. Simon.Maiol.de ſacr. imaginib. centur.7. cap.2. vnde verſus, Effigiem Chriſti cum tranſis pronus adora, Non tamen effigiem, ſed quod deſignat honora.

2 ET qualiter puniantur imaginum ſanctarum contemptores,& eis inferentes iniurias:vltra alios ſupra allegatos erit videndus Nicol.Boer.deciſ.301.ex numer.17. Iacob.Simanc.de cathol. inſtitut. capit.33.ex numer.17.Iulius Clar.lib.5.§. fin.quæſt.68. numer. 19. optimè Alphonſ. Azeued. ad regias conſt.lib.1. titul.1.l. 3. ex num.6. Iacobus Menoch.de arbitrar.caſ.376. Iacob. Simanc.in enchirid. titul.10. Paul. Fuſc. in dicto lib. 1. capit. 9. numer. 9. latè Anton. de San Roman, ſupra 2.par.tractat.2.capit. 9. Ioan. Rojas, ſingul.98.num.7.in fine.

3 ET plura de veneratione Crucis Domini noſtri Ieſu Chriſti,cumulant Damaſcen. lib. 4. de orthodoxa fide, capit. 12. Sebaſt. Medic. in ſum.omn.hæreſ.1.par.verb. adoratio.Alphonſ. de Caſtro,aduerſ.hæreſ.lib. 1. verb. adoratio, in prima hæreſi. Prateol. de vitis & ſect.omn.hæretic.lib.9. capit. 6. Anton.de San Roman, in dicta 2. par.tract. 2. capit. 11. optimè Cordou. in quæſtione theol. lib.1.quæſt.5.dub.5.& dub.10. Mich. Andrea, de apparit.ſpirit.ex §.411.Hieronym.Roman.lib.4.de la republic.Chriſtia. cap.7.ex fol.202.Sylueſt.in ſum.verb.latria ex num.2. verſic. & ſeptimo. latè Conrrad. Brunor, de cœremon. eccleſ.lib.3.capit. 5. pulchrè Franciſc. Suarez, in 3. par. Sancti Thom. quæſt. 25. articul. 6. diſputation.56. ex ſectione 1. ex pagin. 772. Guilelm. Durand. in ration. diuin. offic. lib.7. capit.11. Paul.Fuſc.lib.1.de viſit.capit.9.numer. 6. Sebaſtian. Medic. in ſum. decreti, de conſecration.diſtin.3.articul.5. latiſsimè Chaſſen.in catal. glor. mund. 1. par. concl. 98.& concluſ.99.ex fol.31. Didac. Perez, lib.1.titul.1.l.4.in gloſ.haga figura de Cruz. Martin. de Ayala, de tradit.eccleſ.3.par. capit.de venerat.reliquiar. ſepulchrorum, & baſilicarum ſanctarum, fol.149.verſicul.inter reliquias, & in dicta 3. par. capit. de antiquitate imagin. fol. 156. verſicul. tertius, canon. latiſsimè Simon. Maiol. de ſacris imagin.per tot.librum, & maximè centur.13.ex cap.3.& centur.5.ex cap.10. & cẽtur.3.ex cap.4.& centur.7.ex capit.4.Florentin.2.par.hiſtor.titul.14. capit.5.§. 2. Et miraculum quoddam quod à Chriſti imagine percuſſa ſanguis fluxit, referunt Simon. Maiol.ſupra centur.13.cap.2.Iacob.Menochius,de arbitrar. caſ.376. num.5. Chaſſen. conſil.1.præſup.5.numer.70. pulchrè Anton. San Roman, in dicta 2.par.tractat.2.cap. 9. verſicul. pero pues. Et tandem de cultu & veneratione ſanctarum Imaginum,& ſanctiſsimæ Crucis extat conſtitutio ſynodalis,25. & 26. celebrata à Reuerendiſsimo Domino D.Michael.Cercito, Epiſcopo Barbaſtrenſi diuinarum, atq; humanarum literarum peritiſsimo,magnaq; commendatione digniſsimo : extat etiam ad hoc, & alia conſtitutio condita ab Illuſtriſsimo Domino D.Ioan.de Ribera, Archiepiſcop. Valent.vitę ac morũ ſanctitate clariſsimo,in ſynod.Diœceſ.anno 1578.act.1.§.cũ is honor pag. 46. & plura alia circa venerationem quæ debetur veſtibus ſanctorũ habes ſupra in 2.par. in collectan. ad textum in capit.1. audiuimus,de reliquiis,& veneratione ſanctorum.

AD TEX. IN CAP. 5. In fidei fauorem,de hæretic. lib. 6.

COLLECTAN. 23.

SVMMARIVM.

1 *An ſocij,& participes criminis poſſint eſſe teſtes? & quid in crimine hæreſis ſit in hoc ſtatutum?*

2 *An excommunicatus ſit idoneus teſtis aduerſus hæreticum?*

1 QVAMVIS regulariter non admittantur in teſtes ſocij, & participes criminis, iuxta textum in cap. veniens, el 1. de teſtib.cap.1.de confeſ.& in l.10.quoniam liberi.C.de teſtib.& referunt Anton. Gomez, tom.3.variar.cap.12.num.16. Socin. regul. 517.Hyppol.ſingul.209.Volum.1. commu. opin.pag.223. verb. in teſtem non admittitur ſocius.Boer.deciſ.319. Iul.Clar.lib.5. §. final.queſt.21.ex num.3.verſicul.dictum ſocij.Petr. Rebuf. tract. de reprob.& ſaluat. teſt.num.483.Iacob. Menoch. de arbitrar. caſ.474.ex numer.13.Gigas, de crim. leſæ maieſtat.lib.2.quæſt.5.Rolan. conſil.51.vol. 1.ex numer.25.Natta,conſil.665.numer.12. Ioan.Rojas, ſingul.192. in princip. Philip. Decius, conſ.188.num.7.& ex num.9.Speciale tamen eſt in crimine hæreſis per hunc textum, in quo admittuntur teſtes ſocij,& participes criminis aduerſus hæreticos, defenſores, receptatores, & cæteros omnes ſuſpectos de fide, hoc autem quemodo intelligatur,& plura circa materiam,& intellectũ iſtius textus colliges ex his quæ referunt Iacob.Simanc.de cathol.inſtitut.capit 64.ex numer.36. Boſsius, in prax.titul. de hæretic.ex numer. 2. Gundiſal. Villadieg. de hæretic.quæſt 13.Felin.in capit.teſtimonium,num.22. verſic. tertio limitant, de teſtib. Iuſtus Reuberius, de teſtib. 2. par. ex num.94.Didac. Spino,in ſpecul.teſtam.in rubric.12.par.numer.35.Ioan.Rojas,ſingul. 84. & latiſsimè ſingul.189.& optimè in ſingul.192.Reper.Inquiſit.verb.teſtes,verſic. circa prædicta, pagin.736.Andr. Tiraquel. de pœn. temper. cauſ.49. ex numer.24. Franciſc. Pegña, in 3. par. director. ſchol. 121.122.& 124. & in quæſt.69.aliàs in comment.113.Iacob.Simanc.in enchirid. capit. 35.ex numer. 17. & in tractat. contra Zanchin.capit.2. Anton. Gomez,in dicto tom. 3. variar.capit.12. numer. 16. verſicul. adde tamen, latè Ioan. Corraſ. lib. 5. miſcellan. capit. 20. Ioan. Rojas.2.par. de hæretic. aſſert.7.ex numer.153. Palat.Rubeus, in allegat. de hæreſi.§.15.Nauar.manual.latin. capit.18.numer.58.Iacob.Menoch. de arbitr. caſ.474.numer.28.Gigas, in dicta quæſt.5. verſic.tertio fallit.

2 SIMILITER aduerte per hunc textum, excommunicatum produci poſſe in teſtem aduerſus hæreticum,qui aliàs non eſt teſtis idoneus, pro quibus ſunt conſulendi textus & Doctores in capit. decernimus,de ſent.excommun.in 6.Rojas ſingul. 58.Felin.cap.veniens,el 2. numer.4.de teſtib. latiſsimè Philip. Portius, lib.4.com-

mun.opin.concluſ.16.Petr.de Moncada,in addition.ad Crot.tractat.de teſtib.4.par.ex numer.191.pag.405.

AD TEX. IN EXTRAuagan.1.& 2. regimini, de empt.& vendition.

COLLECTAN. 24.

SVMMARIVM.

1 *An ſit licita annuorum reddituum emptio, & cum quibus conditionibus?*
2 *De iuſto pretio reddituum annuorum.*
3 *An ſi non ſoluantur annui cenſus, res ſuper quam conſtituti ſunt cadat in commiſſum?*
4 *An annui cenſus inter bona mobilia connumerentur?*
5 *An contractus cenſualis conſtitutus ad rationem 14.pro millenario, iuſtè ematur pro 10.vel 12.pro millenario?*

1 QVAERVNT doctores, an annuorum reddituũ, vel cenſuum emptio & venditio ſit licita? & cum quibus conditionibus, pro quo quidem eſt videndus Didac.Couar.lib. 3.variar.cap.7.ex num. 2. Dominic. Sot. de iuſtit.& iur.lib.6.quæſt.5.per totam.latiſsimè Ioan.Medina.C.de reſtitut.titul. de cenſib.ex fol.154.Anton.Bernad, in ſum. cap. 18.numer.237.Chaſſen.catal.glor.mund.12. par.conſid.99.poſt medium,verſic.aduerte tamen.Paul.de Caſtro,conſil.289.volum.1. Chaſſen. conſil.63.ex princip.Bartholom. Medin.1.par.inſtruc.de confeſ.capit.14.§. 26. Alciat.lib.12.parerg.capit.6. Petr.Rebuf.tom.2.titul.de conſtitutionib.redditũ, in gloſ.1. ex num.1. pag.399. Mercado, de contract.lib.4.capit. vltimo, de los cenſos, ex fol.232. latè Brunor à Sole, in quæſtion. legal.quęſt.2.& quęſt.3.& optimè in quęſt. 4.Didac.Spino,in ſpecul.teſtam.in gloſ.rubric.13.par.num.36.Ioan. Matienço, lib.5. recollect.titul.15.l.1.gloſ.1.num.3.Franciſc. Garcia.2.par.contract.cap.3. & in capit.4. ex pag.73. Tiraquel.de retract.linagier.§.1. gloſ.6.ex num.15. Volum.1.commun.opin. pag.13.verb.annui reditus.Ioan.Garſia,de expenſis & melior.cap.9.ex numer.73. Ioſeph.Angles, flor.Theol.in quæſt.de cenſibus, ex pag. 300. latè Rodoan. de reb. eccleſ.non alienan.ex pag.107.in fin. vbi etiã refert Motum Proprium Pontif. Pij Quinti, ſuper forma creandi cenſus, qui incip. cum onus Apoſtolicæ ſeruitutis. Dat. anno 1568. xiiij. calen.Februar.quem refert etiam Nauar.in man.latin.cap.17. ex num. 232.& ipſum declarat Burſat. conſil. 214. vbi etiam videbis huiuſmodi conſtitutiones Martini Quinti, Nicolai Quinti,& Calixti Tertij,ſuper cẽſibus promulgatas quo modo procedant, de quorũ intellectu & materia diſſerit latiſsimè Michael.Palacio, de contract.lib.4.capit.6.& capit.7. Franciſc. Garcia, in dicto cap.4.Petr.Salazar,de vſu & conſuet.cap.11.numer.72.& ex num.74. Ludouic.Beja, reſponſ.caſ.25. Caualcan. 2. par.deciſ.2.num.48.

2 ET de horum contractuum iuſto pretio ſunt conſulendi Domin.Sot.in dicta quæſt. 5.artic. 2. verſicul. de pretio autem. Couar. lib.3.variar.cap.9.num.5.& 7. & in cap.10. ex num.2.Beltran. conſil.318.lib.3. num. 2. Ioan.Matienço,in dicto titul.15.l.6.in gloſ. 2.& in gloſ.4. Tiraquel. ſupra num. 17. & 19.Pinel.l.2.3.par.cap.4.num.29. C.de reſcin. vendit. Gaſpar. Caballin. in ægidian. conſtit.lib.1.cap.17.in gloſ. A. num.2. pag. 30.& alij ex Doctoribus ſupra allegatis (& latè de omnibus ſupradictis, & de materia horum iurium diſſerunt Didac. Perez.lib. 8. titul.2. in rubric. pagin. 28. ex colum.2. & in pagin.32. colum.2. in princip. vbi etiã examinat, An conſtitutiones Principum reducentes cenſus ad certam taxam obligent clericos & eccleſias?) Auendaño reſponſ. 12. num.3. verſic. & eſt in conſideratione, vbi tradit regulam qua cognoſci poſſit quod ſit iuſtum pretium horum cenſuum quam ſequitur etiam Franciſc. Garcia, in dicta 2.par.cap.4.verſicul. algunos Doctores,pagin.131.

3 ET ſi non ſoluantur annui cenſus, an res in qua conſtituti ſunt cadat in commiſſum? tradit Couarru. lib. 3. variar. capit. 7. numer.1. verſicul. ſolet tamen. Didac. Perez,

rez, ſupra,pagin.36.colum.1. pulchrè & latiſsimè Ioan.Gutierrez in pract.lib.2.quęſt. 168.ex princip.Dominic.Sot.in dicto articul.2.colum.3. iuxta fin. Ioan. Martinez de Olano, in antinom.in litera A. numer. 97. Ludouic. Meſsia, in pragmatic. taxæ pan. concluſ. 6. numer. 124. de qua quæſtione etiam habes ſupra in 2. par. in collectan. ad textum in capit.potuit, de locat. vbi etiam vide in quibus differant iſte contractus, & emphyteoſis.

4 ET huiuſmodi annui cenſus, an inter bona mobilia vel immobilia computentur? tradit Bellug. in ſpecul.Princip.rubric.13. §. reſtat. numer. 8. vbi Camil. Borrel. in addition.in litera A. Philip.Portius,in lib. 3.commun.opinion.concluſ.11.pagin. 997. Ioan. Gutierrez, in pract.lib.2.quæſt. 146. numer.2. Barthol. Humad. l.1. titul. 17. par. 2. in gloſ. 2. numer. 1. fol. 155. in fin. Caballin.in milleloq.217.numer.1. Iacob. Menoch.conſil.29.numer.16. Volumin.1.commun.opin.pag.13.verb.annuos redditus, & in pag.182.verb.redditus annui. Iacob.Menoch. de arbitrar. caſ. 233. Ioan. Matienço, lib.5.recollect.titul.9.l.2. in gloſ.1.num.83. & in titul.11.l.7.in gloſ.1.num.18.& 22. Tiraquel.de retract.linagier.§.1. gloſ.6.ex nu. 3.Auendaño,reſponſ.23.numer.1.

5 AN autẽ contractus cenſualis cõſtitutus ad rationẽ 14. pro millenario iuſtè & ſine vſuræ labe poſsit emi pro 10. aut pro 12. pro millenario? eſt vidẽdus Ioan.Martinez de Olano, in antinom. in litera A. ex num. 113.Michael.Palac.in dicto lib.4.cap.7.verſic.hæſitat aliquis,pag.318. Couar.lib.3. variar.cap.10.num.3.verſic.ſed de illa. Barthol. Medina.1.par.inſtruc. de confeſ.cap.14.§. 26. verſic. pero preguntaſe. Ioan. Gutierrez, in pract.lib.2.quæſt.171.ex princip. & pulchrè in quæſt.173.per tot. Anton. Cordou.tractat.caſ.de conſcien.quæſt.79.Mercad.dicto lib.4. capit. vltim. de los cenſos, verſic.cerca deſta pragmatica, fol.235. Alphonſ.Azeuedo,in lib.5. nouæ recopil. tit. 15.l.fin.ex num.1.fol.362.optimè Petr.Salazar, de vſu & conſ.capit.11.num.93. & quidem dubitandi rationem faciunt verba cuiuſdam Motus Proprij Pij Quinti, de quo Nauar.in manual.lat.cap.17.num.236. verſ. declarantes pretium,circa cuius Motus Proprij interpretationem, aliqua tradit Petrus Salazar,de vſu & conſuet.cap.8.ex numer. 45.& Gutierrez, in dicta quæſt.173.ex numer.6.in fine, & latiſsimè in quæſt.176. & quæſt.177.

AD TEX. IN CAP. 5. Romana,§. in vniuerſitatem, de ſentent. excommu.lib.6.

COLLECTAN. 25.

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſitas vel collegium excommunicari non poteſt,quamuis ſinguli de vniuerſitate excommunicari valeant.*
2 *Vniuerſitas non cadit in periurium.*
3 *Dictio penitus, an ſit canon latæ ſententiæ vel ferendæ?*

1 HABES ex hoc textu, vniuerſitatem,vel collegium excommunicari non poſſe, quamuis ex cauſa poſsit ferri excommunicatio in ſingulos de vniuerſitate, vel de collegio,vt referunt Abb.in capit. P. & G.num.4.de offic.delegat.Felin. in cap. eã te, num.14. propè fin. de reſcript. Abb. in cap.dilectus filius, el 2. num.12.vbi Felinus, num.6.& Anan. num.11. de ſimon. Couar. lib.2.variar.cap.8.num.9.Auiles,cap.1.prætor.in gloſ. de ninguna perſona, numer.7. Chaſſen.conſil.1. præſup.5.ex num. 37. Felician. de cenſur. titul. de excommunicat. cap.26.verſic.animaduertat, pag. 102. Ioſephus Angles, flor. Theolog.in quæſt.de excommunicatione, pag.49.verſic. duæ ſunt. Domin.Sot.in 4.diſt.22.quæſt.2.artic.2.verſic.at quia de iis, pagin.957.Nicol.Plouius, de irregularit.cautel.1. num.1. in volum.16. tract.Læl.Zecchus,de caſ.reſer. caſ.1.num. 5.verſicul.præterea. Sylueſt. verb. excommunicatio, el 1. numer. 10. Felin. in capit. dilecte in Chriſto, numer. 6. de exceptionib.vbi etiam Sebaſt. Sapia, in additionib. ad Abbat.in numer.2. in litera B. Alphonſ. Hojeda, de benefic.1.par.capit.23.num.111.

& ratio communiter ea assignatur, quia vniuersitas non habet animam, nec venit appellatione personæ cui inhæret excommunicatio, vt post alios supra tradit Nauar. manual. latin. capit. 27. numer. 13. in principio, & in capit. ita quorundam, notab. 8. num. 7. de Iudæis. Seraphin. de Seraphinis, de priuileg. iurament. priuileg. 83. numer. 28. vbi per hanc rationem dicit ex Cornel. consil. 127. volum. 2. colum. antepenul. in principio (quamuis sub dubio) quòd vniuersitas potest præscribere cum mala fide, quia textus in capit. quoniam omne, de præscript. & in capit. possessor malæ fidei, de regul. iur. in 6. fundantur ratione peccati respicientis animas possessorum, quòd peccatum nõ potest cadere in vniuersitate.

2 ET hinc etiam est, quòd quamuis vniuersitas veniat contra iuramentum non efficitur periura, quia cum sit res sine anima, in ea non potest cadere periurium, ex Marant. de ordin. iudic. in 6. par. titul. de appellation. numer. 105. Natta, consil. 548. numer. 45.

3 *IN glos. penitus.* Ait hæc glossa, quod quamuis in hoc textu penitus prohibeatur proferri sententia excõmunicationis in vniuersitatem, vel collegium, si tamen lata fuerit tenet, & hanc glosam refert Andræas Tiraquel. in l. si vnquam, verb. reuertatur, numer. 108. C. de reuoc. donat. est tamen videndus Sylvest. verb. excommunicatio, el 1. numer. 10. Vnde non leuis extat difficultas apud scribentes, an dictio ista penitus sit Canon latæ sententiæ vel ferendæ inducatq; dispositionem pœnæ ipso facto, an verò post sententiam, & plura alia circa hanc dictionem, penitus colliges ex Philip. Decius, in capit. cæterum, numer. 25. de rescriptis, vbi addit. in litera B. & in capit. ex ratione, numer. 26. de appellation. vbi etiam addit. in liter. D. Corset. singul. 208. numer. 1. Gabriel. Saray, in addit. ad Mates. singul. 111. numer. 18. latissimè Andr. Tiraquel. in dicta l. si vnquam, verb. reuertatur, ex numer. 105. Alexand. in l. qui vsumfructum, num. 7. ff. de verbor. obligat. Iacobus Menoch. de adipis. possess. remed. 4. num. 19. & de recuperand. possess. remed. 14. numer. 5. Natta, consil. 63. numer. 16. & in consil. 147. num. 16. Ruyn. consil. 117. volum. 3. num. 7. & consil. 41. volum. 3. num. 8.

AD TEX. IN CAP. 1. Pro humani, de homicid. lib. 6.

COLLECTAN. 26.

SVMMARIVM.

1 *Assassinium quid sit? & de eius probatione, pœna, & materia, & an in eo crimine puniatur conatus, etiam si non sequatur effectus, clericusq; etiam non degradatus pro hoc crimine, an puniri possit à iudice laico?*

1 ASSASSINIVM quid sit? & de eius delicti probatione, pœna, & materia, & an in eo crimine puniatur conatus etiam si non sequatur effectus, clericusq; pro hoc crimine? an puniri possit à iudice laico? est videndus Ioseph. Mascard. vol. 1. de probatio. conclus. 137. & in conclus. 138. Iul. Clar. §. assassinũ, per tot. Iodoc. Damhouder. in prax. crimin. cap. 83. Bernar. Diaz, in prax. canonic. cap. 91. Petr. Plaça, de delict. cap. 19. Remigius de Gosii, de immun. eccles. fallen. 15. Carrer. in prax. titul. de homicid. §. circa igitur tertium, ex fol. 137. latissimè Francisc. Viuius, in sylua commun. opin. 74. latissimè & pulchrè Ioan. Maria Monticell. in prax. criminal. regul. 8. de assassinio; Anton. Gomez tom. 3. variar. cap. 3. ex num. 10. Tiraquel. de pœn. temper. caus. 37. numer. 4. Menoch. de arbitrar. cas. 360. ex numer. 39. Anton. Gabriel. lib. 7. commun. opinion. titul. de criminalibus, conclus. 1. Didac. Perez, lib. 8. tit. 13. l. 12. in glos. a traycion. Paul. Fusc. singul. 192. in litera C. Ioan Arnono, singul. 22. incip. volo tibi. Felician. de censur. titul. de depositione, ac degradat. capit. 14. pagin. 323. verficul. immò aliqui volunt. Capiz. decis. 112. & decis. 155. Chasseneus, in consuetud. Burgun. rubric. 1. §. 5. verficul. si nagrace, num. 50. col. 193. Thom. Cerdan, in lib. visita de la carcel. capit. 13. numer. 15. Bursat.

Bursat. consil. 152. volumin. 2. & in consil. 201. volum. 2. Couar. lib. 2. variar. capit. 20. ex num. 9. & in clemen. 1. 2. par. in init. num. 6. & 9. Brunor. à Sole, in quæstion. legal. quæst. 16. ex numer. 34. & latissimè & pulchrè in quæst. 34. per tot. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæst. 36. ex num. 29. Volumin. 1. commun. opin. pag. 17. verb. assassini omnes, & in pagin. 108. versic. idem laicus potest punire. Bonacos. in commun. opinion. crimin. verb. attentatio si non sequatur. AEgid. Bossius, in prax. titul. de mandato ad homicid. ex num. 13. Angel. de malefic. verb. & Sempronium Rodulphi Barbitonsorem, ex numer. 3. fol. 37. Grammat. decis. 2. ex num. 25. Bonacos. commun. opinion. crimin. pagin. 458. verb. clericus assassinus, latè Aretin. consil. 163. incip. sicut Ioannes dicit, ex col. 9. Felician. de censur. titul. de deposit. & degradat. cap. 14. versic. clericus assassinus, pag. 323. Anton. Bernad, in sum. capit. 32. numer. 84. Sebastian. Medic. in sum. peccat. 2. par. tit. 9. quæst. 78. num. 17. Volum. 1. commun. opinion. pag. 296. verb. homicidiũ qui. Nauar. man. latin. cap. 27. num. 135. versicul. vigesimo nono. Alexand. consil. 166. volum. 7. ex num. 1. Anton. Scap. de iur. non script. lib. 1. cap. 5. ex num. 4. & latissimè lib. 5. cap. 140. Læl. de Zanchis, de priuileg. eccles. 79. priuileg. ex num. 7. Flamin. Chartar. de execut. senten. capto bannit. cap. 1. ex num. 285. Bartholom. Humada. l. 56. titul. 5. par. 1. glos. 9. num. 2.

AD TEX IN CAP. 12. Vt commissi, in §. aduocando quoque, de hæretic. lib. 6.

COLLECTAN. 27.

SVMMARIVM.

1 *Quare ab Inquisitoribus nominentur consultores?*

2 *An Inquisitores sequi teneantur consilium consultorum?*

1 ISTI assessores, qui consultores etiam nominantur, ab Inquisitoribus conuocantur vt in causis fidei consilium eis præbeant vt per istum textum tradit Lucer. Inquisit. verb. Inquisitor. nu. 21. & in verb. aduocatus, num. 2. Cum enim de rebus grauissimis deliberandum persæpè sit, necesse est plures viros sapientes conuocare, vt consilium præbeant oportunũ, nam ibi erit salus vbi multa consilia Prouer. cap. 11. & cap. 24. & in capit. 13. qui cuncta agit cũ consilio regitur à sapientia, & in cap. 15. dicitur dissipantur cogitationes, vbi non est consilium, vbi verò sunt plures cõsiliarij, cõfirmatur, & quòd à pluribus quæritur sapientibus, facilius inuenitur, ex capit. de quibus. 20. dist. cap. extra conscientiam 64. dist. & perfectissima veritas per amplieres homines reuelatur, vt inquit l. final. in fin. C. de fideicom. & integrum est iudicium quòd plurimorum sententiis confirmatur, capit. causam matrimonij, capit. prudentiam, de offic. deleg. & probat Tiraquel. de pœn. temper. caus. 51. num. 63. & 64. Isti autem assessores, an aliquod salarium petere possint? examinant Ioan. Rojas, singul. 15. Iacob. Simanc. de cathol. institut. cap. 41. num. 13. & in enchirid. titul. 19. num. 4. Lucer. Inquis. verb. aduocatus, numer. 3.

2 QVAERI tamẽ solet, an Inquisitores horum consultorũ consilium sequi teneantur? pro quo est videdus Arnal. Albertin. de agnos. assert. quæst. 26. ex num. 11. Rojas, de hæretic. 1. par. ex num. 409. & in 2. par. assert. 11. num. 166. & in singul. 99. versic. Inquisitores. Simanc. de cathol. institut. cap. 41. num. 14. Azeuedo, ad cur. Pisan. lib. 4. cap. 6. num. 116. Tabiensin sum. verb. consiliũ. §. 1. & in verb. Inquisitor. §. 11. Lucer. Inquisit. verb. aduocatus, num. 4. & ibi Francisc. Pegña, in addition. & in 3. par. direct. schol. 132. Ex quibus vt verius colligè hoc consiliũ, quòd requirunt Inquisitores necessario sequi non teneri, quando enim à non participe officij petit quis consilium, non tenetur sequi eum necessario sed tantũ vt vtilius officiũ exequatur, & ad hoc cõsultores admittuntur, nã Inquisitorũ est iurisdictio, & non cõsultorũ, vt ipsi Inquisitores auditis peritorũ suffragiis accusatorumq; meritis radicitus inspectis fidei causas melius & certius definire

nire valeant, nam vt dixi qui consilium ab aliquo petere tenetur minime adstringitur illud sequi, iuxta ea quæ tradit Couar. in 4. 2. par. capit. 3. §. 8. numer. 3. optimè Abb. in capit. cum in veteri, numer. 12. de elect. Bursat. consil. 90. ex numer. 15. Anton. de Burgos, in repetit. rubricæ, de constitution. numer. 107.

AD TEX. IN CAP. 2. Quicunq, §. hæretici autem, de hæret. lib. 6,

COLLECTAN. 28.

SVMMARIVM.

1 *Filij catholici propter hæresim parentum quibus bonis & beneficiis priuentur, & an hoc iustè constitutum sit à iure?*
2 *An in pœnis istius textus comprehendantur tantùm filij nati antequam eorum patres in hæresim laberentur? an etiã postea nasciturí?*
3 *Fautores, & receptatores hæreticorum non solum ad beneficia obtinenda, sed etiam ad iam obtenta sunt incapaces.*
4 *An filius accusans patrem suum hæreticum, liberetur à pœnis istius textus?*
5 *An filius teneatur accusare, vel denunciare patrem suum hæreticum etiam occultum?*
6 *An filius accusatus à proprio patre, vel pater accusatus à proprio filio mitiori pœna puniatur quam si fuisset accusatus ab extraneo?*

1 COLLIGE filios hæreticorum propter suorum parentum hæresim esse inhabiles ad omnia officia, & beneficia ecclesiastica recipienda, de quo, & vtrum iustè priuentur omnibus bonis paternis quæ iure hæreditario eis competere possunt, & similiter an rectè filij puniantur à iure pro delictis suorum parentum? est videndus Alphons. Castro, lib. 2. de iust. hæret. punit. cap. 10. Petr. de Aragon. 2. 2. quæst. 11. artic. 3. pagin. 353. versicul. circa eandem pœnam. Ioan. Rojas, de hæretic. 2. par. assert. 42. ex num. 336. & in singul. 66. Iacob. Simanc. de cathol. institut. cap. 9. ex princip. & latissimè in capit. 29. Couar. lib. 2. variar. cap. 8. ex num. 2. Palat. Rub. de reten. Regn. Nauar. 5. par. ex §. 7. Lib. 6. regul. iur. ciuil. & pontific. pagin. 449. versicul. limita secundo. Alphons. Hojeda, de benefic. 1. par. capit. 23. ex num. 97. & capit. 24. num. 6. Simanc. in enchirid. capit. 63. Didac. Perez, lib. 8. titul. 4. l. 3. pagin. 98. colum. 2. in princip. Alphon. de Azeuedo, ad cur. Pisan. lib. 1. capit. 12. numer. 23. iuxta medium. Cauallin. in ægidian. constitut. lib. 1. cap. 4. in glos. C. Anton. Gomez, tom. 3. variar. capit. 2. num. 4. & numer. 13. Francis. Pegña, in 3. par. director. schol. 157. Burgos de Paz, in l. 2. Taur. numer. 78. Iacob. Menoch. de recup. possess. remed. 1. ex num. 342. Roland. consil. 8. volum. 3. ex numer. 35. & in consil. 74. volum. 3. ex num. 2.

2 EST tamen magna inter Doctores cõtrouersia, An in his pœnis de quibus in hoc textu comprehendantur tantùm filij nati antequam patres in hæresim laberentur? an etiam filij postea nascituri? vt per Couar. lib. 2. variar. cap. 8. num. 5. Paul. Fusc. singul. 23. literæ D. Iacob. Simanc. de cathol. institit. cap. 29. ex num. 22. Bernar. Diaz, regul. 165. versicul. secundo sublimita. Alphon. Hojeda, de benef. 1. par. cap. 23. ex numer. 98. Didac. Perez, lib. 8. titul. 7. l. 1. pag. 197. colum. 1. versic. sed est dubium. Alphons. Castro, lib. 2. de iust. hæretic. punit. capit. 26. versic. de hac tamen re volui, & in lib. 1. de potest. leg. pœnal. cap. 7. versic. & primo infero falsum esse. Anton. Scap. de iur. non scrip. lib. 1. cap. 56. ex num. 3. Iul. Clar. §. hæresis, num. 17. & in §. lesæ maiestatis, num. 12. Ioan. Martinez de Olan. in antinom. in litera F. ex numer. 67. Gigas, de crimin. les. maiestat. tit. de pœnis quas filij incurrunt, quæst. 5. num. 2. pag. 329. Ioan. Rojas, singul. 68. & in singul. 66. numer. 4. Simanc. in enchirid. titul. 63. num. 10. Tiraquel. de primogen. quæst. 31. ex num. 4. Ioan. Rojas. 2. par. de hæretic. assert. 44. ex numer. 354. Francis. Pegña, in 3. par. direct. schol. 156. versicul. illud præterea quæsitũ est. Palat. Rub. de reten. Regn. Nauar.

Nauar. 5. par. §. penult. versic. quarta obiectio. Didac. Perez, lib. 1. titul. 1. l. 1. pagin. 22. colum. 2. in verbis fin. & lib. 4. titul. 9. l. 3. in glos. despues que fizo la traycion. Anton. Gomez, tom. 3. de delict. cap. 2. num. 16. Palat. Rubeus, in repetit. capit. notab. 3. §. 23. ex numer. 17.

3 AN autem ob tanti sceleris prauitatem hæretici eorumq; fautores, & receptatores, non solum indigni efficiantur ad beneficia obtinenda, sed etiam ad iam obtenta? est videndus textus in capit. vt commissi. §. priuandi, infra, hoc tit. Ioan. Rojas, singul. 24. D. Francis. Pegña, sacri Palatij Apostolici, ob singularem vtriusq; iuris cognitionem, auditor meritissimus, & studio iuuandi officium sanctæ Inquisitionis, sicut eius in lucem edita scripta testantur, præstans, ac nulli secundus, in 3. par. direct. schol. 155. Melchior. Pelaez, de maior. 1. par. quæst. 1. num. 66. Iacob. Simancas, in enchirid. titul. 63. numer. 9. Didac. Couar. lib. 2. variar. cap. 8. numer. 4.

4 EST tamen elegans dubium, An filius accusans aliquẽ parentum suorum de hæresi, sit ob hoc liberandus à pœnis quibus regulariter puniri potest ex hoc textu propter parentũ hæresim? pro quo sunt consulendi Alphons. Castr. lib. 2. de iusta hæret. punit. cap. 26. versic. prima conclusio sit hæc. Carrer. in prax. titul. de hæretic. §. nunc de receptatoribus, numer. 7. in fin. Palat. Rubeus in repetit. cap. per vestras, in princip. §. 17. numer. 7. pagin. 200. Iacob. Simanc. de catholic. institut. capit. 29. ex num. 46.

5 AN autem filius teneatur accusare, aut denuntiare patrem suum hæreticum etiam occultum? examinat latissimè D. Iacobus Simanc. in tract. de patre hæretico, & de catholic. institut. cap. 29. ex numer. 35. (cuius tanti Præsulis laudes & encomium, pulchrè referunt Ioan. Redin, de maiest. Princip. §. sed etiam per legitimos tramites, numer. 109. Ignatius Salzed. in additionib. ad Bernard. Diaz de Lugo, in prax. canonic. capit. 124. in litera C. Didac. Perez, lib. 8. ordination. tit. 2. l. 1. pag. 38. colum. 2. in fin.) Ioan. Rojas, singul. 3. 4. & 5. num. 29. & in singul. 12. ex numer. 2. latissimè D. Nauar. in capit. inter verba, 11. quæst. 3. corolar. 65. ex num. 823. versic. de todo esto se puede inferir, pag. 244. latissimè Didac. Perez, lib. 8. titul. 9. l. 1. pag. 220. versic. vtrum autem filius. Palat. Rubeus, in repetit. capit. per vestras, in princip. §. 17. num. 6. pag. 200. & notabil. 3. §. 26. num. 8. versic. ex his infertur. pagin. 309. Ioan. Gutierrez, lib. 1. canonic. quæst. capit. 11. numer. 57. Anton. Bernad, in summa, cap. 27. titul. de los testigos, num. 35. pag. 529. Mascard. vol. 2. de probation. conclus. 857. ex numer. 18. latè Alphons. de Castro, lib. 2. de iusta hæretic. punit. cap. 26.

6 vbi etiã examinat, An filius accusatus à proprio patre, vel pater accusatus à filio mitiori pœna puniatur, quam si fuisset accusatus ab extraneo? pro quo etiam sunt consulendi Iacob. Simanc. in dicto capit. 29. num. 50. Ioan. Rojas, singul. 12. numer. 6. & in singul. 150. versic. sed an ob id. Francis. Pegña in 2. par. director. schol. 12. versic. hoc addiderim quod. & facit etiam ad hoc textus in l. milites agrum. §. desertorem. ff. de re militar. & quæ per illum referunt Andr. Tiraquel. de pœn. temper. capit. 18. & capit. 19. Alciat. regul. 1. præsumpt. 4. Iacob. Menoch. de arbitrar. cas. 347. Iul. Clar. lib. 5. §. final. quæst. 60. numer. 29. Carrer. in prax. titul. de homicid. §. nono quæro, num. 16. Guilier. Benedict. in capit. Raynuntius, in verb. Raynuntius, numer. 64. iuxta finem. Petr. Plaça, de delict. cap. 38. ex num. 5. Iodoc. Damhoud. in prax. crimin. capit. 84. numer. 36. Pinel. in 2. par. rubric. C. de bon. matern. ex num. 32. Ferdinan. Mendoça, lib. 1. disput. iur. cap. 3. numer. 33. qui omnes differunt de intellectu & materia dicti §. desertorem.

AD TEX. IN CAP. 8. Semel malus, de regul. iuris, lib. 6.

COLLECTAN. 29.

SVMMARIVM.

1 *De iure quilibet præsumitur bonus & dignus, & de ratione.*
2 *Semel malus, an semper præsumatur malus & indignus?*

1 QVAMVIS regulariter de iure quilibet præſumatur bonus, & non malus, aut indignus vt latiſsimè probat Ioſeph. Maſcard.concluſ.1003.in volum.2. de probationib. Bernar. Diaz, in regul.65.vbi latè Salzed.in additionib. Dueñas,regul.75.Socin. regul. 39. Alciat. regul. 3. præſumption.2. gloſ.verb.æſtimare,in capit.1.de ſcrutin.in ordin. facien. gloſ. verb. idoneus, in capit. dudum. vbi Felin.ex numer.11.de præſumptionib.quia qualitas intrinſeca ſemper prę ſumitur, & ſi non probetur, ideo quòd quis ſit bonus,ſobrius,aut caſtus quia huiuſmodi ſunt intrinſeca ſemper prę ſumũtur,non vero quando de qualitate extrinſeca diſſeritur, vt quod quis ſit diues, literatus,& alia quæ nõ prę ſumuntur niſi probentur,vt tradit Felin.in dicto cap.dudum,num.2.& Abbas,numer.6.de præſumpt.Coſmas in pragmatic.ſanction.titul.de elect. in cap. ſicut. §.cõparentibus,in verb.examinentur.Cornel.Benincaſ.de priuileg.paupertat.quæſt. 3.Maſcard. concluſ.525.ex num.10. volum. 1.& concluſ.1154.per tot.vol.3.

2 NIHILOMINVS tamen ſemel malus, ſemper præſumitur malus ex hoc textu,circa cuius intellectum, & materiam ſunt conſulendi Rolan.conſil.63.volum.2. ex numer. 35. Alciat. regul.2. præſumpt.7. Aymon.Crauета, conſil.198. num.6. Euerard. loc. 90. de tempore ad temp. fol.262. Alciat.in l.ſi prius. ff. nouæ oper.enunt. ex numer.21.in fin.Rolan.conſil.98.volum.4. numer.16. Mantua, ſingul. 401. Hyppolit. ſingul.74.num.1.& 5.& ſingul.393. Iacob. Simanc. de catholic. inſtitutionib. cap. 50. numer.15.Ioan.Rojas,ſingul.195.numer.9. Guilierm.Benedict. in repetit. capit. Raynuntius,verb.in eodem teſtamento,el 2.numer.44. Gigas,conſil.30.numer.9.& conſil.38.ex numer.77. Hieronym.de Monte, variar.iur.quæſt.13. num.17.latiſsimè Paul. Granut. theorem. 23. Corſet. ſingul. verb. præſumptio, el 1. Lanfranc. in clementin. diſpendioſa,num.26.de iudic.

AD TEX. IN CAP.14. Licet canon.de elect.lib.6.

COLLECTAN. 30.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium curatum non aſſignatur, niſi ei qui 25.annum ætatis ſuæ attigerit,& tenetur intra annum promoueri ad ſacros ordines.*

2 *Parochus de iure diuino & humano tenetur reſidere in ſua eccleſia & ob quam cauſam excuſetur ab hac reſidentia.*

3 *Declarantur verba Concil. Tridentin. in Seſſ.23.cap.1.de reformat.*

1 COLLIGE ex hoc textu,beneficium curatum nemini concedi poſſe,qui non attigerit 25. annum ætatis ſuæ, quod etiam ſtatuit textus in capit.cum in cunctis. §. inferiora, de elect. extra. & id tradunt & declarant Nauar. in manual.latin.capit.25.numer.116. Abb.in cap. ſuper inordinata,numer. 11. de præbend. Syluеſt. verb.beneficium,el 3. numer.3.in fin. Ioan.Gutierrez, lib.1. canonic.quæſtion.capit.26.num.3.Roland. conſil. 47. volum.1.ex numer.57. Alphonſ.Hojeda,de benef.1.par.capit.24.numer.19. Simon Maiol.de irregularit. lib. 1. capit. 30. numer. 12. optimè Geminian. in capit.ſi is ad quem, numer.6.de inſtitution. Ludouic.Meſsia,in pragmatic.taxæ panis, concluſ.6.num.108. vbi ait, quòd recipiens beneficium curatum ante 25. annum cum talis à iure ſit incapax tenetur beneficium renuntiare, & in conſcientia cogitur fructus reſtituere.

ET quidem habens prædictam ætatem 25.annorum prouiſus de beneficio curato tenetur intra annum à ſibi commiſſi regimi nis tempore numerandum promoueri in ſacerdotem nè vaccet beneficium, vt probat iſte textus,quem optimè declarant Bernar. Diaz.in prax.canonic.capit.48. Alphonſ. Hojeda in dicto num. 19. latiſsimè Petrus Rebuf.in prax. titul. de non promou. intra ann.ex princip.Abb.in capit.quæris,num. 6.de ætat. & qualit. Nauar.manual.lat.cap. 25.numer.117.verſic.octauo qui poſt.

2 VLTERIVS ex verſicul. *Is etiam,* aduerte parochum teneri in ſua eccleſia reſidere, & idem tradunt textus & Doctores in capit.extirpandæ. §.qui vero,de pręben. & in capit. quia nonnulli,& in cap.ex ttræ, de cler.

de cleric.non reſident. Pedraça, in ſumma, titul.de los clerigos, fol. 112. verſic. ſi tiene beneficio. Bernar.Diaz, in prax.canon.capit.47.in princip.Soto,lib.10.de iuſtitia & iure,quæſt.3.artic.1. & articul. 3. Rebuf.in prax.titul.de non reſiden.numer.20. & numer. 66.Læl.Zecch.caſ.refer.caſ.3.num.1. Alphonſ.Azeued. lib.1.nouæ recopilat. titul.3.l.27.numer.1. Mandoſ.in prax. de ſignatur.in verb.diſpenſat de non reſiden.fol. 47.Couarru.lib.3.variar.capit.13.numer.9. Felin. capit.cum omnes, numer.33. de conſtitut. Iacobat.de Concil.lib.5.artic.6. fol. 269.colum.2. Selua,de benef.4.par.quæſt. 2.ex numer.2.Armil.in ſumma,verb.beneficium,numer.40. Syluеſt.in ſumma,verb. reſidentia, num.1. Caietan.in ſumma,verb. beneficium,el 1. verſic. & ſi beneficium eſt curatum. Alphonſ.Hojeda,de benef.1.par. capit.17. numer.21. Concil.Triden.Seſſ.6. cap.1.& cap.2. & Seſſ.23.de reformat. cap. 1. Nauar.man.latin.cap.25. nu.121.Archiepiſc. Bracarenſ. in ſtimul. paſtor. 2.par.ex fol. 51. & hanc reſidentiã neceſſariam eſſe nedum iure canonico, ſed & iure naturali & diuino,latè ex pluribus comprobat Bartholom.Carrança, in lib.de reſiden.ex cap. 3.Boteus de ſynod.3.par.articul.1.num.150. latiſsimè Dominic.Soto, in dicto lib.10.de iuſtit.& iure, quæſt.3.ex artic.1. Alphonſ. Caſtro, lib.3.de iuſta hæretic.punit.cap.4. Couar.in dicto capit.13.numer.9.verſic.quibus ſuffragatur. Nauar. in dicto numer. 121. verſic. prædictum. Salzed.in additionib. ad Bernar. Diaz in dicto capit.47. in litera A. in fine. Ea præcipuè ratione quia iure diuino mandatum eſt omnibus quibus animarum cura cõmiſſa eſt,oues ſuas agnoſcere, caſq; verbi diuini prædicatione paſcere, & pro eis ſacrificium offerre,ac bonorum omnium exemplo inſtruere, ac miſerabilium perſonarum curam paternam gerere, quæ omnia ab his præſtari nequeunt qui grægi ſuo non inuigilat,vt aſſerunt prefati Doctores, & Concil. Tridentin. in dicta Seſſion. 23. capit. 1.regulariter igitur nulla vel Epiſcopum,vel curatum poterit cauſa à prę dicta reſidentia excuſare, niſi abſit propter chriſtianam charitatem,vrgentem neceſsitatem, debitam obedientiam, vel eccleſiæ vniuerſalis,vel particularis vtilitatem, iuxta dictam Seſſ.23.capit.1. & ita referunt Nauar.in dicto num.121. Couar.in dicto cap.13. num.9.iuxta finem.Archiepiſc.Bracarenſ. in ſtimul.paſtor. 2.par. ex fol. 51. Carrança de reſiden.cap.12.Ex quibus cauſis examen te eiuſdem legis diuinæ eſt, vt abeſſe iuſtè poſsit & vt ex duobus bonis maius eligant, quemadmodum ex duobus malis minus eſt eligendum,iuxta capit.duo mala. 13. diſtin. & eorum quæ docet Couar.in regul.peccatum,in princip.numer.3. & in 4.2.par.cap. 7.§.2.numer.9.Ludouic.Lopez,inſtructor. conſcien.2.par.capit.84. quo caſu paſtorale munus alicui idoneo demandandum eſt, iuxta Concil. Triden.Seſſ.6. capit. 2. & in 3 dicta Seſſ.23.cap.1. Circa quem textum aduertendum cenſeo, contra mentem aliquorum Doctorum,quod poteſt parochus vltra ſupradictas cauſas per duos,aut ad ſummum tres menſes cõtinuos, vel interpollatos impunè diſcedere, nec ad iſtos duos, vel tres menſes requiritur Epiſcopi licentia,vt apparet ex dicto capit.1.verſic.diſcedendi autem licẽtiam, quæ verba licet trahi poſſunt in oppoſitum, facilius tamen & multo proprius intelliguntur, quod ea licentia diſcedendi ex graui cauſa in ſcriptis,gratiſq; cõcedenda exigatur ad prolixius tempus & vltra duos meſes, eſſet enim per quam graue quod numquam liceret parocho impunè ſine licentia recedere maximè vrgente aliqua neceſsitate, vt puta quòd nuntium habeat de aduerſa valetudine,& morte imminente patris,aut matris ſuæ, aut amicorum in diſtanti loco habitantium, quos cupit videre antequam moriantur,vel etiam ſi proſequatur furem qui rapuit bona & in longinquas partes defert, quoniam licebit parocho in fraganti crimine furem inſequi quocunque vadat, vt ab eo bona ablata recuperet,nec his nec ſimilibus caſibus licentia diſcedendi neceſſaria videtur,quoniam copia ſuperioris non ſemper haberi poteſt propter inſtantem neceſsitatem,& tempus & locus non patiuntur dilationem & licentiæ petitionem ex Abb.in cap.relatum,numer.6.de cler.non reſident.Syluеſt.in ſumma,verb.reſidentia,numer.3. Afflict.deciſ. 289. numer.10. & numer. 34. Felin. capit. cum acceſsiſſent, numer.22. de conſtit.Rebuf.in cõcord,titul.de collation.§.1.inverb. reſidentiæ, verſic. quæro an theologus, fol. 288.& tamen ſi præfata verba Concilij generaliter

neraliter prout ſonant intelligerentur, ſequeretur quod etiam in prędictis caſibus parochus non poſſet ſine licentia diſcedere, quod abſurdum videretur. Quare dicendũ eſt, parochum poſſe per duos aut tres menſes abeſſe etiam ſine licentia ſcripta, cum cauſa tamen quæ ei videatur iuſta, & ita reſoluit Læl. Zecch. de caſ. reſer. caſ. 3. num. 3. Nauar. in dicto capit. 25. numer. 121. verſic. diſcedendi, ad quod ipſe mouetur quia parocho id licebat de iure antiquo, quo quis poterat ſine licentia, ſi erat breuiter reuerſurus, diſcedere, vt tradit Ioan. Andræas, & Abb. numer. 6. in capit. relatum, de cleric. non reſiden. Abb. in cap. quoniam, el 2. numer. 1. ne prælat. vices ſuas. Armil. in ſum. verb. beneficium, numer. 40. Sylueſt. verb. reſidentia, ex numer. 2. ad finem. Abb. capit. extirpandę. §. qui vero, in 1. lectur. numer. 2. & in lectur. 2. num. 12. de præben. Ancharr. in capit. inter quatuor, numer. 3. de cleric. non reſiden. & facit dictum Concil. Triden. in dicta Seſſ. 23. capit. 1. verſic. quoniam autem. Et à iure antiquo recedendum non eſt, niſi contrarium in iure nouo caueatur expreſſè. l. præcipimus, in fine. C. de appellat.

ET facit etiam pro his quod quemadmodum Epiſcopo (qui magis arctatur ad reſidentiã quam parochus, vt tradunt Sot. in lib. 10. de iuſtit. & iure, quæſt. 3. artic. 1. & artic. 3. & alij ſupra) per dictum Concilium conceditur, quod abeſſe poſsit per duos, aut tres menſes ſine licentia ſummi Pontificis, vel Metropolitani, vt colligitur ex dicto capit. 1. verſic. quoniam, in dicta Seſſ. 23. ita eodem modo, & fortiori ratione cẽſendum eſt, parocho conceſſam fuiſſe eandem facultatem diſcedendi ſine licentia Epiſcopi ad duos, vel tres mẽſes, vt colligitur ex eodem capit. 1. verſic. eadem omnino, vbi Epiſcopi & parochi quo ad hęc æquiparãtur, ex quibus rationibus, & quia hæc pars benignior eſt, Nauar. in dicto capit. 25. numer. 121. indiſtinctè tenet parochum impunè poſſe ſine licentia ad dictum tẽpus duorum, vel trium menſium abeſſe, cum cauſa tamen quæ ei videatur iuſta, nam huiuſmodi obligatio reſidendi nõ eſt ita ſtrictè intelligenda ac ſi deberet eſſe in carceribus compedibus vinctus, quare animi recreandi gratia, ſuoſque viſitandi neceſſarios ius naturale concedit, vt parochus poſsit exigua tẽpora ſuſcipere quæ his aliiſve id genus ſuis negotiis poſsit impendere, vt pulchrè aſſerit Sot. lib. 10. de iuſtit. & iur. quæſt. 3. artic. 4. verſic. neque verò ſolius. Sylueſt. in dicto verb. reſidentia, num. 2. in fin. Ancharran. num. 3. Anton. numer. 3. in capit. ex parte, de cleric. non reſiden. vbi dicunt quòd parochi non ita ſtrictè & pręciſè coguntur reſidere, vt ſemper & omni tempore debeant pręſentes eſſe in parochia, quia iſtud verbum reſidere, nõ eſt ita amarè, & ſtrictè intelligendũ quod nunquam diſcedere liceat, ſed ea ſumenda eſt interpretatio, vt ceſſent fraudes & negligentia euitetur, & eccleſia ſuo non fraudetur obſequio, diebus & horis competentibus ad arbitrium boni viri, & idem aſſerit vltra Archidiac. hic, numer. 5. verſic. reſidentia. Zabarel. in clementin. 1. num. 21. de foro competen. Enchirid. iuris eccleſ. notab. 131.

AD TEX. IN CAP. 1. Periculo, de ſtatu regular. lib. 6.

COLLECTAN. 31.

SVMMARIVM.

1 *Sanctimonialis poſt profeſsionẽ, non poteſt exire à monaſterio, niſi graui ex cauſa.*
2 *Ob quas cauſas & rationes poteſt exire ſanctimonialis à monaſterio, & ibi reprobatur opinio D. Nauarri.*
3 *Clauſtra monialium non poſſunt ingredi perſonæ ſeculares.*

1 DECISIO iſtius textus renouatur hodie in Concil. Triden. Seſſ. 25. de regul. capit. 5. vbi in propoſito additur, nemini autẽ ſanctimonialium liceat poſt profeſsionem exire à monaſterio, etiam ad breue tempus quocunque prætextu, niſi ex cauſa legitima ab Epiſcopo approbãda, indultis quibuſcunq;, & priuilegiis non obſtantibus, quinimmò, vt referunt Nauar. in cap. ſtatuimus, 19. quæſt. 3. numer. 47. Sebaſtian. Medices in ſum.

in ſumma peccat. 2. par. titul. 9. quęſt. 78. numer. 130. Ioan. Gutierrez, canonic. quæſtionib. capit. 14. ex numer. 1. Petr. Bollo, in œconom. canonic. 3. claſſ. capit. 4. §. 14. verſicul. antiquiſsimus, ex pag. 474. Felician. de cenſuris, titul. de excommunicat. capit. 14. verſic. quoniam ſacrum Concilium, pag. 40. Paul. Fuſc. de viſitat. lib. 2. capit. 18. ex numer. 17. Pontifex Pius V. per ſuam extrauag. incip. circa paſtoralis, editam quarto Calen. Iunij, anni 1566. renouauit deciſionem iſtius textus & præfatum decretum
2 Concil. Triden. Et ſtatuit vt nulla alia ex cauſa vel occaſione niſi magni incendij, vel infirmitatis lepræ, aut epidimiæ moniales à monaſterio exire poſsint, eaq; infirmitatis cauſa prius per Epiſcopum, ſeu alium ordinarium loci cognita, & expreſſè in ſcriptis approbata ſit, vnde licet ex hoc textu ob ſolam vnam cauſam ſcilicet infirmitatis periculoſæ, vel ſcandaloſę permittatur monialibus egreſſus à monaſterio, tamẽ per dictam extrauag. Pius V. permittit egredi ob tres cauſas, videlicet; incendium, infirmitatem lepræ, & infirmitatem epidimiæ, & quamuis iſtæ duæ poſtremæ videtur cõtineri ſub illa de qua in hoc textu quæ eſt infirmitatis periculoſæ, vel ſcãdaloſę talis enim eſt quęlibet iſtarum, iſta tamen permiſsio egreſſus facta per hunc textum ob prædictam vnam ſolam cauſam, extenditur etiam ad aliam magni, ſcilicet incendij, de qua in dicta extrauag. facit tamen ad celebrem quæſtionẽ, An ille quoq; tres exceptiones de quibus in ſupradicta extrauag. extendi debeant ad alias ſimiles, vtputa, ad quemlibet morbum non contagioſum, de quo medici docti iudicant monialẽ moriturã, niſi exeat à monaſterio in aliquem locum, illi tali morbo ſalubriorẽ. In qua quæſtione mihi vt verior, ſemper placuit opinio doctiſsimi Iuriſconſulti Ioannis Gutierrez, qui in lib. 1. canon. quæſtionib. capit. 14. ex numer. 7. pugnat contra Nauar. in cap. ſtatuimus 19. quæſt. 3. numer. 49. & pulchrè probat, quòd dictus motus proprius Pij V. dum excipit prædictas tantùm tres cauſas exeundi moniales à ſuis monaſteriis, non extendatur ad caſum noſtræ quæſtionis, ita vt in illo liceat dare licentiam moniali exeundi à monaſterio, quia etiam ſi iuſtiſsimus ſit ato; pietate plenus, adhuc excluditur à Pio V. in præfata ſua conſtitutione, ex ea potiſsima ratione, quia in omnibus tribus caſibus ex quibus permittit licentiam concedi poſſe monialibus exeundi à ſuis monaſteriis ea eſt, vt tunc demum id liceat quando cauſa tangit omnes moniales illius monaſterij, eiſq; omnibus communis eſt, ita vt damnum non exeundi omnes concernat, & non tantum ſingulas infirmas, in priori enim ſpecie, hoc eſt, pro ſalute omnium monialium ne totum monaſterium pereat, ſanctiſsimè Summus Pontifex permiſsit (vt communitati conſuleret) vt licentia concedatur ſingulis monialibus à monaſterio exeundi ex prędictis cauſis & infirmitatibus contagioſis ibidem expreſsis, hoc eſt propter magnum incendium, vel lepræ, vel epidimiæ, quæ omnes vrgentiſsimæ ſunt & ſalutem omnium monialium reſpicit talis facultas, & licentia exeundi à monaſterio in hiſce caſibus, non vero quando cauſa tantùm tangit ſingulas infirmas, cum minus inconueniens ſit, quòd moriantur aliquæ, quam vt exeant: per ea quæ nimis doctè & prudentiſsimè conſiderat Gutierrez, vbi ſupra, ex cauſa igitur cõmuni, & quæ poteſt eſſe damnoſa omnibus monialibus licita erit egreſsio, ex particularibus verò minime, vnde cum diſsimiles maximè ſint prædictę tres exceptiones à caſu noſtræ quæſtionis, in quo minime ſubpoſumus cõtagionem aliquam lepręnec morbum peſtiferum eſſe, ſed particularem monialis infirmæ, quæ ipſam non egreditur, ſic quamuis ipſa in monaſterio moriatur, ſi non exeat ab eo, egredi non debet, & pro huiuſmodi interpretatione (ni fallor) facit indultum quod ex Pontif. Gregor. XIII. in fauorem cuiuſdam monaſterij monialium, refert Nauar. in dicto numer. 49. ſi enim diſpenſatio illa de qua ibi fuit neceſſaria, ergo ius commune eſt in contrarium.

CREDEREM tamen, ſalua correctione rectius ſentientis, quòd ſi aliquis caſus eueniret ſimilis omnino ſupradictis tribus, exceptis in prædicta cõſtitutione, quòd moniales rectè egredi poſſent monaſteriũ, pro vt dici poteſt, propter belli imminentis iuſtum timorem, vt euenit in Gallia prope Narbonam, vt refert ſe conſuluiſſe Nauar. vbi ſupra, numer. 48. vel etiam ob inundationem aquarũ, vt euenit annis retro elapſis in monialibus Beatæ Mariæ de Altabas prę

ſentis

sentis ciuitatis Cæsaraugustæ, quæ omnes ob hanc causam exierunt à proprio monasterio in mense Maij, anni 1582.

3 *IBI, Ipsa deinceps egrediēdi facultas.* Monialiū igitur clausura quis ingredi nō potest pro quo est videnda Conc. Trid. Sess. 25. cap. 5. vers. ingredi autem. Sebast. Medic. in summa peccat. 2. par. tit. 9. quæst. 78. num. 37. & 38. Lęl. Zecchus, de casib. reseruat. cas. 10. in princip. Nauar. capit. statuimus 19. quæst. 3. ex numer. 59. Paul. Fusc. de visitat. lib. 2. capit. 18. ex num. 24. Caietan. in summa, verb. monachorum. Ludouic. Beja, in respon. cas. conscien. cas. 30. Motus Proprius Gregor. XIII. incip. vbi gratię & indulta, Dat. anni 1575. Idib. Iunij, anno iiij. sui Pontific. quem optimè explicat Emanuel. Rodriguez, in fine explic. Bullæ Cruciat. ex fol. 196. pulchrè Petr. Bollo, in œconom. canon. 3. class. capit. 4. §. 14. vers. secundum requisitum, ex pagin. 477. latissimè Alphons. Vilagut. in tractat. de vsuris, quæst. 35. ex numer. 46. vbi interpretatur Motum Proprium Gregor. XIII. super hoc editum.

AD TEX. IN EXTRAuagan. vnic. Ambitiosæ, de rebus eccles. non alienan. inter communes.

COLLECTAN. 32.

SVMMARIVM.

1 *An & quando locationes vel alienationes rerum ecclesiasticarum vltra triennium factæ valeant, & an omnes pœnæ & censuræ istius textus sint vsu & consuetudine receptæ?*

2 *Aliud est locare rem ecclesiæ, & aliud locare fructus rei ecclesiæ, & an aliquod istorū liceat locare vltra triennīū?*

3 *Res solita infeudari potest concedi in emphyteusim sine solemnitate, & quando dicatur res consueta infeudari vel locari.*

4 *An res ecclesiæ immobiles steriles, & incultæ possint alienari, vel in emphyteusim concedi sine licentia superioris?*

5 *An licentia summi Pontificis in alienatione bonorum ecclesiæ ex cursu trigintа annorum præsumatur.*

1 AN & quādo locationes, vel alie nationes rerum ecclesiasticarū vltra triennium factæ valeant? & similiter an omnes pœnæ & censurę istius extrauag. sint vsu aut consuetudine receptæ? & plura alia circa materiā istius textus latissimè cumulant Rodoan. de reb. eccles. non alienan. quæst. 6 de locatione rerum ecclesiast. in capit. incip. item ex prędmissis, ex numer. 11. ex pag. 347. Couar. lib. 2. variar. resolut. capit. 16. ex numer. 4. & in numer. 6. vers. quinto sunt. Caietan. in summa, verb. excommunicatio, cap. 75. Ignat. Salzed. in additionib. ad Bernar. Diaz, in prax. canon. capit. 71. pagin. magn. 228. vers. circa quam constitutionem. Nauar. manual. latin. capit. 23. numer. 62. vers. exemplum. & in capit. 27. ex numer. 149. vers. quinquagesimo secūdo. & in manual. hispan. capit. 25. numer. 136. & in capit. 28. in additionib. ad capit. 27. num. 150. Anton. Cordoua, tract. cas. de conscien. quęst. 103. Syluest. in summa, verb. excommunicatio, el 7. numer. 83. post medium. Pedraça, in summa, 2. par. titul. de excomuniones Episcopales, vers. cōtra los que enagenan, fol. 145. Alphons. Azeued. lib. 1. nouæ recopil. titul. 3. l. 33. numer. 1. Ludouic. Lopez in instructor. negotian. lib. 2. capit. 24. pag. 397. Anton. Bernad, in summa, capit. 32. numer. 105. Ioseph. Mascard. volum. 2. de probat. conclus. 603. numer. 28. in fine. Caualcan. 2. par. decis. 31. ex num. 328. & in decis. 43. ex num. 2. & 4. Ludouic. Lopez, instruct. conscien. 2. par. capit. 49. colum. 383. vers. insuper. Paul. Fusc. singul. 109. literæ A. & in singul. 34. literæ L. Vincen. Carotius, tractat. de locat. 1. par. titul. de bonis eccles. nō alienan. ex numer. 5. Carol. Moline. in consuetud. Parisien. titul. 1. §. 41. ex numer. 36. Caballin. milleloq. 163. numer. 5. Pinel. l. 1. 2. par. C. de bon. matern. num. 65. ad finem. Francis. Sarmien. de redditib. ecclesiast. 1. par. capit. 2. numer. 20. Quintilian. Mandos. in prax. titul. indultum locationis redditus bene-

beneficiorū, ex fol. 67. Hieronym. de Monte, variar. iur. quæst. 20. ex numer. 3. Mohedan. decis. 6. Ioan. de Arnono, singul. 66. & in singul. 72. pulchrè Abendaño, lib. 1. de exequend. mandat. capit. 4. ex numer. 37. & 40. optimè Didac. Perez, lib. 5. titul. 7. l. 2. pagin. 202. vers. quæritur vtrum res ecclesię possint locari. Ioan. Garsia, de expens. & meliorationib. capit. 14. numer. 5. vers. inde inferunt. Ioseph. Ludouic. in commun. conclus. titul. de statutis, conclus. 1. versicul. fallit primo. latissimè Ioan. Gutierrez, lib. 1. canonic. quæst. capit. 8. ex principio.

2 ADVERTENDVM tamen est, longè diuersum esse locare rem, vel locare fructus rei, quia qui locat rem vltra triennium dicitur eam alienare, eo quòd transfert vtile dominium rei, quòd est prohibitum per hunc textum, qui verò solam fructuum commoditatem locat, etiam si sit vltra triennium, non dicitur alienare rem, ideo valet talis locatio etiam extante dispositione istius textus, quia hic ea alienatio tantùm prohibetur quæ trāsfert dominium vt colligitur ex Couar. lib. 2. variar. cap. 16. num. 6. vers. sexto visum est. Rodoan. de reb. eccles. pag. 350. ex num. 4. vers. & dicta extrauagans. Petr. Rebuf. in compend. alienat. num. 27. & sic dicit Ioan. de Arnon. singul. 72. quod quando in locatione vltra triennium, vel ad longum, vel ad longissimum tempus est exprętsè dictum quod nullum vtile dominium transferatur in conductorem, quòd isto modo talis locatio valet etiam in terminis huius extrauagantis, & ad hoc bene facit quod tradit Alexan. in l. si domus. §. si fundus, numer. 8. ff. de legat. 1. Cardinal. in clementin. 1. §. verum, num. 2. vers. secundo quæro, de rebus eccles. Rodoan. de reb. eccles. pag. 15. ex numer. 7. & in vassallo qui locat fructus feudi ad plures annos, idem dicit Felin. in capit. quæ in ecclesiarum, num. 87. de constitut. Tiraquel. de retract. linagier, §. 1. glos. 7. num. 47. vbi etiam idem habetur de vsufructuario qui solam commoditatem percipiendi vsumfructum alienat, pro quo etiā sunt omnino consulendi Hieron. Portoles, tract. de consort. capit. 8. numer. 16. & optimè Francis. Sarmien. lib. 3. select. capit. 9. numer. 2. Iacob. Menoch. de recuperan. possess. remed. 9. numer. 243. Pinel. l. 1. 3. par. C. de bon. matern. numer. 38. vers. alij distingunt. Anton. Gomez, l. 70. Tauri, numer. 33. & de contract. tom. 2. capit. 15. numer. 15. vers. secundo limita. Couar. lib. 1. variar. capit. 8. numer. 7. Et quamuis hoc communiter dictum sit à Doctoribus, vt verius tamē semper credidi per hanc extrauagantē indistinctè prohiberi, rem, & fructus rei ecclesiæ locari, per ea quæ notat Ioan. Gutierrez, lib. 1. canonicar. quæst. capit. 8. ex numer. 15. quem videbis pro ornatu istius quæstionis.

3 *IBI, ab antiquo concedi solitis.* Res igitur consueta infeudari, an possit concedi in emphyteusim sine solemnitate? & quando res dicatur consueta infeudari, vel locari, tradit Bursat. consil. 127. numer. 110. Alexan. consil. 9. volum. 3. ex numer. 2. & in numer. 6. vbi additio in litera D. Iul. Clar. §. feudum, quæst. 13. num. 4. & numer. 6. Roch. de Curt. in rubric. de consuetud. fol. 7. versicul. quinto quęro an. Vincen. Carocius, de locat. 2. par. titul. solito, ex numer. 1. Anton. Gabriel, lib. 3. commun. opin. titul. de locatione, conclus. 1. Iacob. Menoch. lib. 3. præsumption. 6. numer. 29. Balb. de præscript. 5. par. princip. 1. par. quæst. 20. Rodoan, de reb. eccles. ex pag. 245. cap. incip. item alio casu, ex num. 1. & latè in quæst. 10. titul. quæ requirantur vt dicatur res solita infeudari, ex pagin. 375. Franc. Curtius, tract. de feud. 2. par. quæst. 1. Abb. numer. 11. & Doctores in capit. vt super, de reb. eccles. alienan. Caualcan. 2. par. decis. 25. ex numer. 12. Afflict. decis. 305. ex num. 9. Alexan. consil. 5. vol. 5. num. 11. Petr. Mozius, de contract. titul. de empt. & vendit. §. de naturalibus locationis ex numer. 13. fol. 94. Caualcan. 2. par. decis. 30. num. 80. & latè decis. 31. ex num. 56.

4 SIMILITER etiā res ecclesiæ immobiles possunt alienari, vel concedi in emphyteusim sine decreto superioris, si omnino steriles & incultę illę sint, vt probat textus in cap. ad aures, de rebus eccles. non alienand. & sunt consulendi Capiz. decis. 105. Guid. Pap. decis. 158. Paul. de Castro, cōsil. 142. volum. 2. num. 2. Ioan. Gracian, regul. 316. num. 39. Petr. Rebuf. respons. 111. & in respons. 112.

5 ET an licentia Summi Pontificis in alie natione bonorum ecclesiæ, ex cursu trigin ta annorum præsumatur? est videndus Menoch. lib. 3. præsump. 132. num. 71.

AD

AD TEX. IN CAP. 1. Romana, §. contrahentes, de foro compet. lib. 6.

COLLECTAN. 33.

SVMMARIVM.

1 *An & quando ratione contractus possit quis conueniri in loco vbi contraxit?*
2 *An & quando in criminalibus remissio fieri debeat ad iudicem loci, in quo quis deliquit?*
3 *Cuius expensis fieri debeat supradicta remissio.*
4 *Remissio an fieri debeat ex diuerso principatu?*
5 *Hæreticus an sit remittendus?*

1 QVAMVIS regulariter verum sit, quem ratione cõtractus conueniri non posse, apud iudicem illius loci vbi cõtraxit, nisi ibidem reperiatur, vt probat iste textus, & in capit. final. hoc titul. extra, Accurs. & alij in l. hæres absens, §. 1. ff. de iudic. Hæc tamẽ cõmunis assertio (ex aliquorũ opinione) in aliquibus casibus nõ procedit, in quibus etsi contrahens non inueniatur vbi contraxit, locus est remissioni ad iudicem loci contractus, quòd planè latissimè examinant circa interpretationẽ istius textus Couar. in prac. cap. 10. ex num. 3. & lib. 1. variar. cap. 4. num. 1. Bernar. Diaz, in regul. 146. & latissimè in regul. 642. vbi etiam Salzed. in additionib. Ioan. Gutierrez, de iuram. confir. 3. par. cap. 16. Abendañ., l. 4. & 5. tit. de las excepciones, num. 11. Michael. Graff. lib. 2. commun. opin. cap. 10. quæst. 9. & latissimè ex quæst. 14. pulchrè Belluga in specul. Princip. rubric. 11. §. visum est. & ibi latè Camil. Borrel. in additionib. in litera A. Volum. 1. cõmun. opin. pagin. 41. verb. debitor promittens. Abendañ. respons. 40. ex principio. Auiles in capit. 27. prętorum, in glos. entreguen, per tot. vbi etiam differit, An & quando in criminalibus remissio fieri debeat ad
2 iudicem loci, in quo quis deliquit? quam etiam quęstionem optimè prosequitur Couar. in pract. cap. 11. ex num. 3. Rolan. consil. 62. volum. 2. num. 22. Iul. Clar. lib. 5. §. final. quæst. 38. ex numer. 19. Ioan. Rojas, singul. 174. ex princip. Hyppolit. Bonacos, in cõmun. opinion. crimin. verb. remissio rei, pagin. 522. Nicol. Boer. decis. 29. Guid. Pap. decis. 202. Caballin. in ægidian. constit. lib. 2. capit. 5. in glos. L. pagin. 57. Anton. Scapp. de iure non script. lib. 5. cap. 8. ex numer. 1. pulchrè Camil. Borrel. in additionib. ad Bellug. in specul. Principum, rubric. 11. §. ex quo prædiximus, in litera A. Chassen. consuetud. Burgund. rubric. 12. in §. vnico, ex princip. ex colum. 1433. Grammat. decis. 26. Didac. Perez, lib. 8. titul. 17. l. 1. in glos. sean remitidos los tales malhechores. Abb. consil. 24. vol. 1. ex princip. Iaf. in l. à Diuo. Pio. §. sententiã. num. 2. ff. de re iudic. Abendaño, l. 4. & 5. titul. de las excepciones, ex numer. 17. Repertor. Inquisitor. in verb. remissio. Anton. Gomez, tom. 3. variar. capit. 1. num. 87. Didac. Perez, lib. 8. titul. 4. l. 3. ex pag. 87. vertic. sed videtur, qui etiam
3 in pagin. 88. colum. 2. examinat, quibus expensis huiusmodi remissio sit facienda, & resoluit ex quamplurimorũ sententia, quòd in omnibus casibus, quibus remissio petitur, expensę sunt faciendæ de bonis petentis, & citat ad hoc Bal. in capit. nonnulli, colum. 3. de rescript. pro vera tamen resolutione istius dubij sunt cõsulendi Francis. Auiles in dicto capit. 27. Prætor. in glos. entreguen, numer. 24. Couar. in practic. capit. 11. numer. 11. Abendañ. respons. 40. numer. 12. optimè Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 74. Iacob. Menoch. de arbitrar. cas. 228. ex numer. 7. Didac. Perez, lib. 8. titul. 17. l. 1. pag. 336. versic. quæritur cuius expensis. Montaluo, in l. 1. glos. 2. colum. 2. versic. item nota circa remissionem, titul. 1. lib. 2. for.

4 DICVNT tamen Doctores vnum singulare in hac materia, remissionem rei faciendam non esse quoties iudex requirens, petensq; remissionem, & requisitus non sunt eiusdem imperij, nec principatus, & hanc esse veram, & cõmunem opinionem fatentur Aufred. ad Capel. Tholosan. decis. 319. Marc. decis. 400. numer. 9. sunt tamen consulendi Iul. Clar. lib. 5. §. final. quæst. 38. numer. 21. Nicol. Boer. decis. 29. ex num. 5. Bald. in l. 2. C. de seru. fugit. numer. 2. versic. sed nunquid. Didac. Perez, lib. 8. titul. 4. l. 3. pag.

pagin. 88. versic. secundo limita. & pulchrè in titul. 17. l. 2. pagin. 337. versic. dubium censeri solet. Barthol. Chassen. in consuet. Burgund. rubric. 12. §. vnico, numer. 14. Didac.
5 Couar. in pract. capit. 11. num. 10. Vbi etiam in numer. 12. optimè examinat, an hæreticus sit remittendus? pro qua quęstione sunt etiam consulendi Iacob. Simanc. de catholic. institut. titul. 2. ex numer. 14. & in enchirid. titul. 45. ex numer. 11. Chassen. vbi supra, numer. 17. Ioan. Rojas, singul. 174. numer. 7. & de priuileg. inquisitor. num. 439. Didac. Perez, lib. 8. titul. 4. l. 3. pagin. 86. colum. 2. ad fin. versic. est præterea dubium.

❧❧❧

AD LECTOREM.

HABES, CANDIDE LECTOR, primitias laborum meorum, quos ab adolescentia mea, ingentes fateor, in enauigando Iuris Vtriusque immenso pelago pertuli. Quos, etsi facile est credere, magnos & multarum vigiliarum fuisse, si tamen addas, occupationes, quibus Canonici huius Sanctæ Ecclesię, tum in quottidiana residentia Diuinorum Officiorum, tum in aliis negotiis arduis eiusdem Ecclesię gerendis, & expediendis distinemur, incredibiles proculdubio iudicabis: Sed vt ille ait, Labor improbus omnia vincit. Et quamuis non solum in Iure Canonico, sed etiam in Cæsareo, plura huiusmodi Collectanea habeã, magna ex parte elaborata, quæ, vt arbitror, duo alia iusta volumina, vnum in Iure Ciuili, alterum in Canonico complere possent: tamen hoc solum in lucem profero, vt dum his nondum in lucem emissis vltimam manum admoueo, istis frui possis. Quæ si euolueris, facile intelliges, si ingenium ostentare voluissem, liberum mihi fuisse, vt hoc volumen penè in immensum excrescceret, si quæstiones totius Iuris Canonici præcipuas, quas tantùm indicare contentus fui, copiosè commemoratis Doctorum opinionibus, de his etiam modestè iudicium meum interponendo, tractare voluissem. Ab hoc tamen me continui, præcipuè vt tuæ vtilitati, breuitati studendo, commodius inseruirem, tum etiam nè mei instituti quod quidem fuit Collectanea tantum, non verò commentarios, vel tractatus conficere oblitus esse viderer. Quod si in his excudendis nonnulla errata negligentia typographorum irrepserunt, mirum tibi, in tanta numerorum & rerum minutissimarum varietate, videri non debet, præsertim cum mihi non semper liceret per occupationes meas, ad locum typographiæ opportunè accedere, vt mea opera, aut eorum negligentiã antecurrerem, aut certe antea emmendarem quã vnaquæque pagina prælo mandaretur. Ex quo factum est, vt in nonnullis paginis, in his videlicet quæ prius excudebantur, aliqua errata inciderint, quibus posterius excussæ omnino carent. Hoc tamen monitum te volo, quod si capitum, foliorum, aut numerorum notæ, quæ à me in hoc opere notantur, cum librorum notis, quos apud te habes non conueniunt, id non errori semper, sed impressionum varietati adscribendum esse. Notum est enim omnibus, sæpe ipsos auctores sua opera meliora reddendo, vel alios, ea additionibus, aut scholijs illustrando, ista omnia aut transponere, aut omnino mutare solitos esse. Quare in huiusmodi difficultatibus iudicium

tuum

tuum requiro, ne mihi vitio vertas aut negligentiæ, quod ab ea alienum est. Quod si ista qualiacunque sunt, tibi probari intellexero, forsan alia volumina in lucem dabo, aut saltim hoc ipsum volumen multis collectaneis auctum iterum breui, prælo mandabo. Interim ista tibi pro tui ingenij acumine, æquo animo examinanda propono. Sed nè aut ego meo, aut tu tuo iudicio decipiamur, omnia sanctæ Ecclesię Romanæ censurę & iudicio, tanquam certissimæ regulæ, & quæ falli non potest, in omnibus subiecta esse volo, atq; libenti animo profiteor.

*
***
*

LAVS DEO.

INDEX MATERIARVM ET RERVM MAGIS NOTABILIVM ISTIVS OPERIS, QVÆ FACILIVS IN Alphabetum redigi potuerunt.

ABBAS quos ordines, & quibus personis, & tẽporibus conferre possit : & de origine huius nominis. parte 2. Collectanea 105. numero. 1. pagina. 263.

ABSOLVTIO sacramentalis, an possit denegari clericis & ecclesiasticis personis, nutrientibus barbam, vel comam? part. 2. collectan. 11. num. 6. pag. 116.

Absoluere constitutum in mortis articulo, an possit sacerdos excõmunicatus, etiam denuntiatus, irregularis, aut hæreticus? part. 2. collectan. 65. num. 2. pag. 207.

Absolui an possit per bullam Cruciatę prębiter, qui interfuit matrimonio clandestino? part. 2. collectan. 81. num. 3. pag. 229.

Absoluere hæreticos in vita vel in morte quis possit? part. 2. collectan. 103. num. 3. pag. 261.

Absoluere hæreticos, an possit cõfessor per bullam Cruciatę, vel Episcopus? ibidem.

Absolutio ab excommunicatione obtenta virtute Iubilei, vel Bullæ Cruciatæ, an prosit excommunicato in vtroque foro? part. 2. collectan. 113. num. 2. pag. 275.

Absolui an possit per bullam, peccans sub spe bullę? par. 2. collect 178. nu. 2. pag. 389

Absolui an & quando possit à Legato vel Episcopo, percutiens clericum? part. 1. collectan. 24. num. 7. pag. 31.

Absolutio ab excommunicatione, an sit impetranda pro eo, qui excommunicatus obiit? par. 1. collectan. 42. num. 2. pag. 60.

Constitutio, qua prohibẽtur sacramẽtaliter Absolui, qui non sunt probè instructi in doctrina Christiana, an valeat? part. 1. collectan. 6. num. 4. pag. 8.

ABORTIONI causam dans, an & quã do peccet, & puniatur vt homicida? part. 2. collectan. 32. num. 1. pag. 151. & ibidem num. 2. vide qualiter puniatur clericus, qui dedit poculũ moniali, vt faciat abortum.

ACTVS contra iuramentum factus, an sit validus: etiam si agens periurus sit? par. 3. collectan. 3. num. 4. pag. 395.

ACTIO an oriatur ex sola promissione aut pollicitatione? par. 2. collectan. 110. num. 4. pag. 271.

ACTORE in probatione deficiente, an & quando reus super matrimonio iurare cogatur? par. 2. collect. 58. nu. 12. pag. 197.

Actore non probante, an sit reus absoluendus? part. 2. collectan. 125. num. 1. pag. 291.

ADVOCATVS non potest esse, clericus obtinens beneficium vel ordines sacros, coram iudice seculari. part. 2. collectan. 39. num. 1. pag. 160.

Aduocare prohibitus, an possit in scriptis patrocinari, vel consulere in camera? par. 2. collectan. 30. num. 3. pag. 160. & part. 1. collectan. 28. num. 14. pag. 42.

Aduocationis officiũ, in casibus quibus clerici possunt exercere coram iudice seculari, si in eo delinquant, an possint ab eodem iudice seculari puniri? ibid. num. 4.

Aduocatus, qui à duobus, quolibet anno salarium siue pensionem accipit, pro patrocinio eis præstando, si illi duo in vna & eadem lite sint inuicem contrarij, cui eorum patrocinari teneatur? part. 2. collect. 109. num. 5. pag. 270.

Aduocatus patrocinium præstans actori vel reo in causa sanguinis, an sit irregularis? & quid præmissa protestatione de qua in cap. 2. de homicid. in 6? & quid in teste, qui deponit cum eadem protestatione in causa sanguinis? part. 3. collectan. 12. num. 4. pag. 407.

Aduocatus an teneatur potius aduocare pro patria, quam pro patre? par. 1. collectan. 20. num. 5. pag. 26.

De Aduocationis officio, plura remissiuè.

par.1.collectan.28.num.4.pag. 40.
Aduocati an rectè pretium recipiant, & cogi possint ad patrocinandum? part.1. collectan.28.num.4.pag. 41.
Aduocati pluribus nominibus nuncupãtur, & an officiũ Aduocati sit animæ periculosum, magis quam iudicis officium? ibid. num.5.pag. 41.
Aduocati quo vultu teneantur postulare, & quo ordine procedere in suis allegationibus? ibidem num.6.
De Aduocato iuuene, plura. ibidem num.7. pagin. 41.
Aduocatus iustam causam defendẽs, an possit vti in iudicio dilationibus & cauilationibus? ibidem num.8.
Aduocatus qui obtinuit in causa, in qua sibi ipsi patrocinatus est, an possit petere salarium? & idem in procuratore? ibidem num.10.pag. 41.
Aduocato an liceat pacisci de quota litis? ibidem num.12.pag. 42.
Aduocatus, procurator & notarius, tenẽtur gratis pro paupere aduocare & scribere. ibidem num.13.pag. 42.
Aduocatus recipiens immoderatum salariũ, tenetur ad restitutionem. ibidem num.15. pagin. 43.
Aduocatus delinquit defendẽdo causam iniustam, & quid sit vbi causa est dubia? ibidem num.16.pag. 43.
Aduocatus vbi sunt diuersæ Doctorum opiniones, an possit cui velit adhærere? ibid. num.17.pag. 43.
Aduocatus qui propter imprudentiam vel ignorantiam amittit causam, an faciat litem suam? ibidem num.18.pag. 43.
Aduocatus an possit dimisso clientulo, qui sibi salarium non soluit, adhærere aduersario? ibidem num.19.pag. 43.
Aduocatus qui sine reuolutione librorum respondet, an possit salarium petere? ibidem num.20.pag. 44.
De pœna aduocati reuelantis causæ secreta parti aduersæ. ibidem num.21.pag. 44.
Aduocatus an cogatur aduocare contra amicum, cõsanguineum, vel patriam? ibidem num.22.pag. 44.
Aduocatorum & literatorum contemptoribus, fides nõ est adhibenda. ibidem num.23. pagin. 44.
Ex Aduocatorum & literatorum testamentis, cur maiores lites insurgant? ibidem num.24.pag. 44.
Aduocatorum filij, vt in plurimũ sunt fatui. ibidem num.24.
Aduocati non debent consilium cauilosum dare. ibidem num.25.pag. 44.
ADVLTERVM & vxorem, aut filiam adulteram, an possit maritus vel pater impune occidere? par.1. collectan.12. num.1.pag.12.& quid quando adulter clericus est; ibidem num.14. pagin.2. & an possit maritus clerico adultero abscindere virilia, & sic sumere ab eo vindictam? ibidem num.3.
Maritus an possit alicui mandare, vt occidat vxorem suã & adulterum? ibid.num.4.
Maritus adulter vel cõcubinarius an possit occidere vxorẽ adulteram? ibidem num.5.& quid in marito putatiuo? ibidem.
Super Adulterio vxoris an possit transigi? & an maritus possit pecuniam accipere, ne eam occidat? ibidem num.6.& quid in sponso & sponsa adulterante? ibidem numer.7. pagin. 15.
Adulteræ vxoris occisę, maritus an lucretur dotem? ibidem num.8.
Maritus reconciliando sibi adulteram vxorem, an liberet eam a pœna mortis, in qua propter adulterium fuit condemnata? & alia circa hanc materiam. ibidem num.9.
Mulier requisita de adulterio, an licitè possit requirentem decipere, vt damnum & iniuriam ipse patiatur? ibidem num.10.
Occidens vxorem adulterã, an incurrat impedimentum, ne secundam vxorem ducat? ibidem num.11.
Adulter qui ex aliena vxore prolem habuit, an teneatur restituere marito, quę in alenda & educanda prole expendit? par. 2.collectan.75.num.5.pag.221.
Adulter coniux an possit alterum cõiugem accusare de adulterio? par.2. collect.166. num.3. pag. 368.
Adultera ratam habens mortem mariti, an possit nubere cũ adultero homicida? par. 2.collect.95.nu.2.pag.247. Aliqua suple infra in verb. Vxor, & in verb. Maritus.
AEDIFICANS ecclesiam, vel ei donans ornamẽta, si ibidem ponat arma, vel nomen suum, an ob hanc causam perdat meritũ? par.2.collect.153.nu.4.pag. 348.
AETAS septenij an possit præueniri in sponsalibus per malitiam, aut discretionem contrahentium? part.2.collectan.97. num.3.pag.249.& quę ętas requiratur ad contrahendum sponsalia. ibidem num.2.
AFFINITAS non contrahitur absque seminum commixtione. par.2. collectan. 19.num.1.pag. 131.
Affinitas an contrahatur ex coitu illicito? par.2.collectan.35.num.1.pag. 155.
Affinitas an contrahatur ex copula sodomitica? par.2.collectan.130.num.9.pag.299
AGGRESSOREM an possit quis impunè occidere? par.1. collect.29. num. 1.& 2. pag.44. & 45.
Aggressor quis præsumatur de iure, vbi vn⁹ alium occidit, nec possit constare per testes de aggressore? & quando præsumatur quis occidisse aliquem ad sui defensionem? par.1.collect.65.num.4.pag.95. & vide alia infra in verbo Defensio.
ALLEGANS turpitudinem suam, an & quando audiatur? part.2. collectan. 10. num.4.pag. 115.
ALIENARE an possint Principes seculares bona Regiæ dignitatis? par.2.collectan.109.num.2.pag. 269.
Alienans irrequisito domino, vel non soluens canonem tempore debito, an cadat in commissum ipso iure, vel an requiratur quod dominus declaret? par.2.collect. 144.num.45.pag. 329.
Alienari prohibentur bona, ad quorum titulum quis est sacris ordinibus insignitus. par.2.collectan.33.num.2.pag. 152.
Alienans bona ecclesię sine solemnitatibus à iure requisitis, grauiter punitur: & solẽnitas qualiter probetur? part.2. collectan. 71.num.1.pag. 216.
Alienans male rem ecclesiæ, an possit ipse solus alienationem retractare? part.2.collectan.71.num.2.pag. 216.
Alienans rem emphyteuticam vel feudalẽ domino irrequisito, an cadat à iure suo ante rei traditionem seu corporalem possessionem ab emptore captam? & quid iuris stante clausula præcarij vel constituti, in instrumento alienationis? par.2.collecta. 144.num.10.pag. 322.
Alienans partem rei emphyteuticę irrequisito domino, an cadat à iure totius rei, vel tantum partis alienatæ? part.2.collectan. 144.num.36.pag. 328.
Alienari an possint res ecclesiæ immobiles, steriles & incultæ, vel in emphyteusim concedi, sine licentia superioris? par.3. collect.32.num.4.pag. 433.
In Alienationibus bonorũ ecclesiæ, an præsumatur licentia Summi Pontificis, per cursum triginta annorum? par.3. collect. 32.num.5.pag. 433.
Alienationes Locationes ve quæcunq; rerum ecclesiasticarum vltra triennium factæ, an & quãdo valeant? & an pœnę extrauag. ambitiosæ, de reb. eccles. sint vsu receptæ? par.3.collect.32.nu.1.pag. 432.
ALIMENTORVM appellatione, an solum veniant commestibilia? an etiam vestes, medicinæ & alia quæ secundum qualitatem personarum necessaria videntur? par.2.collect.168. num.13.pag. 377.
Alimenta an possit vel teneatur præstare pater filiis spuriis, qui ex arte & industria sua, seu aliunde cõmodè viuere possunt? par.2.collectan.168.num.5.pag. 374.
Alimenta fratribus præstare, sororesq; dotare, an teneatur successor maioratus vel Regni? par.2.collect.90.num.3.pag.241.
Alimentorum ratione, an filius spurius rumpat patris testamentum? par.2. collectan. 168.num.8.pag. 376.
ALERE tenetur Episcopus clericos, quos ordinauit sine titulo. part.3. collectan.33. num.1.pag. 152.
Consuetudo vel statutum liberans patrem ab obligatione alendi filios spurios, an valeat? par.2.collect.168.nu.15.pag. 377.
AMOR quid sit, & plura de amoris potentia & effectu. par.2.collectan.20.num. 1. pagin. 133.
Amor an excuset à sortilegio, hæresi, vel ab aliis delictis? ibidem num.2.pag. 134.
Amor variis formis depingitur. ibid.num.3. & amoris inimica referũtur, ibid.num.4.
AMICVS an possit esse testis idoneus? par.2.collectan.35.num.4.pag. 156.
ANIMA defuncti an detineatur in purgatorio, quousq; debitorum suorum fiat restitutio ab hærede? par.2.collectan.40. num.6.pag. 163.
ANIMAL si sumpsit hostiam consecratam, quid de eo fieri oporteat? par.2. collectan.15.num.10.pag. 124.
ANATHEMA quid sit? & plura de huius verbi significatione. par.1. collect.

INDEX.

24.num.4.pag. 31.

DE ANASTASIO Papa quæ referuntur à Gratiano in Can.Anastasius.19. distin. an vera sint? part. 1. collectan.16. num.2.pag. 20.

ANNVI census an inter bona mobilia connumerentur? par. 3. collectan.24. numer.4.pag. 423.

Annuorum reddituum emptio an sit licita, & cum quibus conditionibus? par.3. collectan.24. num.1. pag.422. & in num. 2. de eorum iusto pretio.

Si annui census non soluantur, an res super qua constituti sunt, cadat in commissum? par.3.collect.24.num.3.pag.422.& 423.

ANTONIVS Augustinus Tarraconẽ sis Archiepiscopus, laudatur variis doctorum testimoniis. par.2.collect.45.num.2. pagin. 169.

APPELLATIO an suspendat sententiam excommunicationis? part.2.collect. 42.num.1.pag. 165.

Appellari potest à sentẽtia qua quis excommunicatus declaratur, & quid appellatio illa operetur? par.2.collectan.42.num 2. pagin. 166.

Appellatio à clerico habente iurisdictionẽ temporalem, an debeat interponi ad Episcopum, vel ad Regem? part.2. collectan. 61.num.7.pag. 202

Appellatio ab excommunicatione in diem prolata, ante aduentũ diei emissa, an semper suspendat excõmunicationem? part. 2.collectan.36.num.3.pag. 157.

APOSTATA an sit transiens ad religionem laxiorem? part.2. collectan. 165. num.4.pag. 367.

AB ARBITRORVM sententia ad quem iudicem recutratur? par.2. collect 1. 122.num.5.pag.288. & ibidem num.6. an possit recurrere ille, qui in compromisso iurauit non recurrere.

ARCHIEPISCOPVS non potest vnire beneficia ad collationem suffraganei sui pertinentia. part. 2. collectan.87. num.5.pag. 238.

ARMA possunt deferre familiares sanctæ Inquisitionis, Episcoporum, & Legati de Latere, & aliæ personæ priuilegiatæ.part.2.collectan.7.ex num.2.pag. 107.

Arma portans, quando præsumatur malum animum habere? par.2. collectan. 7. num. 11. in fine.pag. 108.

De Armorum delatione plura, & quod iudices seculares possint arma prohibita à clericis auferre.par.2.collectan.7. num.1. pagin.107. & 1.par.collectan.37.num.17.

Arma vnde dicantur, & de eorum inuentoribus, ibidem in dicta collectan.7.num.11. & armorum appellatione quæ veniant? ibidem num.7.

Arma defensiua ne deferantur, an possit prohiberi? ibid.num.8.pag.108.

Armis confiscatis, an vaginæ & indumenta amittantur? ibidem num.10.

Armorum electio in duello, cui competat? part.2.collectan.117.num.3.pag. 282.

Inuentus cum armis non incurrit pœnam, si non fuit captus & apprehensus cum eis. part.2.collectan.7.num.9.pag. 108.

ARMA delentes, quæ in ecclesiis vel capellis ponuntur, puniri debent.par.2.collectan.153.num.5.pag. 349.

ARCHIVIVM quid sit, & de eius materia.par.2.collect 167.num.4.pag. 371.

ASSASSINIVM quid sit, & qualiter puniatur & probetur, & an solus conatus huius criminis non secuto effectu punibilis sit, & an clericus nõ degradatus pro hoc crimine puniri possit à iudice laico? par.3.collect.26.nu.1.pag. 424.& 425.

ASSESSOR iudicis ecclesiastici an possit esse laicus? par. 2. collectan.4. numer.6.pag. 103.

ASTROLOGI qui, & plura de illorũ superstitionibus.par.1.collectan.21.num. 1.pagin. 26.

ATTENTATIO sola an punibilis sit in crimine sodomiæ? par.2.collectan.130. num.6.pag. 299.

AVCTORE damnato, damnantur eius opera.par.2.collectan.8.num.1.pag.109.

Auctor prohibitionis, quod clerici nec comam nutriant nec barbam. part.2. collectan.11.num.1.pag. 115.

AVDITORES Rotæ bis examinantur.par.1.collectan.15.num.6.pag. 18

AVGVRES qui, & de eorum superstitionibus.par.1.collect.21.num.1.pag. 26.

AVVS an teneatur alere nepotes spurios vel non spurios natos ex filio spurio, stante dispositione textus in cap. cum haberet extra de eo qui dux in matrimon? par. 2. collectan.168.num. 11. pag. 376.

INDEX.

B

BAPTISMI sacramentum, non est iterandum.part.1. collectan.63. num.1.pag. 92.

Baptismi susceptio potẽ delictũ, an liberet quẽ, etiam à pœna temporali, an tantum à spirituali? par.2.collectan.23. num.3.pag. 137

Baptizans bis aliquem, Accolitus & rebaptizatus sunt irregulares, nec possunt ad sacros ordines promoueri.part.1.collectan. 63.num.2.3.& 4.pag. 92.

BARBA in homine, est membrũ, & qua pœna puniatur expilans barbam. part.2. collectan.11. numer.7.pag. 117

Præceptum radendi barbam, an ab ecclesia vnquam fuerit impositum, & quid seruetur Romæ? par.2.collect.11.nu.5.pag.116.

BELLVM an & quando iustè inferatur, & ibi capta an sint capientium? & alia circa hanc materiam remissiuè referuntur. par.1. collectan.59.num.1. pag. 84.

Bellum an & quando exercere possint clerici? ibidem num.2.

Bellum gerere nullo pacto licere, est Manicheorum hæresis, & non licere Christianis aduersus Turcas bellare, fuit opinio Lutheri.ibidem dicto num.1.in fine.

BENEDICTIONEM sacerdotalẽ quæ in matrimonio requiritur, an debeat dare parrochus viri vel vxoris? par.2.collectan.81.num.8.pag. 231.

BENEFICIA ecclesiastica retineri nequeunt absq; canonica institutione. par. 3.collectan.18.numer.1.pag. 415.

BENEFICIVM curatũ non datur, nisi ei qui 25.ætatis suæ annum attigerit, & tenetur intra vnũ annum ad sacros ordines promoueri.par.3.collect.30.n.1.pag.428.

Beneficiati an possint ab his qui ad possessionẽ alicuius beneficij admitti cupiunt, pecunias pro admissione exigere? part. 2. collectan.16.num.2.pag. 124.

Beneficia plura etiam quæ non requirunt residentiam seu simplicia, an possit quis obtinere? par.2.collect.150.num.1.pag.342.

Si in Beneficij fundatione dicitur, quod beneficiatus teneatur celebrare bis in hebdomada vel mense, an possit ad illud præsentari clericus non sacerdos, dum tamen alius pro eo celebret, an verò sit necessario præsentandus actu sacerdos? part. 3. collectan. 89. num. 3. pag. 240.

In Beneficiis an habeat Summus Pontifex liberam & absolutam potestatem? par.3. collectan.21.num.1.pag. 418.

Beneficiatos an possit Episcopus compellere, vt ostendant titulos suorum beneficiorum? part.3. collectan.18. numer.2. pagin. 415. & 416.

Sicut inquietans in Beneficio excluditur, per regulam de triennali possessore, an idem sit in ordinario? par.3. collectan.18. num.3.pag. 416.

Beneficia iurispatronatus laicorum, an comprehendantur in generali beneficiorum reseruatione Summi Pontificis? & quid quando illa sunt iurispatronatus ecclesiastici vel domini Regis? part.3. collectan. 21. num.2. pag. 418.

BERNARDVS DIAZ qui in vniuersitate Oscensi Doctoratus gradũ sumpsit, laudatur. par. 2. collectan.32. num.3. pagin. 152.

BIGAMIA non contrahitur per fornicationem, nec per adulterium, sed requiritur necessario matrimonium interuenire.par.2.collectan.112.num.1.pag. 273.

Bigamus quis dicatur? part.2.collectan.138. num.1.pag. 307.

Bigamus non promouetur ad sacros ordines.ibidem, num.2.& quis cum eo dispenset, vt promoueri possit? ibidem, num.3.

Bigamus an sit accedens ad vxorem adulteram? par.2.collectan.137.num.2.pag. 306.

BLASPHEMIA quid sit? & de pœnis contra blasphemos statutis.par.2.collectan.126.num.2.pag. 292.

Blasphemans calore iracundiæ aut ebrietatis, an puniatur, & qualiter? par.2.collect. 126.num.3.pag. 293.

Ex Blasphemia quæ damna proueniant, & visiones horrendę de blasphemis, referuntur.ibidem num.2.

BONA vel mala fides quando præsumatur.par.2.collectan.50.num.2.pag. 177.

Bona quorum titulo quis est ordinatus, alienari prohibentur, part.2.collectan.33.numer.2.pag. 152.

Bona filio assignata vt ordinetur, an sint filio imputanda in legitimam? ibid. num.3.

Bona patrimonialia an posſit clericus iuſtè conſeruare & de redditibus eccleſiæ viuere? ibidem, num. 4. pag. 153
Bona quorum titulo quis ad ſacros ordines promotus eſt, an gaudeant priuilegiis bonis eccleſiaſticis conceſsis? ibid. num. 5.
Bona clerici hæretici cui debeant applicari? part. 2. collectan. 55. num. 6. pag. 187.
Bona relicta ſpuriis pro alimentis, non tranſeunt ad eorum hæredes, ſed ad ſucceſſores relinquentis reuertuntur, part. 2. collectan. 168. num. 14. pag. 377.
Bona pupilli qui non ſoluit canonem per biennium, an cadant in cõmiſſum? part. 2. collectan. 144. num. 5. pag. 321.
Bona maioratus an poſsint concedi in emphyteuſim? par. 2. collectan. 144. num. 49 pagin. 330.
Bonus & dignus quilibet præſumitur de iure ciuili, & ratio ſubiungitur, part. 3. collectan. 29. num. 1. pag. 428.
BVLLA compoſitionis Cruciatæ, quando liberet quem à reſtitutione. par. 1. collectan. 48. num. 8. pag. 71.
Bulla Cruciatæ pro defuncto ſuſcepta ab exiſtente in peccato mortali, an profit defuncto? par. 1. collectan. 55. num. 2. pag. 77.

C

